BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8 M
24 E
26

8.24.E.26

Coll. Rom. Soc. Jesu Catal. inscrip.

FRATRIS DONATI MARRAE BENEVEN.

ORDINIS EREMITARVM SANCTI AVGVSTINI,

SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS Enarrationes in hymnos omnes, qui cantantur in Eccleſia per annum, ſecundum morem S. Romanæ Eccleſiæ, & ordinem Breuiarij nuper editi,

Et ſecundum morem religioſorum ordinum Sancti Auguſtini: Benedicti, Dominici, Franciſci, & Carmelitarum.

CVM PRIVILEGIO REGIO.

Si bonum habet inuidos,



Bonitas confundit eos.

Apud Horatium Saluianum. MDLXXVIII.

B. s.

REVERENDISSIMO PATRI SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORI CLARISSIMO,

MAGISTRO THADDEO GVIDELLO,

TOTIVS AVGVSTINIANAE FAMILIAE GENERALI DIGNISSIMO.

Frater Donatus Marra Beneueñ. S. P. D.

SACROSANCTAE *fidei doctrinam nequiens elucidare docendo (ampliſſime pater, ac domine) diro pedum dolore iugiter oppreſſus, ſtudui (ne opere ſolutus in foro ocioſus inuentus, illam, non ſine magno dolore, comminationẽ mererer audire, quid hic tota die iam ſenex ociaris?) denodare ſcribendo, ſperans plus (domino adiuuante) ſcribendo profuturus, quàm prȩſentialiter docendo, nam cum ſcripta ſemper habeantur, ſemper vacat ad legẽdum, quum vacat legenti, nec fiunt oneroſa præſentia, quȩ cum uoles ſumas, cum uoles ponas. Illud me quoque impulit ad ſcribendum, ne manifeſtationem ſpiritus mihi conceſſam, mihi (inquam) ſolum, non alijs accepiſſe viderer, & ut ſic non ut bonus diſpenſator multiformis gratiæ dei, talentum domini mei ſine fructu, & lucro occulens in terra, meo maximo damno in tenebras eijcerer exteriores. Vnde elegi librum hymnorum omnium exponere; qui tot habet ſacramenta, quot verba, in quorum verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ, & non paucis plena ſunt ſenſibus, in quo onere non ſolum id curaui (quod ab omnibus iam ſolet) vt adderem quàm plurima teſtimonia ad rem, & rei de qua agitur ſatis accommodata, nullam pȩnitus depravando ſententiam, ſed etiã (quod nemo hactenus fecit) vt omnium dictionum, ac minimorum verborum obſcura ſignificata detegerem. Hoc tibi patri ampliſſimo, & domino meo colȩndiſſimo qualecunque ſit opus offero, hoc ſuſcipe quod parturiui hactenus, nunc tandem peperi murem fortaſſe ridiculum, quod nõ attentaßem, nec attentare mihi licuiſſet, niſi aliorum, quibus maior eſt eruditio, experientia certior, verborumque copia niti ſententia conceſſum fuiſſet. Accipe igitur (ampliſſime pater) has meas, quas tibi dicare vigilias ſtatui, & nimis exiguum, non tamen ingratum, nec inutile quod fero munuſculum, et ne dubites qua fronte dantur excipere, ac ſinu fouere, quod ſi abſte fieri conſpiciam, nihil erit in me, quod tibi non li-*

bentiſſimè pollicear, ſcio namque futuros eſſe, qui labori huic meo detrahant, cum certum ſit quod priuatim, & publicè calumniæ ſubiacere oporteat, quęcunque mortales agunt, maximè cum nec diuinis operibus maledica lingua parcat (tantum ſibi humanus arrogat intellectus) ſed ab his omnibus liber ero, ſi meum hoc opus à te acceptum fuerit, illudq; probaſſe uidearis, ab eſſe enim nō poterit, quin à te tam graui, tam docto, tam eloquenti uiro laudatū laudandum quoq; reliqui exiſtiment, in quo quos errores inueneris, vel incautè dictum) errores ſcias ignorantiæ fuiſſe, non mendacia fallentis. Obtulerunt alij (qui ad ras pręclaras nati ſunt) aurum, argentum, & lapides præcioſos, mihi verò ſat erit, ſi cum pauperibus offeram pelles, & caprarum pilos, minuta, turtures, pullos columbarum, & quæ poßum, nec puto opes alterius hac mea paupertate foedari, & quia ſcio, uel certè ſpero (ni fallor) multorum per manus volumen hoc circunferendum, illud dicandum, et cōſecrandū tibi curaui, ut multis propter hoc ſignificationē darem, & ſeruitutis, obſeruātię, & amoris erga te mei, & licet multa ſint merita tua, quibus ueluti quibusdā catenis maioribus ad te amandū deuincis omnes, quę nulla unquam delebit obliuio, tui tamen me ingenij ſuauitas, tua me ſumma humanitas, ſingularis probitas, eximia ad colendam uirtutem animi propenſio, tua in me præſtans liberalitas, ad amandum, colendum, et ſeruiendum alliciunt. Nec ſolum ob id mihi carus es, quia Generalis magiſter ordinis ſis mei, ſed quia talem te præſtas omnibus, ut non ſolū hæc tibi, ſed & alia admodum ampla, excellentia, & honorifica munera deferantur, & egregijs animi tui dotibus, quibus fulges, maiora quoque debeantur, quod equidem ita opto ut ſperem, ita ſpero, ut futurum mihi perſuadeam. Sit igitur hoc donum quod offero (pater ampliſſime) et tibi, & omnibus beneuolentiæ meæ argumentum, & grati animi teſtimonium, & ſi hoc humile donum acceptum tibi fore cognouero, addam et altiora, quibus & mea omnia, & meipſum tibi me debere plurimum, & amplitudini tuæ deuinctum cognoſces amplius, & altius. Bene in domino vale (præſul ornatiſſime) quem, ille inſtaurandæ pietati, ac bonis literis prouehendis quàmdiutiſſimè ſeruet, ac tueatur incolumem. Dat. Beneuent. ex ædibus noſtris Auguſtinianis, Die 18. Ottobris 1577.

Ex corde ſeruulus

F. Donatus Beneuē.

V. PATRIS BACCALARII FRATRIS MELIDONII
Giardinellij Coriolani Auguſtiniani Hendecaſyllabum.

QVID mens non hominis poteſt, agitq́ue?
Sic arcana phyſis, quis es, oluſuè,
Plantas, alituum vias per altum
Scrutatur? pecudum genus quis omne,
Flatus Aeolidum? maris quis vndas,
Pacem ſimplicium, carensq́ue ſenſu?
Hic terrena colit, polos, & ambit,
Quæ ſunt in medio penetrat idem,
Diuum geſta canit, virumque promit,
Heroum meditatur acta clara,
Quid mirum modò ſi peritus alta
Noſter facta Dei recenſet auctor?
Dulces caſtalij ſapore merſos
Seù linxit latices fauente Phębo,
Muſarumq́ue choro monente diuo,
Aduentante Dei ſacrouè flatu:
Cuius recta calens profatur igne:
Si res namq́ue creat Deus potenter,
Si victus Satanas cadit rebellis,
Si verbumq; ſuum Maria claudit,
Si eiusdem ſoboles oritur orbi,
Si hic miranda facit, monet, docetuè,
Si paſſus moriturq;, humatur, orcum
Si tendit, proceres malos retundit,
Si ſurgit ſuperis, redux triumphat,
Si dat iura uiris, ſalus & extat,
Si cœlosq; petit vidente cętu,
Si in dextrauè patris precator aſtat
Si flamen tribuit ſuæ cohorti,
Si vero arbiter in die ſupremo eſt,

 Si men-

Si mentes iubilant polis beatæ,
Si ſancti ſuperant feros tyrannos,
Si vis ſeù quod opus leges peractum,
Et quod lex retinet recens, vetuſque,
Paſtillo tenui, nitente ſenſu
Paſſim comperies (nec herclè ineptè)
Comptis eloquijs tuliſſe doctum
Auctorem nimio labore preſſum:
Dignus quis trepidat ſi an extet aura,
Sertas atque comas habere lauro?
Donum donat enim perenne donum
Donato veluti, perenne donum
Donatus reliquis ita ipſe donat,
Ergo eius ſit honos ſuperſtes euo

EIVSDEM FRATRIS MELIDONII TETRASTICHON.

AEthrā dum quatient Euri, tellusq; manebit,
Pergęa, & Nomius, dum Thetis, aſtra fluēt;
Numina ſic huius current, & fama papyri
Per ſola cuncta, polos, æquora, & ima diu.

FRATER ANTONINVS SICVLVS CORLEONENSIS ORDINIS Eremitarum Diui Auguſtini.

AD LECTORES.

SERVVS iners, quia non uult iundulgere labori
  Dona ſibi a domino tradita condit humi,
Propterea infelix donis priuatur: & imum
  Truditur in barathrum : ſic Deus inſtituit.
Solicitus uero expendit, lucratur & inde
  Theſaurum ingentem, qui ſine fine manet.
Donatus non abſcondit, ſed larga miniſtrat
  En uobis, dominus quę ſibi dona dedit:
Explicat hic unum, ac trinum uenerabile numen:
  Angelicas acies. Quid ſit uterque polus:
Quid uè elementa : & quæ componunt : ferre ſalutem.
  Quę poſsint homini : quæque etiam interitum
Ergo lęto animo Donati hæc ſumite dona,
  Ille autem à domino præmia digna feret.

SVPER EXPOSITIONE HYMNORVM, QVI CANTANTVR PER ANNVM NON SOLVM

SECVNDVM MOREM SANCTAE Romanæ Eccleſiæ, & ſecundum ordinem Breuiarij nuper æditi, ſed ſecũdum morem religioſorum ordinum Sancti Auguſtini, Benedicti, Dominici, Franciſci & Carmelitarum.

AEdita per R. P. Sacræ Theologiæ Doctorem Fratrem Donatum Matram Beneuen. Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini.

PRAEFATIO

*IMPATIENS propriæ imperitiæ, & ruditati
compatiens pauperum clericorum, & multorum re
ligioſorum, ne dicã craſſæ ignorantię eorũ, qui San
cto miniſtrant altari, & diuinas ex officio nocte,
dieq́; perſonant laudes, quorum partes eſſe deberẽt,
ſic pſallere Deo noſtro, ſic pſallere regi noſtro om- Pſal. 46.
nis terræ deo, vt pſorum pſallere, eſset pſallere ſa-
pienter & ſcienter, quo facto non ſolum ex eis quilibet procul eſset à sẽ
tentia illa, quia ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris Oſeæ 4. c.
mihi, & ab illa quæ ſequitur, & populus non intelligens vapulabit, ſed Ibi.
beatitudinem conſequeretur, cum ſcriptum ſit beatus populus qui ſcit,
vel intelligit iubilationem, reuera nihil eſt ignorantia peius, quę errorũ Pſal. 88.
mater eſt, ſcandalorum magiſtra, ſcelerum alumna, quæ ſuos in lutulen Nihil igno
tas vitiorum foueas præcipitat, pręcipitatos, ne auxilium rogent elin- rãtia peius.
guat, ac detinet, detentos ęternis tenebris, & morti præſentat, quæ iu-*

 deos

Lucæ 23. c. deos in maximũ hoc ſcelus induxit, vt Chriſtũ crucifigerẽt, hinc Chriſtus
dimitte illis (ait) quia neſciũt quid faciũt, quẽ ſi ipſi, & pater illorum dia
1. Cor 2. bolus cognouiſſent, nunquam regẽ glorie crucifixiſſent; de quibus Moy
Deut. 32. c. ſes, vtinã ſaperent, & intelligerent &c. quæ ſi fugiẽda eſt ab omnibus,
quantomagis à miniſtris eccleſiaſticis, quorum labia cuſtodire deberent
Malac. 2. c. ſcientiam, & ex quorum ore legem exquirere debent paruuli, qui ſine in
Tren. 4. c. termiſſione querunt panem, & non eſt, nec fuit qui frangat eis? at cerno
quoſdam veluti pſittacos, & merulos vernare, & canere, quædum ver
ba noſtra conantur imitari, quid tamen canant modis omnibus ignorant,
ſic iſti diuinas quidem laudes ore depromunt, ſed mente, & ſpiritu id eſt
intelligentia ſenſu, & mente non capiunt, & quæ legunt, aut canunt, nec
me diocriter intelligunt, quomodo dicam exactè? quare vt huic morbo to
tũ chriſtianũ orbẽ penè occupanti, occurrerem, timens ne veniat malus,
Mat. 13. c. & rapiat quod ſeminatum eſt in corde eius, qui audit verbum regni, &
non intelligit, decreui eccleſiaſticos hymnos, qui per annum in horis ca
nonicis cantantur, vel leguntur, facili, intelligibili, & familiari expoſi
ſitione elucidare, Si quis eſt igitur paruulus veniat ad me, & ne ſit ſtulti
tia, & ignorantia ſua, mæſtitia matris ſuæ, declinet ad me, veniat, come
Prouerb. 9. dat panem dilucidationis, & explicationis meæ, & bibat vinum quod mi
& 10. c. ſcui ei. Sicq; ſapiens effectus lętificabit patrem, & ſi partus hoſce meos,
& labores nõ improbauerit, poſt humilia hæc, & rudimẽtis puerilibus ſi
milia, relicta infantia, dabo ſapiẽtibus (quibus ẽt debitor ſum) occaſionẽ,
vt ſpũalibus, & altioribus muneribus, addatur & illis ſapientia, nũc aũt
ſat erit ſic docere ſacerdotes, clericos, & religioſos dei, vt quæ legunt in
telligant. Sed antequam ad explicationem verſuum hymnorum me cõfe
ram, aduerte optime lector, hymnos qui horis ſingulis dicuntur, approbaſ
Cõc. approbauerunt hymnos qui horis ſingulis dicũtur. ſe Conc. Toletanum, & Agathonen. de conſ. diſt. 1. de hymnis, & diſt.
5. cõuenit. & tempore. D. Ambr. Mediolanen. Eccleſiæ Epiſcopi inſtitu
tum eſſe, vt hymni & pſal. canerentur ſecundum morem orientaliũ par
tium, ne populus mœroris tędio confectus contabeſceret, & ex illo in ho
diernum vſq; diem retentum, & ad omnes poſtmodum deriuatum, in quo
In hymnorũ carmine qui floruerunt. rum videlicet hymnorum carmine, floruerunt primus hilarius pictauen.
Epiſcopus, qui ex multis hymnis, quos alij compoſuerunt vtiliores elegit,
& in eccleſia cantandos propoſuit, & poſt eum D. Ambr. o ſi commen
dantur apud gentiles, qui hymnos, & odas in falſorum ſuorum deorũ lau
des conſcripſerunt, apud Græcos Orpheus, apud Latinos Horatius, maio
re commendatione ſunt digni, qui hymnos noſtros compoſuerunt, in vere
Dei venerationem. Faceſſat igitur odæ Horatianæ, valeant dianæ laudes,
Auctores hymnorum nũantur. & veneris, & in earum loco ſuccedant præconia Dei, & ſanctorum pijs
hymnis conſcripta, quorum aliqui pro auctore habent D. Greg. alij qui pu
dentium

dentiũ,quidã D.Ambr.aliqui lactantiũ,aliqui Paulũ diaconũ, quidã ſor
tunatũ Epiſcopũ,quidã D.Tho.Aquinatem,aliqui Theodulphũ Aurelia
nen. Epiſcopũ,quorũ quidã de nocte ſunt,& ad matutinũ cantãtur,quib⁹
oramus,vt Deus expellat ignorãtiæ tenebras à nobis,& vitiorum,& in
formet nos virtutibus,& ſpiritus.s.charitate,quidã verò cãtãtur de die,
& horũ mãlumen eſt,quibus p̃camur Deũ, vt quemadmodũ illuminat
nos ſolis ſplẽdore in corpore, quẽ oriri facit ſuper bonos,& malos, ſic il Mat.5.c.
luminet ſpiritus.s.gratia in mẽte,& per filiũ ſuum lucẽ verã illuminãtẽ
oẽm hominẽ venientẽ in hũc mundũ,qui lumen dicitur oculorũ noſtrorũ, Ioan. 1.c.
in quo videmus lumen illud in quo tenebræ nõ ſunt vllæ.i. patrem luminũ
Deum,qui lucem habitat inacceſſibilem,& ſi horum cantus , vel lecturã
approbauere concilia ſacroſancta nullo modo ferendum eſt priuatus , vt
aliquis, cui nulla mandata eſt auctoritas,hoc ſibi ſumat, vt licere ſibi pu
tet in eccleſia ſuo iudicio aliquid mutare,aut ritus nouos,nouas etiam cã
tilenas inducere,cum ne ipſis quidem Epiſcopis eius rei plena poteſtas cõ
miſſa ſit, & ſi non ſunt tolerandi,qui nouas cantilenas in eccleſia priuato Nõ ſunt fe
iudicio introducũt, quomodo ferẽdi ſunt,qui introductis iam eccleſiæ can rendi qui au
tibus, & vocalibus laudibus temerario auſu detrahunt? an non vel ſu temerario
Ozæ principis exemplũ deterrere debebat profanos hoſces,ne quid eiuſ- detrahũt vo
modi ſibi arogarent?non ſunt vocandi ſacerdotes Baal cantantes in eccle calibus lau-
ſia,nec vocales eccleſiæ cantus dicendi ſunt boatus cum nota, vel dei de dibus eccle-
riſiones,ac populi deceptiones potiusquam cultus dei,(o qui contenditis ſiæ.
eliminare cantum ab ecclaſia Hilarij errorem ſequentes,& innouantes, 2. Reg 6.
de quo D. Auguſtinus) ſed vos digni eſtis, vt tali nomine honoremini, Lib. 2.re-
qui vulgares cantilenas in ipſius miſſæ officio ędidiſtis,& loco veri, & tract. 2.c.
approbati cantus,eructaſtis,& eructatis,putãtes temerè,& ſine cauſſa
factum eſſe quod vera,& ſola latina lingua in occidua eccleſia ſacra pe
ragantur,in qua ſicut vna eſt fides,ita viſum eſt ęquum,vt vna eſſet qua
ſi catholica lingua cõmunis omnium gentium, & nationum,qua res diui
na fieret,per quam vnitas fidei etiam retineretur,quàm pulchrum autẽ,
& decorum eſt,cũ peregrinus venerit aliquis,ſi ea lingua peragi ſacra
audiat,cuius,& ipſe rudis non ſit,cum ea quaſi propria ſit gentis chri-
ſtianæ,ſi vnanimes vno ore, vna etiam lingua glorificantes omnes Deũ
videat? an non ea res documento eſſe queat totius, quæ in orbe eſt chri-
ſtiano multitudinis credentium eſſe cor vnum,& animam vnam? ſeruos
(o boni) oportet eſſe obſequentes,& filios non decet eſſe degeneres,cur
igitur dicitis fruſtra tẽpus teri in cãtibus eccleſiaſticis, aut horis cãtan-
dis? an nõ in conc.Toletano,mandatur à patribus,ſicut orationes, ita & Cap 12.
hymnos ad laudem dei compoſitos,nullus vlterius improbet? & idem in
conc.Agathen. an non debemus deo gratias agere de omnibus, & cum

omnibus, quæ de manu ſua accępimus? an tãtum mentem accępimus ab
eo, & non corpus, non carnem, non linguam, vt mente tantum, & ſpi
ritu, non carne, vel lingua ei pſallere debeamus? iſdem ſpiritus ſanctus
1.Cor.14 c. *qui per D. Paulum loquebatur, pſallam ſpiritu, pſallam & mente, ora*
bo & mente, per proph. Dauid. locutus eſt, cor meum, & caro mea exul
Pſal 83. *tauerunt in Deum viuum, & Domine labia mea aperies, & os meum an*
nunciabit &c. Verum eſt verum eſt non nego, quod tempore D. Pauli
Pſal. 50. *non decantabatur ſicut modo concinitur, & ratio eſt, nam tunc tempo*
Sicut modo *ris religio chriſtiana adhuc in cunis vagiens non habebat templa ad lau*
cõcinitur in *des diuinas decantandas, quæ vix habebat domos ad ſecurè habitandũ,*
eccl. non de *at nũc quia habet templa, ſecura eſt ab impijs tyrannis, iam adoleuit. vi*
cantabatur *res ſuſcępit, & facultas adeſt ea perficiendi, non debemus ab illis deſi*
tempore D. *ſtere, maximè cum vocalis laus, & eccleſiæ cantus inſtitutus ſit ad imi-*
Pauli, & *tationem ſuper cęleſtis Eccleſiæ in qua angelici ſpiritus, & reliqui ſu-*
quare. *pernæ patriæ ciues iugi modulatione, & dulciſona perſonant cantica in*
pſal. 83. *ciuitate ſancta de quibus beati qui habitant in domo tua domine, in ſę-*
Iſaiæ 6. c. *cula ſęculorũ laudabũt te, de quibus Iſaias dicit audiuiße videlicet Sera*
phin clamãtia alter ad alterum, Sãctus, Sãctus, Sanctus, Dominus Deus
ſabaoth: ſi filij Iſrael trãſacto mari rubro, & Pharaone ſubmerſo, hym
num domino modulantes cecinerunt, & Maria Prophetiſſa ſumpſit tym
panum in manu ſua, & egreßæ mulieres poſt eam cũ tympanis, & cho-
Exo. 15 c. *ris dixerunt cãtemus domino, ſi in lege veteri laudabatur Deus in muſi*
cis inſtrumentis, & humanis cantibus ſecundum illud. Confitemini do-
mino in cythara, in pſalterio decem cordarum pſallite illi, cantate ei cã
pſal. 32. *ticum nouum, benè pſallite ei in vociferatione, ſi Dauid inſtituit canto-*
res, vt cantarent ante archam, et ipſe, & omnis yſrael luſerunt coràm
1. Paral. *domino in cytharis, lyris, cymbalis, & tympanis ante archam quando re*
6. c. *uertebatur de domo aminadab. Si in Nouo teſtamento habemus cantica*
2. Reg 6. c. *Zachariæ, Simeonis, & beatæ virginis, ſi ſaluiferum Chriſti redem-*
ptoris ortum multitudo cęleſtis exercitus celebri cantu denunciauit.
Luc. 2. c. *Si de hymnis canendis habemus exemplum ſaluatoris, qui poſt cęnam*
hymnum dixit, quo dicto exierunt in montem Oliuarum, Habemus exẽ
Mat. 26. c. *plum apoſtolorum, & chriſtianorum, de quibus Plin. 2. in epiſtola ad*
Traianum ait, hæc fuit ſumma vel culpæ, vel erroris eorum. ꝙ eſſent ſo
Vſus voca- *liti ante lucẽ cõuenire, & carmen Chriſto ſuo quaſi deo canere, patet ꝙ*
lis cãtus, & *vſus organorum, vocalis laus, & Eccleſiæ cantus licitus ſit, ac per hoc*
organorum *non improbandus veluti illicitus, & malus, maximè ſi debita cum con*
licitus, & *ditione fiat, & exerceatur excitandę deuotionis gratia, & non cauſſa de*
quomodo. *lectationis carnis. & non ad impurum amorem referatur, ſic enim quod*
licitum eſt, illicitum fieret, neq; enim ad hunc finem inſtitutum eſt à patri
bus

bus vt indiuinas laudes cantus aſſumerentur, & organorũ vſus, ſed vt
infirmorum animi magis pronocarentur ad deuotionem, accenderentur.
dilectionis affectus, mentes reficerentur, & in Deum excitarentur. hinc
Raban. lib de inſtit. cleric. c. 76. pſalterium (ait) idcirco cum melodia cã
tilenarum ſuauium ab eccleſia frequentatur, quo facilius animi ad com
punctionem flectantur, & D. Aug. 10. confeſſ. adducor cantandi conſue
tudinẽ approbare in eccleſia, vt per oblectamenta aurium infirmorũ ani
mus in affectum pietatis aſſurgat, & de ſeipſo ait. 9. confeſſ. fleui vberri
mè in hymnis, & canticis ſuaueſonantis eccleſię vocibus vehemẽter af
fectus acriterq; commotus: & benè (ait) ꝙ vocibus afficiebatur ſuauæ
ſonantis eccleſię, nam & ſi cãtus ſuaues admittendi ſint in eccleſia non
tamen theatrales moduli, hinc D Hier. super illud cantantes, & pſallen Eph. 5. c.
tes in Cordibus veſtris deo, & habetur in decr. diſt. 92. c. cantantes,
reprehendere videtur nõ ſimpliciter cantum (vt quidam putant) ſed eos
qui in eccleſia cantant more theatrico, non propter deuotionem excitan-
dam, ſed propter oſtentationem, vel delectationem prouocandã, indignè
ferent hęc dicta noſtra hæretici, quorum typum geſſerunt olim pharisæi,
& ſcribę, qui in digne ferebant ꝙ pueri concitante eos Spiritu. s. clama-
rent in laudem Ieſu, o ſanna in excelſis. ſpernent nos, ac dicta noſtra non Mat. 21. c.
ſecus ac Michol filia Saulis deſpexit Dauidem, cuius typum, & hodie ge 2. Reg 6. c.
runt hæretici, in organa, & cantus eccleſię latrantes, ſed quid ad nos? in
Noe archa ſumus, non ꝑualebũt aquę contra nos, partes noſtras tuebitur Mat. 28. c.
Chriſtus, qui nobiſcũ eſt vſq; ad cõſummationẽ ſęculi qui Michol deſpi
cientem Dauidem ante archam domini cythara percutientem, & totis ui
ribus ſaltantem, choreamq; ſanctam ducentem, ſterilitate percutiet, ob
quam hæretici, qui ſunt typus dictæ vxoris Dauid maledicẽtur. Quia igi
tur laus oris eſt neceſſaria, & ſi non propter Deum, propter ipſum tamẽ
laudantem cuius affectus excitatur in Deum, ex laude ipſius ſecundum
illud. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo oſtendam illi ſa Psal. 49.
lutare Dei, in quantum homo per diuinam laudem aſcendit in Deum in tã
tum ꝑ hoc retrahitur ab his quæ ſunt contra Deum ſecũdum illud, laude Isai. 48. c.
mea infrenabo te, ne intereas, & prodeſt etiam laus oris ad hoc vt alio-
rum affectus prouocetur in Deum, hinc, quũ dixiſſet David, ſemper laus Psal. 33.
eius in ore meo mox ſubdit, audiant manſueti, & lętentur, & cantus, &
organorum vſus licitus eſt, maximè ſi debita cum conditione fiat (vt di discrimen in
ctum eſt) non ſunt hæc prętermittenda, garrient hęretici (ut uolent) Eſt ter canticũ,
etiam aduertendum ꝙ licet quandoq; horũ trium, cantici videlicet. Pſal Psal. &
mi, & hymni, vnum pro alio ponatur, diſtincta tamen ſunt, nam canticũ Hymnum.
laus Dei eſt ad ſpiritualem iucunditatem, et diuinorum atq; cæleſtium cõ
templationem ſuſtollens, ac etiam exultatio mentis habita de æternis in
vocem

vocem prorumpens, Et pſalmus, qui electum carmen eſt, laus Dei ſit ad
benè operandum inducens, Hymnus tamen propriè græce, qui latinè di-
citur laus dei cum cantico, vt vox humana in laudem dei metricè compo
ſita, ad deuotionem accendens, propriè.n. hymnus canticum eſt, continẽs
laudem dei, ac per hoc vt ſit hymnus, tria debet habere, laudem, dei lau
dem, & canticum, vnde ſi ſit laus, & non dei, non eſt hymnus, ſi ſit laus,
& dei laus, & non cantetur, non eſt hymnus, at quod cantatur ad laudẽ
dei hymnus eſt. Sed videte fratres, ne vos amplius moueat cantus, quã
res quę canitur, quia quum hoc accidit ait D. Aug. 10 confeſſ. penali-
ter me peccare confiteor, & tunc mallem me non audire cantantem, Et
D. Bernard. vos moneo (ait) dilectiſſ. purè sẽper: ac ſtrenuè diuinis inte
reſſe laudibus Strenuè, vt ſicut reuerenter, ita, & alacriter domino aſſiſta
tis. Purè vt nihil aliud dum pſallitis, quàm quod pſallitis cogitetis, Spiri
tus.n. ſanctus illa hora gratum non recipit quicquid aliud quàm debes,
neglecto eo quod debes, obtuleris, Sẽper, vt ſine intermiſſione (habitu ſal
tim ſi non actu) perſiſtamus in laude dei, quę cor magis requirit, quàm ſo
num, qui ſine mente vanus eſt, quamuis, & corporis geſtibus etiam lau-
Pſal. 83. *detur, alioquin nõ diceret Dauid cor meum, & caro mea exultauerunt in*
Deum viuum, qua veluti ſacrificio quodã honorificatur Deus ipſo dicen
Pſal. 49. *te. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo oſtendam illi ſa-*
lutare Dei, vt ſcias id non fieri ſine præmio ſacrificium huiuſmodi offe-
rentis, nam in ſacrificio laudis diuinæ, fit iter aſcenſionis ad Ieſum, quia
Pſal. 64. *dum per hymnum, qui decet Deum in Syon i. in eccleſia militanti compũ*
ctio effunditur, via nobis in corde fit, per quam ad Ieſum veniamus, eiq;
iungamur, nihil.n. eſt in hac mortali vita, quo poſſimus Deo familiariter
iungi, quàm in laudibus ipſius, Laudationẽ igitur domini loquatur os no
pſal. 144. *ſtrum, hymnum cantemus ei de canticis Syon, eructent labia noſtra hym*
pſal. 136. *num, & quod ore proferimus mente penſemus, ne inter eos computemur*
pſal. 118. *ac pereamus, de quibus Deus, appropinquat populus iſte ore ſuo, & la-*
Iſai. 29. c. *bijs ſuis glorificat me, cor autem eius longe eſt à me, ſicq; erit Deo noſtro*
pſal. 146. *iucunda, decoraq; laudatio, Et quia vnicuique datur manifeſtatio ſpiri-*
1. Cor. 12. c. *tus ad vtilitatem non ſolum ſuam, ſed totius eccleſię, & beatus Petrus*
1. Pet 4. c. *dicit vnuſquiſque prout accępit gratiam, in alterutrum illam admini-*
ſtret, ſicut bonus diſpenſator multiformis gratiæ dei, circa hos hymnos
Sap. 10. c. *exponendos aliquid (prout donabit Deus) qui linguas infantium diſer-*
Leuit. 26. c. *tas facit, & mutorum aperit ora, in medium adducam, & amatoria pa-*
triæ noſtræ cantabo, non vetera, quæ proiicienda ſunt, nouis ſuperuenien
tibus, quia noua via, viator nouus, canticum nouum, & quia ſcienter
cantare, non aui, ſed homini diuina voluntate conceſſum eſt, Hortor
omnes, vt videant, ne benè cantent, & malè viuant. Cantandum eſt

fratres

(fratres chariſſimi) ſed canticum cum cythara, quod non eſt aliud quàm benè loqui, & benè facere, quid enim proſunt hymni, ſi vita ſacrilega fuerit? & prorſus nihil, alta verba non faciunt iuſtum, & ſanctum, ſed virtuoſa vita efficit Deo charum, audite Chriſtum, quid mihi (ait) dicitis domine domine, & non facitis quæ dico? denarius diurnus non benè loquentibus, ſed operantibus datur, voca (ait) procuratori ſuo, dominus vineæ, operarios, & redde illis mercedem, cantantibus canticum, & non cum cythara, dicitur à domino, aufer à me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non exaudiam. Sed dices quomodo inuitamur ad cantica, & ad hymnos cum ſimus in terra aliena id eſt in mundo, in quo non eſt gaudendum, vel cantandum, ſed magis lugendum, & gemendum. quod præſentiens Iſaias ait, rugiemus quaſi vrſi omnes, & quaſi columbæ meditantes gememus, & Dauid ait, fuerunt mihi lachrimæ meæ panes die, ac nocte, & Chriſtus non vocat beatos cantantes, & exultantes, ſed gementes, & lugentes? Reſpondeo quod in mundo gemendum eſt, quia in valle miſeriæ ſumus, & calamitatis, inter tot pericula hoſtium aduerſantium & quia extranei ſumus, & in terra aliena, expulſi à patria noſtra, & gemendum eſt pro peccatis, quæ quis commiſit, in mundo gemendum eſt, non exultandum, plorabitis, & flebitis vos (ait Chriſtus) hymnus decet Deum in Syon, non in Babilone, cuius ciues, etiam cantant, & hymnum dei cantant, ſed non decenter, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, cum hoc tamen dico, quod in mundo exultandũ, & gaudendum, & quod in mundo inuitamur etiam ad cantica, at non ita vt exultatio, & gaudium terminetur in mundo, ſed in Deo, cuius cantica in mũdo cantamus, & exultauit (inquit) beata virgo in Deo ſalutari meo ſpũs meus, Gaudete in dño ait D. Paulus in mũdo exiſtẽtibus, gaudete in dño ſemper, iterũ dico gaudete, vnde ſicut poſſumus in carne eſſe, & non ſecundum carnem ambulare, in mundo eſſe, & non ſecundũ mundũ viuere ſic poſſumus in mundo hymnos canere, at non mundi hymnos, ſed Dei, et qui ſic cãtant, in Syon cãtant, non in mũdo, nõ in Babilone, qui & ſi in mũdo ſint, de mũdo tamen nõ ſunt, & ſi in Babilone, ciues tamen Babiloniæ, carmen quidem audiunt ſonantem, cordis autẽ ſonum audit cõditor Hier. quo quidem corde iam ibi ſunt, vnde verè cum D. Paulo dicunt, noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Hoc modo in mundo hymnos & cantica canentes, & pſallentes in cordibus ipſorum domino ſancti, qui præceſſerunt nos cantauerunt, & domino placuerunt.

Aduertendum quod laudare Deum commune eſt comprehenſoribus beatis in patria, & eccleſia triumphanti, & viatoribus in mundo, et in eccleſia militãti, ſic enim temperauit laudem ſuam Deus, vt ſi maiorũ eſſet, & minorum tñ, de primis quidem dicitur, beati qui habitant in domo tua

Quid ſit cãtare canticũ cũ cythara.
Luc. 6. c.
Mat. 20. c.
Amos. 5. e.
Dubium.
Cantandum in mũdo, & lugendum, quomodo.
Iſai. 59. c.
pſal. 41.
Mat. 5. c.
Solutio.
Ioan. 16. c.
pſal. 64.
Eccleſiaſti. 15. c.
Gaudendũ & exultandum in mundo, & quõ.
Luc. 1.
Philip. 4. c.
Philip. 3.
Laudãt Deũ viatores, et comprehenſores, ſed diuerſimode.

pſal 83. *tua domine, in sæcula ſæculorum laudabunt te, & hoc eſt pręceptũ quod*
pſal. 148. *eis poſitum eſt & non præterèunt, quia potentes ſunt virtute, & facien-*
pſal 102 *tes uerbum eius, miniſtri eius, qui faciunt uoluntatem eius, & benedic*
in ſęcula ſæculorũ laudabunt te, hoc eſt ſine ceſſatione, quia beati, quorum
hoc eſt negocium uidelicet laudare Deum, non arant, non ſeminant, non
molunt, non coquunt, opera enim ſunt iſta neceſſitatis, & ibi nulla neceſſi
tas, non furantur, non depredantur, non adulterantur, opera enim iſta ini
quitatis ſunt, & ibi nulla iniquitas, non frangunt panem eſurienti, non ue
ſtiunt nudum, non ſuſcipiunt peregrinum, non viſitant ęgrotum, non con-
cordant litigioſum, non ſepeliunt mortuum, opera enim iſta miſericordiæ
ſunt, & ibi nulla miſeria, in qua fiat miſericordia, quomodo igitur à laude
Dei impediri poſſunt: in ſæcula igitur ſæculorum laudabunt te, & requiẽ
Apoc. 4. c. *non habebãt, ideſt ceſſationem ab actu laudis diuinæ, die ac nocte. De uia*
Apoc. 19. c. *toribus uero ſcriptũ eſt, laudem dicite deo noſtro omnes ſerui eius, qui ti*
metis eũ puſilli, & magni, & uerè laudes iſtę beatorũ, & uiatorũ, in mul
tis ab inuicem diſtinguntur, nam laudes beatorum perfectiores, & delecta
biliores ſunt, nam cum laudatio ex laudati cognitione exiſtenti in laudan
te proficiſcatur, & beati clarius, atq; iucũdius Deum cognoſcant, intueã
tur, atq; cõſpiciãt quàm uiatores, cõſequens eſt, ut perfectius, & delecta
bilius ipſum collaudent, non ſic uiatores, quorum intellectus, ſe habet ad
1. Cor. 13. c *ea quæ ſunt manifeſtiſſima in natura, ſicut oculus noctuæ ad lucem ſolis,*
de quibus apoſtolus ſanctus, uidemus nũc per ſpeculũ in ænygmatę, nũc
cognoſco ex parte, quorum laus ſæpe quietem, & interpollationem ſorti-
tur, faſtidium, tædium, & fatigationem patitur, in mundo enim cum ſint,
1. Cor. 7. *non ſolum ſoliciti ſunt ad ea quæ Dei ſunt, ſed ad ea quę mundi, & diuiſi*
ſunt ita, ut maritus uxori, & vxor uiro aliquam ſui partẽ debeat, ob quod
facultatem non habent ſine ceſſatione, & impedimento Dominum laudan
di Beati cum omnimoda ſecuritate præcordialiſſimis laudibus Deũ vene-
rantur, at uiatores cum admixtione periculi, & pauore, ad quos dicitur
pſal 2. *ſeruite domino in timore, neq; enim certi ſunt amore ne, an odio digni ſint,*
eccles. 9. c. *rurſus beatorũ laus quam, offerunt Deo, pura eſt, abſq; defectu, nec ora*
tionibus mixta, ita ut pro ſe orent, quo ad pręmium eſſentiale præſertim
adipiscendum, à principio enim mundi iudicati ſunt quo ad remunera-
tionem principalem boni angeli, & mali, quod quidem eſt, uel adeptio,
uel carentia viſionis diuinæ eſſentiæ, licet in pręmio accidẽtali proficiant
per hoc quod homines eorum miniſterio ſaluantur, ſicut angeli mali pœ-
nam accidentalem ſibi accumulant inducendo homines ad peccata iuxta
lucę 15 cap. *illud, gaudium eſt in cœlo coràm angelis Dei ſuper vno peccatore pęniten*
Mat 8. c. *tiam agente, & illud quid nobis, & tibi fili Dei benedicti ſi ueniſti ante tem*
pus torquere nos. At quæ uiatorum multiplicem habet defectum, & ſic

lau-

laudant altiſſimum, vt proprium quęrant euadere periculum, audi Dauidem. Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero. Sed dices, quomodo dicis, quod laudare Deum conueniat beatis, & viatoribus tantum. an non omnia quæ fecit Deus præter vitia, quæ non fecit, laudant Deum, omnia opera operatorē, omnia facta factorem, omnis creatura creatorem? dicat Tibi Dauid, qui dicit, laudent illum, cæli, terra, mare, & omnia reptilia in eis? Reſpondeo, at non voce ſua per ſe, & corde ſuo iſta laudant Deum, ſed cum ab intelligentibus conſiderantur, & videntur, conſideratur creator, qui ea fecit, & de illis naſcitur in nobis laus Dei, & quum per ipſa laudatur Deus, quod lammo lo & ipſa laudant Deum, quia ipſorum conſideratione laudatur Deus, & quia ſoli cōprehenſores in cælo, ſoli viatores in terra laudant Deum per ſe, voce ſua, lingua ſua, corde ſuo, quibus tribuit Deus intellectum, & mentem ad ipſum laudandum, rectè dictum eſt, ſic temperaſſe Deum laudem ſuā, vt comprehenſorum tantum eſſet in cælo, & viatorum in terra, quorum vox eſt, laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. pſal 68 Et hoc eſt hymnos canere, & laudem Dei dicere cum cantico, quorum hymnorum primi dilucidatiō hæc eſt, ſic enim incipit.

pſal. 17.
Dubium
pſal. 68 & 148.
Reſponſio. Creatura irrationalis, & quęlibet ab homine non propriè dicitur laudare Deum ſed hominibus laudandi Deū ſubminiſtrare cauſſam.

P*RIMO dierum omnium &c.* Et dicitur ad nocturnum matutinum diebus dominicis, à calen. Octobris, vſque ad Aduentū, & ab octaua Epiphan. vſque ad primam dñicam quadrag. excluſiuè, cum ſuo hymno ad laudes matutinas, *AEterne rerum conditor.* Quis huius hymni authot fuerit neſcio. Aliqui dicunt quòd fuerit Diuus Gregorius Puto tamen ego, quod eius auctor fuerit Ambroſius ſanctus, qui compoſuit etiam hymnum ad laudes, AEterne rerum conditor. Et per primum omniū dierū intelligimus. Dominicum diem, nam hac die mundus ſumpſit exordium, qui primus dierum dicitur, quia reuera ipſe primus ſæculi dies fuit, qui etiam vna, ideſt prima ſabbati dicitur, & ſabbatum ex ſabbato ſabbatorum, quod feriale erat apud Hæbreos, in quo non licebat cibū parare, nec vltra mille paſſus ire, nec vllum ſeruile facere opus, qui licet ſolis dies dicatur. Hanc veritatem poteſt habere dictum hoc, quia ſol in eo primam horam habet, & ab eo planeta dies ſumit nomen, ſecundum Gentiles, qui in illo primam horam habet, & non quia ſol huius diei author eſt. vel diei, quia ne hoc putaremus, quarto die ſolem fecit *Deus*, vt patet in Gen. huius enim diei author eſt, non ſol corporeus, ſed ſolis author *Deus*, hinc ſanctus *Dauid*. Hec

Matt. 28. et Iban. 20. Eſaia 66.

pſal. 117. dies, quàm fecit dominus &c. hic dies, dicitur dominicus dies, & nō
Dies dominicus dicitur dies dñi & quare. quia primam horam in eo habet ſol, qui maior eſt, & quaſi dominus inter planetas, ſed quia Imperator noſter Chriſtus in eo verè ſe dominū cęli, & terræ eſſe, declarauit, & verè ſe habere poteſtatē ponendi animam ſuam, & iterum ſumendi eam, & per excellentiam
Ioan. 10. c. dicitur dies domini, quem ſingulariter fecit, & licet omnes dies ipſe fecerit (præter diem culpę, quàm non fecit) hunc diem peculiariter fecit dominus, qui dies gloriæ eſt, quàm fecit, cùm ſuam humanitatem glorificauit, in quo exultandum, & lętandum: nō ſic in die naturę, quia tūc homo naſcitur plorans ad calamitates, & labores pluſimos, non ſic in die gratiæ, nam licet in hoc die ſit pax, non eſt ſēpiterna tamē, ac perpetua, quia bellum habemus aduerſus poteſtates tenebrarum, carnem, & mūdum, habent dies ſuos mali, dies culpæ, dies vanitatis, & ambitionis, ducunt in bonis dies ſuos, quos
Diem dominicum peculiariter fecit dominus
Iob. c. 12.
Hie. 17. c. non deſiderant boni, & homines dei, diem hominis non deſideraui,
Lucę. 22. c. habent horam ſuam mali, Chriſto dicente, Hæc eſt hora veſtra, & non habebit diem ſuum Chriſtus? habet vtiq;, & hic dies, eſt primus omnium dierum dies, qui dies dicitur à primo die ſęculi, quia ille dedit lucem mundo, hic lucis authorem, tunc inchoatus eſt mūdus ad rudem materiam, nunc electus ad gloriam, in quo apparuit auctor ſolis oriens ex abyſſo: in quo reſurgens, veram requiem gloria, & honore coronatus introiuit, longèq; excellentius requieuit, quam cum à mūdi creatione ceſſauit, & ideo excellentior omnibus, nam quicquid inſignius ab eo inſtitutum eſt, in huius diei dignitate
Mirabilia facta ſunt dñico die, et fient. geſtum eſt, in hoc mundus ſumpſit exordium, formata ſunt elementa, angeli creati, quod hymnus noſter explicat, dicens, quo mūdus extat conditus, in hoc, per Chriſti reſurrectionem, qua aſcendit ab inferis, eleuans ſecum ſanctorū corpora, tāquam ſpiritualium ſyderum chorus, & mors interitum, & vita ſumpſit initium, in hac apoſtoli à domino prædicandi omnibus gentibus euangelij tubam ſumunt, & inferendum mundo vniuerſo regenerationis ſacramentū accipiunt, in hac clauſis ianuis ad diſcipulos in vnum congregatos,
Ioan 20. c. intrauit Ieſus, & inſufflans, dixit, accipite Spiritū ſanctum, quorum remiſeritis peccata &c. in hac promiſſus ſpiritus à domino, aduenit, in hac manna in eremo de cęlo datum eſt: hac die reſurgemus omnes, vt ſit mēbrorū ad caput conformitas, ſolo hoc die conſecrari poſſunt Epiſcopi diſt. 75. c. quod die dominico, hac die reddita
Philip. 3. c. eſt nobis petra Chriſtus, qua circūciduntur, qui cum. D. Paulo dicere volunt, nos ſumus circuncíſio, qui reſurgens promiſit nobis æternum diem, & conſecrauit nobis dominicum diem, ſabbatum ſab

bato-

batorum, primum ſabbatum delicatum, & ſanctum domini glorioſum. ſabbatum ex ſabbato ſuccedens, vnde ſicut hæbrei in ſabbato ceſſabant ab omni opere ſeruili, ſic nos, in hac præclariſsima die, ſequeſtrari à rurali opere, & ab omni negocio, ſolo diuino cultui vacare debemus: qui dies nedum dominicus dicitur dies, ſed, & panis dies, & ſolis dies, ac lucis. Dicitur dies panis, quia in eo nouimus panem reſurrectionis cęleſtis; & panis, in quem miſſum eſt lignum, proceſſit viuus, qui de cœlo deſcendit, quem guſtando, non ſicut adam uidimus nuditatẽ propriam, quoniam nuditas noſtra, tecta eſt per huius diei, tam præclari, inter feſtiuitates omnes præcipui, claritatem. Dicitur etiam dies lucis, quia in eo fugerunt tenebrę cæcitatis, & lux orta eſt eis, qui erant in regione vmbræ mortis. Præcamur igitur, vt hoc die dierum primo omnium qui dominicus dies dicitur, lucis, & panis dies, quo mũdus fuit conditus, & quo reſurgens cõditor noſter, deuicta morte liberauit nos, liberet adhuc à tirannis, mũdo, carne, & diabolo, qui medio cõcupiſcentiæ oculorum, carnis, & ſuperbiæ vitæ, captiuos duxerunt nos in Babiloniã; & nõ ceſſant rogare nos, vt ſicut ipſi, cãtemus, gaudeamus, comedamus, bibamus, & fruamur bonis, quę ſunt, & de pęnitentia, & reuerſione ad Deũ, nihil cogitemus: quatuor. n. modis, nititur diabolus mundus, & caro, nos à pñtia reuocare, & à nouitate vitę, in qua nollet nos ambulare, quod monuit Chriſtus reſurrectione ſua, dicente D. Paulo, vt quemadmodum Chriſtus reſurrexit à mortuis, per gloriam patris, ſic nos in nouitate vitæ ambulemus. Nam modo dicunt nihil eſſe; quod perpetratum eſt, modo Deum eſſe miſericordem, modo aliorum peccata maiora eſſe, modo pollicetur tempus ſubſequens, ad penitentiam, vt ſic mens noſtra, per hęc ſeducta, à lamẽtis pñtię ſuſpendatur: liberet igitur redẽptor, & liberator noſter ab his inimicis peſſimis, hac die tam p̃clara, tam ſolenni, tam præcipua, ꝙ, vt facilius impetrare poſſimus, eia *pulſis procul torporibus*, ideſt diſiectis, remotis procul à nobis negligentijs, vt quid mane pigri ſtertimus? an neſcitis ſcriptũ, quod de ſtercore boum lapidabitur piger? an neſcitis dixiſſe quendam, plus vigila ſemper, nec ſomno deditus eſto? &c. an neſcitis ſcriptum, omnis piger in egeſtate eſt? propter frigus piger arare noluit, mendicabit in æſtate, & nõ dabit illi? *Pulſis ergo torporibus*, negligẽtijs, pigritijs, *Surgamus omnes ocyus*. i. cito, & velociter, aduerbiũ enim cõparatiuum eſt, & ponitur pro poſitiuo, quod non habet, vſquequo veluti iumenta computreſcemus in ſtercore? neq; enim dormire phas eſt, vbi videmus iudã nõ dormire, & aduerſarios noſtros, vigilate ait Chriſtus, & D. Petrus

Dies dominicus dicitur dies panis, ſolis, ac lucis, et quare

1. *Ioan.* 2. *c.*

A pęnitẽtia nos reuocare conantur inimici noſtri.

Rom. 6. *c.*

Eccl. 22. *c.*

Cato.

Prou. 21 *c.*

Ibi. c. 20.

Rom. 13. c. De ſomno ſurgere hora eſt inquit D. Paulus. audi Salomonem, vſ-
Prouerb. quequo de lecto conſurges? parum dormies, modicum dormitabis,
24. c. pauxillum manus conſeres, vt quieſcas, & veniet tibi quaſi curſor,
3. Reg. 3. c. egeſtas tua, & médicitas, quaſi vir armatus, an neſcis puerú oppreſ-
Tho 2. c. ſum quum dormiret mater? an neſcis Thobię dormienti cæcitatem
contigiſſe? an neſcis Holofernem occiſum cum dormiret? an neſcis
Mat. 13 c. in agro domini ſuper ſeminatam zizaniam, quum dormirent ſerui?
Mat. 26. c. an neſcis Petrum reprehenſum à domino, quia dormiret? vide ne
Hier. 3. c. dormias in confuſione tua, & operiet te ignominia tua. ſurgamus
igitur ocyus, & à ſomno corporis, & à vitijs, & peccatis, nobis .n.
Eph. 5 c. dicitur ſurge qui dormis, & exurge à mortuis, ideſt à peccatis, quę ad
Ioan 5 c. ducunt mortem, & illuminabit te Chriſtus. Ad nos dirigitur illa
Luca. 7. c. vox Surge tolle grabbatum tuum, & ambula de virtute in virtuté,
& illa adoleſcens tibi dico ſurge, & quia non ſufficit ſurgere tantú,
ſed, & cum hoc ambulare oportet, & hoc eſt ambulare, bonis ope-
ribus inſiſtere, ideo ſubdit hymnus noſter. *Et nocte queramus pium*
ſicut prophetam nouimus. Senſus eſt nocte, ideſt per noctem, & in
nocte præſentis miſeriæ, & vallis lacrymarum, quęramus piú Deú,
Eccl. 43. vel Chriſtum, qui diues eſt in miſericordia, cui proprium eſt miſe-
Eccl. 49. reri ſemper & parcere, qui facit nos pios, piè agentibus dat ſaluté,
& ijs, qui in diebus peccatorú corroborãt pietaté, *Sicut prophetam*
videlicet Dauid Per prophetam intelligit antonomaſtice Dauidem,
qui eſt prophetarum eximius, qui & ſi non fuit propheta vſu, offi-
cio, & conſuetudine prædicãdi, fuit tamen inſpiratione, quia Deus
illi reuelauit ſecreta, & futura inſpirando. *nouimus*, vel dixiſſe, vel
pſal 118. feciſſe, vel queſiſſe, qui ait media nocte ſurgebam ad confitendum
pſal. 76. tibi, & in die tribulationis meæ, Deum exquiſiui manibus meis no-
cte, coràm eo, & non ſum deceptus. Hæc enim via eſt, qua cú quæ-
Tren. 1. ritur Deus inuenitur, hinc Hieremias plorans (ait) plorauit in
nocte, & lachrymæ eius maxillis eius. O fęlices, qui noctem vertunt
Iob. 17. in diem, laudando Deum, & extollendo manus in ſancta, benedi-
pſal. 143. cunt dominum, quia poſt tenebras ſperabunt lucem Et benè ait,
Iob. 17. *nocte quæramus*, in hac enim maximè inſidiatur nobis demon, vt
ad turpia impellat, nox enim peccatis turpibus apta eſt, furtis, adul
terijs &c. quum homines ſperant forè clàm, & minus habent pudo
ris, quare accuratius in ipſa quęrendus eſt Chriſtus. Et benè ait no
cte quæramus, nam ornauit Deus noctem multis excellentijs, Vn-
Iſai. 26. c. de non mirum, ſi Iſaias, anima mea (ait) deſiderauit te in nocte, De
nocte dixit Deus ad Gedeon, vt deſtrueret aram Baal, quæ erat pa-
Iudicum 6. tris ſui, & ipſe non de Die, ſed de nocte compleuit omnia. Nocte

Thobias

Thobias ſepeliebat mortuos, noctem totam orauerunt intra eccleſiam viri Bethuliç, petentes à Deo auxilium. Loquitur dominus nocte ſuis, indicabo tibi quid locut⁹ ſit mihi dñs nocte ait Samuel, cui de nocte dominus reuelauit deſtructionem Heli & domus eius. Veritas Dei annuntiatur per noctem (ait) Dauid Danieli nocte myſterium per viſionem reuelatum eſt. Ioſeph nocte audit, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, nocte audit, accipe puerum, & matrem eius, & fuge in AEgyptum, & nocte hoc fecit. Media nocte veniet Chriſtus ad iuditiũ, in cuius figura, angelus tranſiuit media nocte, percutiendo primogenita AEgypti, & dominus tranſiuit protegendo populum ſuum. quarta vigilia noctis; venit Chriſtus, & liberauit diſcipulos, Nichodemus nocte audit myſterium regenerationis noſtræ. Nocte D. Petrus è carcere liberatur ab angelo. Media nocte Paulus, & Sylas adorantes, laudabant dominum. Et quale myſterium non expleuit Deus nocte? Verum eſt quòd in initio mundi dies præceſſit noctem: at in nocte dominicæ reſurrectionis, nox cæpit præcedere diem. Tunc dies præceſſit noctem, in ſignum quòd Adam tranſiturus erat de luce virtutum, ad tenebras vitiorum, & de die paradiſi, debebat deſcendere ad noctem inferni: at in reſurrectionis nocte, fecit dominus, vt nox reciprocando præcederet diem, in ſignum reparationis ſecundi Addç, qui nos per ſuam reſurrectionem, de peccatorum tenebris, reparauit ad lucem: probaſti domine cor meum, inquit Dauid, & viſitaſti nocte: Memor fuit nocte (inquit alibi) nominis tui domine, & cuſtodiui legẽ tuam, hæc facta eſt mihi, vt pronomen hæc referatur non ad legem, quæ non eſt illi facta, ſed ad noctem tribulationis, quæ facta eſt illi, ideſt ceſſit ad vtilitatem ſuam, prodeſt enim eis qui ſalubriter exercentur in ea, vt diſcant non ſuperbire, propter quod malum, in iſtá noctem pulſus eſt homo, Vel ſi volumus, quod referatur ad legem ſic exponendum eſt, hæc facta eſt mihi, ideſt hoc, quod cuſtodiui legem tuam, factum eſt mihi, ideſt non per me ipſum, ſed vtiq; abſte o domine, quia iuſtificationes tuas, non meas exquiſiui, Deus .n. eſt D. Paulus inquit, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate, qui per proph. ait, & faciam, vt in iuſtificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obſeruetis, & faciatis, & benè ait nocte quçrendum eſſe pium dominum, nam reuera nox aptum tépus eſt, non ſolum ad purgandum ſpiritum ab omni labe carnali, id quod Dauid, Meditatus ſum in nocte cum corde meo (ait) & exercitabar, & ſcrutabar, vel ſcopebam ſpiritum meum, purgans illum ab omni carnali, & terrena cogitatione, & affectione. ſed ad

oran-

Iudith. 6.
1. Reg. 15.
1. Reg. 3.
pſal. 91.
Mala, & bona facta, & futura in nocte.
Mat 1.
Mat 2.
Mat. 25.
Mar. 6.
Ioan. 3.
Act. 12.
Act. 16.
In mundi initio dies præceſſit noctẽ, at in dominica reſurrectione nox cçpit præcedere diem, & quare.
pſal. 16.
pſal. 118.
Exponitur verbum.
pſal 118.
hæc facta eſt mihi.
Philip. 2. c.
Ezech. 11. 36 c.
pſal. 76

pſal. 41. orandum, in die mandauit dominus mīam ſuā (ait Dauid) & nocte
canticum eius; ſenſus eſt, in die pręcepit dominus, vt miſericordiæ
operibus inſiſtamus, & in nocte, vt eius laudibus vacemus, & con
Tren. 2. c. templationi, conſurge (ait) proph. lauda in nocte, in principio vigi
liarum effunde ſicut aquam cor tuum, ante conſpectum domini, ſic
faciebat dominus Ieſus, die enim prædicabat, & nocte orationibus
Luca 6. c. vacabat. Dices, & quid orandū? Reſpondet hymnus. *Noſtras præ*
dubium. *ces vt audiat &c.* tria dicit in hoc verſu, primū, vt Deus pius *audiat*,
Solutio. ideſt inclinet aures ſuas *ad praces noſtras*, quas in nocte fundimus,
& acceptet, ſiue dirigantur ad gratiarum actiones, pro acceptis be-
neficijs, ſiue pro remiſſione peccatorum noſtrorum, quibus ipſum
irritauimus, & per ſemetipſum audiat, neq; . n. præces ante faciem
ſuā proſternimus nos, in iuſtificationibus noſtris. (vhe nobis quia
Dan. 9. c. peccauimus) ſed in miſerationibus ſuis, multis, cui cū Daniele di
Luca. 11. c. cimus exaudi dn̄e, placare domine, attende, & fac, quia dixiſti, peti
te, & accipietis, quærite, & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis.
pſal 117. Secundū eſt, *vt porrigat nobis ſuam dexteram.* de qua Dauid, dexte
ra domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me, dextera dn̄i
pſal. 76. fecit virtutē, qua quidē dextera eleuabimur à vitiorū coeno, & à vo
Noſtrū eſt lutabro luti, in quo iacemus, & in viros alteros mutabimur, vt verè
cadere, non dicatur, ꝙ hæc fuerit dextera excelſi mutatio, p nos vtiq; cadere poſ
autem reſur ſimus, at reſurgere, nequaquā: ſpūs. n. vadens eſt hō, & nō rediens,
gere. niſi diuino fuerit ſuffultus adiutorio, & dextera apprehēſus, quis. n.
pſal. 77. neſciat ſcriptum, alleuat dn̄s oēs qui corruunt, & erigit oēs eliſos ?
pſal. 144. & quis neſciat Simonis ſocrū febricitātē adhuc iacere, ni Chriſtus
Mar. 1. c. dn̄s accedens eleuaſſet eam, apprehenſa manu eius? nōn mirū ſi Da
2. Reg. 22. c uid appellat Deū eleuatorem, & refugiū ſuū. O felices, quos dexte-
pſal. 143. ra ſua amplectitur, ac protegit, hinc Dauid, emitte manū tuā (ait) de
alto, eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filio-
Rom. 8. c. rū alienorum, ſi Deus pro nobis quis cōtra nos (ait D. Paulus) be-
Iob. 17. c. nè nouit hoc Iob. ideo dixit, Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pu
gnet cōtra me: Tertiū eſt, vt Deus miſericordia ſua, *reddat nos expia*
tos ſordibus. ſedibus polorū. Benè (ait) expiatos. i. expeditos, purga
Iſaia 35. c. tos, liberatos ſordibus, quia pollutus, nō intrabit in ciuitatē illā ſup
Apoc. 21. c. nā Hier. vt apud *Iſaiā* habes, & in Apoc. benè (ait) ſordibꝰ. Vocat. n.
vitia, & peccata ſordes, quibꝰ ſordeſcit aīa, denigratur, de coloratur
ita, vt verè dici poſſit, quo deperijt decor ille vultus tui? & denigrata
Tren. 4. c. eſt facies tua, ſup carbones, & benè (ait) *reddat polorum ſedibus*, ideſt
māſionibus cęlorū, quę cū euacuatæ ſint p luciferi peccatū, qui traxit
ſecum tertiā partem ſtellarū, reſtituendæ ſunt, & implendæ per ho-
mines

mines, qui aſſumentur in quemlibet ordinem, in reparationẽ angelicæ ruinæ ſecundũ dona gratiæ, & merita eorũ, & non ſecundũ dona naturæ, ſicq; uerificabit, ſp̃s redeat ad Deũ, qui dedit illũ, & illud ſedes ſedebunt in Hier. i. homines iuſti qui in aĩa ſunt ſedes dei, & ſapientiæ, ſedebũt in illa ciuitate, quę ex viuis cõſtruitur lapidibus, & ædificatur ad ſimilitudinẽ ciuitatis, q̃ diuerſos habet vicos. i. multas mãſiones, Chriſto dicẽte, in domo patris mei, manſiones multæ ſunt, vbi videbit Deus Deorũ, cuius participatio in idipſum. i. cui⁹ bonum communiter ab omnibus, & ſingulis, totaliter, & immutabiliter participabitur: *Vt quique ſacratiſſimo.* in quo verſu, author hymni, docet, quatenus oremus Deum, non ſolum vt audiat præces noſtras, porriggat dexteram ſuam, ad erigendũ eliſos, & reddat nos polorum ſedibus, à ſordibus expiatos, ſed etiam vt *beatis donis muneret*, vnde ſenſus eſt, orandus eſt, etiam Deus, vt muneret beatis donis. i. virtutibus, & Spiritus. s. donis, beatis ab effectu, quia beatos nos faciunt, *qui tempore ſacratiſſimo huius diei pſallimus*. i. iubilamus exultamus, congaudemus, & per corporis geſtus exprimentes gaudium mentis, digna vocis qualitate, cantamus laudẽ dei, *horis quietis*. i. noctis, quæ ad quieſcendum, laxis datur, & ad reficiendos artus. i. membra. Vel ſenſus eſt, orandus eſt, ẽt Deus, vt nos, *qui horis quietis*. ideſt noctis, cantamus domino laudes, *muneret ſacratiſſimo tempore, huius diei*, quo reſurrexit, quoue ad iudicium veniet Chriſtus, *donis beatis*, ideſt præmijs beatorum, illo enim die, ſicut nullũ malum erit impunitum, ſic nullum bonum erit irremuneratũ, vnuſquiſq; enim ſuam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem, ab eo qui reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua, præmia enim pro rectè factis dantur, & pœnæ pro malè actis, his enim duobus, pęna, videlicet, & pręmio rempub contineri dixit quidam ſapiens, & legibus propoſita eſſe virtutibus præmia, & vitijs ſupplicia. At quia qui ſeminant in carne, de carne non pñt metere vitã æternã, ſed benè corruptionẽ ſecundum D. Paulũ, & neq; molles, neq; effœminati, neq; adulteri regnum Dei poſſidebunt, in duobus ſequentibus verſibus oĩamus, & poſtulamus, vt gratia paternę claritatis, abſit à nobis libido ſordidans, & dicimus. *Iam nunc paterna claritas, te poſtulamus affatim &c.* vt ſit ſenſus ò Chriſte, qui es claritas paterna, lux lucis, lumen de lumine, ſplendor gloriæ, te modo poſtulamus, poſcimus rogamus, & noſtro quodammodo iure, petimus *affatim* i. valdè abũdanter, & aſſiduè, vel *affatim* penultima prod. ideſt facunde, Calepinus autẽ vult primã ſyllabã acui, nõ mediam (vt alijs placet) & ſonat ſecundum cũ abundè, & largè, *abſit* à nobis, tua gratia libido

Eccl. 12. c.
Ioan. 14. c.
pſal. 121.
1 *Cor.* 3.
pſal. 61. &
Rom. 2. c.
Gal. 6. c.
1. *Cor.* 6. c.

libido ſordidans, actus enim omnis carnalis, opus animalis eſt præcipuè tamen libido, quare vt differamus ab his, quibus nõ eſt intellectus, præcamur, vt abſit à nobis hic libidinis ſenſus, actus, opus, & vſus, per quem maximè homo inuenitur animalibus ſimilis, & ſemper in malo eſt, in bono autem nunquam, neq; enim rogamus, vt tollatur à nobis carnalium ſenſuum, opus, & actus, & vſus, nam nõ ſolum ad malum proficit, ſed etiam ad bonum, eſt enim, & ſecundum Deum videre, audire, odorari, guſtare, & tangere, quotieſcunque enim aſpicimus multiformes rerum ſpecies, audimus varios vocum ſonos, odoramus diuerſas odorum fragrantias, innumerabiles guſtuum ſuauitates, palpamus rerum qualitates innumeras, de operibus potentiæ, & ſapientiæ dei diiudicamus, vt cognoſcamus, & colamus eiuſdem creationis auctorem, ideo ſi tolleretur à nobis vſus ſenſuum propter malum, quod fit ex illis, impediretur etiam bonum, quod fieri ſolet per eos, & multa mala permittuntur propter bonum, quod oritur ex illis, permittuntur enim meretrices, vt non impleãtur omnia libidinibus, permittitur occiſio animalium, vt ſit vita leonis. Rogamus tamen, vt tollatur à nobis libidinis ſenſus, quia ſemper ad malum eſt, & nullum bonum impeditur ex illo, & nullum bonum oritur ex illo, niſi ſola carnis natiuitas, & illa ex malo eſt, & maledicto, quia ex ſemine, quod eſt maledictum ab initio, & nequis putaret quod loqueretur auctor hymni, de libidine quæ eſt animi cupiditas quædã, & generale vocabulũ omnis cupiditatis, vt de libidine vlciſcendi quæ vocatur ira, vel de libidine quomodocunq; vincendi, quę pertinacia dicitur, vel de libidine gloriandi, quę iactantia dicitur, vel de libidine habendi pecuniã, q̃ vocatur auaritia, vel de libidine loquẽdi, vel edẽ[illegible], addidit verbum *ſordidans*, & licet dictę libidines, & cęterę huiuſmodi ſordidantes dici poſſint, non ſic tamen, vt eſt ſordidans libido venerea, quę dicitur à libero, qui puellarum corpore depingitur, & dicitur libido, quia putãt libidinoſi, & venerei plus æquo indulgentes, quod eis ſit licitum facere, quod libet, & ſic nocent corpori debilitando, contaminando, & polluendo ipſum, iuxta illud, qui fornicatur in corpus ſuum peccat. Abſit igitur, & procul ſit à nobis tua gratia, & benignitate (ò domine) nedum *libido ſordidans*, contaminans polluens, & corpus, & animam, *ſed omnis actus noxius* ideſt culpabilis, & malus, nociuus, & offenſiuus, quo Deum offendimus, nos ipſos, & proximum, & hoc ideo oramus, ſequitur auctor hymni. *Ne fœda ſit vel lubrica &c.* ſenſus eſt, ne compago ideſt coniunctio corporis noſtri cum anima, ex quibus duobus tamquã ex partibus,

Non rogamus, vt tollatur à uobis carnaliũ ſenſuum opus, actus, & vſus, cũ æq; bonus, ac malus poſſit eſſe eius actus; ſed tamen libidinis ſenſus, q ſemp ad malum uergit.

Sap. 12. c.

Libido multiplex.

Libido quælibet licet ſordidans dici poſſit, venerea tamen ſordidare pæcipuè dicitur.

1. Cor. 6.

tibus, componitur hō, *ſit foeda*. i. ſordida, fœdida, & turpis, *vel lubri*
ca. i. labilis, fluens, decurrens, apta, & parata ad luxuriam, & in vo
luptatibus ſoluta, & in libidinibus prompta, *per quam* ſupple tu ſœ
ditatem, vel lubricitatem, *ipſi* ideſt nos *crememur*, ideſt puniamur,
patiamur, & tormentemur, *acrius*, ideſt fortiter, & poteter, *ignibus*
auerni. i. inferni, in quo impij in ignis medio poſiti, ſemper ſine ali
qua interpellatione cruciantur damni, & ſenſus, pœnas ſubſtinen-
tes, auernus. n. locus eſt, vbi eſt deſcenſus ad inferos, & ponitur ꝑ
inferno, ab infero infers, quia illuc impiorū animæ inferuntur, & *Infern⁹ cur*
benè ponitur auernus ꝑ inferno, quia ſicut auernus dicitur ab. à. q; *dicatū Auer*
eſt ſine, & vernus delectatio, quaſi ſine delectatione, ſic in inferno *nus, & vn-*
nulla eſt delectatio, ſed ſempiternus horror inhabitat ibi, & miſe- *de dicatur*
ria, & rerum omnium feces ibi congregantur, paupertas ſine diui- *auernus.*
tijs, luctus ſine riſu, infirmitas ſine ſanitate, deformitas ſine pulcri *Feces rerū*
tudine, contumelia ſine gloria, ignorantia ſine ſcientia, tenebra ſi- *omnium in*
ne luce, mors ſine vita, nox ſine luce, & die, & diabolus ſine Deo *inferno.*
præmiante, vel liberante, à quo liberet nos, qui mortuus eſt propter
dilecta noſtra, cui ſub nomine redemptoris dicimus in ſequenti ver *Rom. 4. c.*
ſu: *Ob hoc redemptor quæſumus, vt probra noſtra diluas &c.* Senſus
eſt, ò *redemptor* rogamus te *ob hoc*, ideſt propter hanc rem, ne vide
licet crememur acrius ignibus auerni, vt *diluas*, ideſt diſtemperes,
ad nihilum redigas, purges, laues, refellas, *probra noſtra*, ideſt vi-
tia, peccata crimina, vituperia, flagitia, ſcelera noſtra, & quæ ſecū
tur hæc, vt maledictum, dedecus, ignominia, contumelia, & cæ-
tera huius generis, & *benignus*, ideſt liberalis, munificus, qui, & ſi
vt bonus facere quidem bona, & præſtare quod poſcitur paratus
ſis, vt benignus tamen, (tua cunctos noſti inuitare dulcedine,) & ad
benefaciendum ſponte es expoſitus, rogamus, vt *conferas nobis*,
ideſt ſimul eroges, dones, *commoda*, ideſt vtilia, emolumenta, &
bona, nam ſicut mala inferuntur, ſic bona conferuntur, & non vti
lia, nec bona quecunque, ſed *vitæ perennis*, ideſt per annos omnes
durantis, perpetuæ, æternæ, & ſine cariture. *Quo carnis actu exu-*
les &c. ſenſus eſt, vt nos qui *exules*, ideſt aduenæ, & peregri-
ni facti ſumus *actu carnis*, ideſt operatione, & ſenſu carnis, &
peccato, quod proceſſit ex carne, deſignata per Euam, quæ à
ſerpente ſeducta fuit. *A* cęleſti patria, *effecti cælibes*, ideſt cæleſtes,
vt *prę ſtolamur*, ideſt expectamus ueluti is, qui ante ſtando, ibi mora
tur, quo venturū excipere vult, *cernui*. i. acclini inclinati, ceu terram
cęrnentes, & reſpicientes, proni in capite ruentes, & humiles, *cana-*
mus melos gloriæ tuę, ideſt melleam odam glorię, vel dulcem cantū,

Amen quid ſignificat.

Melos enim cantus ſuauitas eſt, ex apta vocis modulatione procedens. *Amen* ideſt ſine defectu, a b. à. quod eſt ſine, & mane, quod eſt defectus, Vel Amen, ideſt fiat, ſecundum ſeptuaginta interpretes, qui quod in hebræo legitur. Amen. Amen. tranſtulerunt fiat, fiat, ſupple, quod dictum eſt.

Expoſitio hymni, AEterne rerum conditor. &c.

QVI canitur ad laudes matutinales, quando canitur hymnus iam expoſitus ad matutinũ nocturnũ. Huius author fuit D. Ambroſ. nam totus ferè legitur in ſuo Hexameron in deſcriptione operum quintæ diei, vnde non mirum ſi Sanctus Benedictus in regula ſua vocat hymnum hunc Ambroſianum, in quo explicantur multæ gallicinij commoditates, quæ ſi ad ſpiritum accomodantur intelligemus galli, ideſt Chriſti cantum .i. vocem in ſcripturis, excitare nos, vt excuſſa inertia, nolimus obdurate corda noſtra, ſed euigilemus ad omne opus bonum, præparantes corda noſtra domino, ita, vt ſeruiamus illi ſoli, cui ſeruire regnare eſt.

1. Reg. 7. c.

Diſcrimē inter temporale ſempiternum, perpetuum, & æternum.

AEternæ rerum conditor &c. Inter tēporale, ſempiternũ, ꝑpetuũ, & æternũ hoc intereſt, quia tēporale eſt quod tempori ſubiacet, incipit eſſe cum eo, & habet finem, vt homo, & corpus eius, ſēpiternum eſt, quod habet principium cum tempore, & cum tempore deſinit eſſe, vt tempus, & mundus, qui ſempiternus dicitur, quaſi ſemper cum tempore durans. Perpetuum eſt, quod in tempore incipit eſſe, & finem non habet, vt angeli, & anima hominis intellectiua, AEternum eſt, quod non habet principium ſuæ eſſentiæ, nec habebit finem, vt Deus, cuius æternitas eſt interminabilis vitę tota ſimul, & perfecta poſſeſſio. Vnde verſus æternum ſine principio, ſine fine manebit, perpetuum tenet initium, finemq; repellit, at ſempiternum vult finem, principiumq;. D. igitur Ambr. *Deum* præcaturus non dicit de eo, ò ſempiternæ, vel perpetuę rerum conditor, ſed *æterne*, quamuis, & hæc tria confundantur, & vnum pro alio quandoq; ſumatur, nam quando dicimus ipſum eſſe ſempiternum, vel ſempiternæ glorię, vel mundum perpetua ratione gubernare, idem eſt ac ſi nominemus ipſum æternum, & de qualibet diuina increata, & immenſa perſona intelligitur ly *AEterne rerum conditor*, immo de tota ſup beatiſſima Trinitate, quæ vnus Deus, vnus increatus, vnus immenſus, vnus æternus vniuerſorũ conditor eſt, & creator, cum qua vnitate ſtat trinitas perſonarum, quarum operationes ad intra, licet diuiſæ ſint, nam de patre dicitur quod gene

rer,

ret, & non generetur, de filio quod generetur, & ſpiret Spiritũ.s. non quod generet, aut ſpiretur, & de Spiritu.s. quod procedat à patre, & filio, & ſpiretur, non quod generet, generetur, aut ſpiret; operationes tamen ad extra indiuiſæ ſunt pœnitus, hinc fit, vt omnes tres perſonæ dicantur vnus creator, gubernator, & conditor, viſibilium omnium, & inuiſibilium, æternus in ſe principium non habens, nec finem, principium omnium, & finis, vnde ſenſus eſt. ò *æterne* Deus in teipſo; *conditor*, factor, & creator *rerum omniũ* ex tempore, neq; enim res ab æterno creauit Deus æternus, quæ nec fuerunt ab æterno, niſi in idea, & rationibus idealibus. quę fuerũt ab æterno in mente diuina, ſed ex tempore proceſſerunt à Deo voluntarię, nõ neceſſitate naturæ (vt putarunt philoſophi quidã) illarumq, omnium cauſſam, non aliam fuiſſe, quàm bonitatẽ Dei altiſſimus, cuius tanta bonitas, vt ea ſola, bonum quod ipſe erat, & quo beatus erat non neceſſitate alijs communicare voluerit, quod vidit, & communicari poſſe, & minui omnino non poſſe, & proceſſerunt creaturæ ab eo, & per modum intellectus (vt dicunt Theologi non ignobiles) & per modum voluntatis, Per modum intellectus, quia comparantur ad Deum, vt artificialia ad artificem, hinc Sancti doctores, verbum operatiuam potẽtiam appellant, & per modum voluntatis, quia diuina voluntas eſt ſuprema omnium cauſſa, & nihil hic agitur viſibiliter, vel ſenſibiliter, quod non de interiore inuiſibili, atq; intelligibili aula ſummi Imperatoris, aut iubeatur, aut permittatur. At quia harum emanatio in immenſum differt ab emanatione filij, & proceſſione Spiritus.s. in diuinis, vt magis diſtictè loquamur, dicimus, ꝙ creaturæ à Deo proceſſerint per modum intellectus, vt exit in actum per imperium voluntatis, & per modũ voluntatis, vt voluntas eſt, cum tamen indiuinis filius emanet per modum intellectus, vt natura, & naturaliter, quia eſt natura filius, & Spiritus s. per modum voluntatis concomitante natura, creaturę, procedentes à Deo per modum intellectus, vt exit in actum per imperium voluntatis, & per modum voluntatis, vt voluntas eſt, dicuntur creatæ, & factæ, non genitę, at filius procedens à patre per modum intellectus, vt natura, dicitur non factus, nec creatus, ſed genitus, & Spiritus.s. à patre, & filio per modum voluntatis comcomitante natura emanans, dicitur nõ factus, nec creatus, nec genitus ſed procedens, ò igitur æterne in te ipſo creator rerum oĩum ex tempore, *qui regis noctem, & diem*, quam feciſti, tuus eſt enim dies i. eſt à te creatus, & tua eſt nox à te creata (inquit Dauid) Tu fabricatus es auroram, & ſolem, Et per noctem, & diem intelligit diſpo

Quomodo ab æterno fuerunt res, & quomo non.

Creaturæ proceſſerũt à Deo per modũ intellectus, et voluntatis, & quomodo diſtinguatur huiuſmodi proceſſio à proceſſionibus filij, & S. ſancti.

Pſal 73.

ſitionem mundi huius. vel diſtinctionem cunctorum temporum, vt ſit ſenſus, *qui regis noctem, & diem*, ideſt diſpoſitionem huius mundi, & tempore cuncta diſtinguis, gubernas, diſpenſas, & ad finem dirigis congruum, noctem, & diem complens ſpatio viginti quattuor orarum, & diuidens diuinitus; ac diſtinguens, per luminaria in firmamento cœli, quibus veſtis diem decoro lumine, &
Hiere 31. *c.* noctem ſoporis gratia pro vt in Hie. hęc dicit dominus, qui dat ſolem in lumen diei, ordinem lunæ atque ſtellarum in lumine noctis,
Gen. 1. *c.* de quo fiant luminaria in firmaméto cęli, & diuidant diem, ac noctem, & ſint in ſigna, in tempora, in dies, & in annos, & Dauid
Pſal. 135 ait, fecit luminaria magna (de Deo deorum locutus, & domino dominorum) ſolem in poteſtatem diei: ideſt vt præeſſet diei, poteſtas eius in die eſſet, & appareret calefaciendo, & illuminando, & ſtellas in poteſtatem noctis, ideſt vt pręeſſet nocti, poteſtas enim earum in nocte eſt, & apparet illuminando, & animalia, quæ in nocte paſcuntur, & homines, qui de nocte quandoque ambulant, & nauigant: Sicque lucerent ſuper terram, & diuiderent lucem ac tenebras, ideſt diem, & noctem, & tale regimen eſt ad profectum creaturarum, nam regit noctem per præfecturas noctis, quæ ſunt luna, & ſtellæ, quæ ſolis vicem ſupplent, ideſt eoſdam vſus præbent quos ſol pręſens exhiberet, quas poſuit Deus, ideſt præcepit, vt eſſent in firmamento cęli, & ſuum lumen ſuper terram emitterent, vt ſic illuminando, & diſpellendo tenebras, hominum generi lumine ſuo præbeant commoditates ſomni, & quietis, & vtendi ſuis ſtudijs, tunc enim viator fidentius iter facit, & nauta nauim regit, & mare tranſit, & ſua quique ſtudia metu poſito aggrediuntur. Regit diem per præfecturas diei, & præfectura hæc eſt, vt ſol diem ſuis radijs clariorem reddat rutilans aureo ſuo iubare, & ſimul atque exortus fuerit, omne hominum genus ad ſuorum operum ſtudia excitet calefaciendo, illuminando, & per totum orbem diſcurrens vno temporis momento à finibus in fines ſuos radios mittit, multum præſtans vtilitatis, nam non ſolum calefacit, & illuminat, ſed arefacit, adurit, multoſque alios, & varios nobis vſus pręſtat, cuius formoſitatem, pulchritudinem, & in operando velocitatem declarans ſan-
pſal. 18. ctus *Dauid* (*ait*) ad literã, tamquam ſponſus benè ornatus egreditur de thalamo ſuo, exultat vt gigas ad currendam viam, à ſummo cęlo egreſſio eis. i. ab oriente, & occurſus eius vſque ad ſummum eius. i.
pſal. 103. occaſum, & de profectu ſuo cum luna ait. Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnęs beſtię ſyluę, quarum quædam

de no-

de nocte quærunt ſibi cibum, cum ſolis lucem ferre non poſſint, & quędam ſibi, & catulis ſuis eſcas, quæ de die non auderent quærere, nam de die talia ferocia animalia abſconduntur, ne lędant homines: vnde ſubdit, ortus eſt ſol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis, quæ ſunt abſtruſa ſyluarum, collocabuntur, exibit homo ad opus ſuum, orto iam ſole, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam, quo patet noctis, ac diei alternationem effectam propter viciſſitudinem dormiendi, & vigilandi, & vt noctis requies temperaret operis diurni laborem, ſequitur, *Et tẽporum das tempora:* per tempora temporum intelligit, ſucceſſiones temporum, quorum diſtinctio, ac dominatio eſt propria deo, qui mutat tempora, & ætates, qui plaſmauit (vt Dauid ait) eſtatem, & ver, ideſt variationes temporum, & per hec duo tempora, alia duo intelliguntur, vt autunnus, & hyems: vt ſit ſenſus, facis ſucceſſiones, & variationes temporum, vt autumni ad æſtatem: hyemis ad autumnum: veris ad hyemem, & ęſtatis ad ver. quo tellus, veſtitur (quum ſit pars anni temperatiſſima) herbis viret, & erumpit in flores, quæ quatuor tempora, conueniunt cum elementis quatuor, quattuorque humoribus, nam hyems eſt frigida, & humida, & conuenit cum elemento aquę, & cum humore qui flegma, & incipit in feſto ſancti Clementis. 9. Calen. Decembris, quum ſol intrat Capricornum, ver eſt humidum, & calidum, & conuenit cum elemento aeris, & cum humore qui ſanguis, & incipit in feſto Cathedræ Sancti Petri, 8. Calen. Martij, ſole ingrediente Arietem, AEſtas eſt calida, & ſicca, & conuenit cum elemento ignis, & cum humore qui colera, & incipit in feſto Sancti Vrbani. 8. Caled. Iunij, quum ſol ingreditur Cancrum: Autumnus eſt frigidus, & ſiccus, & conuenit cum elemento terrę, & cum humore qui malenconia, & incipit in feſto Sancti Bartholomei. 9. Calend. Septembris quum ſol intrat Libram, vnde verſus dat clemens, hyemem, dat Petrus ver cathedratus, AEſtuat Vrbanus, autumnat Bartholomęus, Et dat Deus iſta diuerſa tempera, & temperum ſucceſſiones, diei ad noctem, & noctis ad diem, autumni ad æſtatem, hyemis ad autumnum, veris ad hyemem, & æſtatis ad ver, miro ordine, & perpetua ratione gubernans omnia. *Vt alleuet faſtidium.* nam ſi ſemper eſſet dies, eſſet omnibus tędium, quia ſemper homo eſſet in labore, & non vſque ad veſperam, ideo Deus poſuit terminũ laboris ad veſperam, vt quieſceret creatura in nocte, & tempus negotiorum, & exercitiorum ſine quibus terrena vita non ducitur in die, nam ſi ſemper eſſet nox, homo, & viuentia multa

Ibi.

Dan. 2. c. pſal. 73.

Quatuor anni tempora quatuor elementis: ac quatuor humoribus ac comodantur

multa deficerent, & tædium, & faſtidium eſſet, ſi ſemper eſſet æſtas ſemper autumnus, ſemper hyems, ſemper ver, vnde per hanc temporum ſucceſſionem, & variationem *alleuas*, ô domine *faſtidium*; & releuas creaturas tuas à faſtidio, nunc confortando per diem, nūc recreando per noctem, quàm veſtis, & aptas ſoporis gratia, ideſt ſōno gratioſe nobis prouiſo, & conceſſo diuinitus, quo recreemur, & ad dei obſequium, & ad neceſſaria peragenda fortiores exurgamus, nunc diſtinguendo multiformiter tempora, & diuerſas horas diuerſis exercitijs deputando, vnde verè dixit ille, Interpone tuis interdum gaudia curis, quod caret alterna requie, durabile non eſt. ſequitur *Preco diei iam ſonat noctis profundæ peruigil. &c.* Per preconem diei gallum intelligit ad literam, quamuis quidam balbutiendo allegorizantes per preconem intelligant. D. Ioan. Bapt. qui fuit preconizator diei, ideſt Chriſti dum annunciauit eum dicens. Ecce Agnus Dei, fuit per vigil profundæ noctis annūciando ſanctis patribus in inferno qualiter Chriſtum prædicauit, & baptizauit: fuit ēt viantibus, ideſt ambulantibus ad Chriſtum nocturna lux prædicando in iſto mundo obſcuro: quidā autem per gallū intelligunt Chriſtum, & per cantum eius intelligunt vocem Chriſti in ſcripturis nos excitantis, vt excuſſo torpore noxio ad omne opus exurgamus, & alia multa quę breuitatis cauſſa taceo, ne ad riſum ducam lectores, narrando tales allegorias, vnde, & ſi vera ſint hæc quæ dicunt, ad rem tamen, quàm tractamus, non pertinent, nam. D. Ambr. qui author huius hymni eſt, in diſcriptione operum quintæ diei, vbi deſcribit præclara multa de naturis auium, piſcium, & terreſtriū animalium, hęc omnia ad gallum refert, qui volatile animal eſt, & ſolus inter aues caſtratur, & nos ad gallum animal verba hæc referētes dicimus, hunc ſenſum habere: *Preco diei*, ideſt gallus qui cantu, & voce ſua diei annunciator eſt, & lucis prænuncius, *iam ſonat*, ideſt ſe ad cantum parat, accingit, prius alas ſuas excutiendo, & ſemetipſum feriendo, quo veluti magiſtro diſcimus, ſi ſecundū ſpiritualem intelligentiam hæc transferre volumus. gallos, ideſt ſanctæ prędicationis doctores, qui diem iam adeſſe, & appropinquaſſe prænunciant, & dormientes excitant, & inter huius noctis tenebras verum mane nunciant. antequam verba prędicationis mouent, neceſſe habere prius, vt ſtudio bonę actionis euigilent, ne in ſemetipſis torpentes opere, alios excitent voce, prius ſe per ſublimia facta excutiant, & tunc ad beneuiuendum alios ſolicitos reddant, & antequam verba exortationis inſonent, omneſ quod locuturi ſunt, operibus clament, ſi hoc facit gallus animal, naturali non intellectuali

Ioannes Baptiſta à quibuſdam dicitur Gallus, et quomodo Chriſtus dicitur Gallus ab alijs, & quomodo.

Prædicatores dicuntur galli, & quomodo.

ctuali inſtinctu, ad modum tamen intelligentis ſe habens, vt non prius cantu ſuo annunciet diſtinctiones tēporum, & diem, quàm excutiat alas, & ſeipſum feriat, de quo dominus, locutus ait, quis dedit gallo intelligentiam? cur hoc ipſum efficere non debent galli rationales, & intellectuales? Gallus animal habet, à Deo hanc intelligentiam, & intrinſecus ipſo reuelante cognoſcit, vel ſcit (vt rectius alloquar) quando altos, valentiores, & productiores debet edere cantus, & quando tenues, leniores, ac minutiores voces formare, & prius nocturni temporis horas diſcutit, quàm voces excitationis emittat, cur non, & galli rationales, & intellectuales, prædicatores videlicet, in auditoribus ſuis, prius qualitatem vitę conſiderare debeant, & tunc demum ad erudiendum vocem congruam prædicationis formare? quaſi enim horas noctis diſcernere eſt, audientium merita diiudicare, quaſi horas noctis diſcernere eſt, actionū tenebras, apta increpationis voce corripere, & à Deo ijs diuinitus deſuper miniſtratur intelligentia hæc, & virtus diſcretionis, vt noſcant quibus quando, quid, quomodo inferat, non enim vna, eademq; cunctis exortatio conuenit, quia nec cunctos par morum qualitas aſtringit, ſępe enim alijs officiunt, quę alijs proſunt, nam & plerumq; herbę, quędam animalia reficiunt, & alia occidunt, & panis, vitam fortium roborat, & paruulorum necat, Aliter enim viri, aliter admonendę ſunt fœminę, aliter iuuenes, aliter ſenes, aliter prętati, aliter ſubditi, aliter qui in iniquitate ſic duruerunt, vt nec per flagella corrigantur, aliter qui flagella metuunt, & propterea innocenter viuunt, & quum iniquis adhuc mentibus prędicant, altis, & magnis vocibus ęterni iudicij terrores proferre debēt, & cū p̄cone Chriſti dicere, En ſecuris ad radicem arboris poſita eſt &c. & quum alijs non ita quadriduanis, & fetentibus locuntur, minutis, & lenibus vocibus canere debent, & cum eodem dicere Ecce Agnus Dei &c. quia, & gallus animal in profundioribus noctis horis, valentiores ac productiores cantus edere ſolet, & quum matutinum tēpus appropinquat leniores, & minutiores omnino voces format, ſicq; verificabitur quod in Apoc. 4. c. de trono dei procedebant fulgura. i. terrores, & comminationes futuri iudicij, & pœnarum inferni, & voces, ideſt prędicatio mediocris, & ſimplex, Nam vnicuiq; proponendum eſt verbum Dei, ſecundum ſuam capacitatem, ita vt paruulis cum Diuo Paulo. 1. Cor. 3. c. lac detur, & perfectis ſoli dus cibus, ſcias tamen candide lector, Democritum aſſignare cauſſam, quare galli ante lucem canant, Depulſo enim (ait) de pectore, & in omne corpus diuiſo, & modificato cibo, cantus edunt quiete ſatiatos

Iob. 38. c.

Prædicatores primo debent auditorum vitę qualitatē cōſiderare, & poſtea eruditionis uerba illis intonare.

Multiplex prædicatorum exortādi ratio.

Matt. 3. c.

Ioan. 1. c.

Gallus in profundioribus noctis horis uolētiores, & in matutinis leniores cantus emittens, quid deſignet.

Galli quare ante lucem canant.

tiatos, ſit quomodocunq; : ſat nobis erit ſcire, cantu ſuo gallū diei eſſe, ac lucis prænuncium, quem excitandis à ſomno in opera mortalibus genuiſſe prouidentia diuina videtur, in quo laudandus eſt Deus, qui non ſolum ad profectum noſtrum, & cæteratum creaturatum, regit diem veſtiens illam decoro lumine, & noctem aptans illam ſoporis gratia, ſed etiam dat hunc preconem, & diei præcurſorem, luciſq; prænuncium, qui ſuauis in cantu, & admodum vtilis(de cuius vtilitatibus inferius latius) quaſi bonus cohabitator excitat dormientes, & reddit ſolicitos, vigilantes conſolatur, & canora ſignificatione proceſſum noctis proteſtatur, de quo dicit hymnus nedum quod ſit diei preco, & annunciator, ſed quod ſit *Peruigil. profundæ noctis*, multum enim vigilat, & per totam noctem alacer eſt excitator dormientium, & maximè in profunda noctis parte (in qua magis opus eſt) valentiores, & altos emittere ſolet cantus, atq; productiores, & longiores. *Nocturna lux viantibus &c.* ſenſus eſt, iam apparet refulgens *lux nocturna*, ideſt luminare minus, vel ſtella matutina, *viantibus*, ideſt iter agentibus, cuius ductu fidentius iter faciunt, & ſua quiſq; ſtudia mætu ſepoſito aggreditur, *quæ ſegregat noctem, à nocte* ideſt oſtendit vnam noctem ab alia eſſe diuiſam, in qua non lucet, vnde ſicut ſol ortu ſuo, curſu, & luce, diuidit diē à die, oſtendens vnum diem alio eſſe clariorem, ſic luna diuidit lumine ſuo, noctem à nocte, oſtendens vnam eſſe alia clariorem, *Hoc excitatus lucifer, ſoluit polum caligine*: ſenſus eſt, Hoc videlicet gallo canente, vel in hora cantus eiuſdem, *lucifer excitatus*, ideſt Veneris ſtella, quæ cum ante graditur ſolem dicitur ſtella Veneris, quū vero ſequitur dicitur Heſperus, & dicitur lucifer, quia præ alijs ſtellis lucem fert, quinque errantium infima, terręq; proxima *excitatus*, ideſt in motu ſuo progreſſus vſq; ad ſui apparitionem ſuper terram, *ſoluit à caligine polum*, ideſt obſcuritate, & tenebroſitate eruit, & liberat *polum*[, ideſt cęlum, quod polus dicitur, quia politū eſt, & ſculptum varijs ſtellis, lucifer enim ſolem præcedens, & mane nuntians, tenebras noctis, ſui fulgoris lucem aſpergit, retegit diē, & noctis fugat tempora, quem Iouis eſſe filium, & auroræ poetæ fabulantur. *Hoc omnis errorum chorus &c.* ſenſus eſt, hoc ideſt gallo canente, non quod per gallum hęc fiant, ſed in hora cantus, & vocis ſuæ: *omnis chorus errorum*, ideſt errantium, & malefacientium multitudo, vel ſocietas, *deſerit*, ideſt relinquit, *viam*, Ideſt aditum, & ſemitam nocendi, & malè agendi, minus enim ea agere poſſunt poſt galli cantum, quàm ante, hinc ſcriptum eſt, omnis qui malè agit odit lucem qua arguuntur opera eius, & apud Iob oculus adulteri ob-

Prouidētia diuina gallum genuit, vt à ſomno ī opera mortales excitaret.

Veneris ſtella, & Heſperus, lucifer dicitur, & quare.

Cęlum dicitur polus, quia ſtellis politum.

Lucifer Iouis filius, & aurora.

Ioan. 3. c.

Iob. 24. c.

teri obſeruat caliginem, & ſi ſubitò apparuerit aurora, arbitrabitur *Iob. 24.c.*
quaſi vmbrã mortis, hinc non de die, ſed de nocte miſit Saul ſatelli-
tes ſuos ad capiendum Dauidem hinc in prouerb. conſidero (ait ſa- *1.Reg. 19.c*
piens) vecordem iuuenem, qui tranſit per plateas iuxta angulum, *Prouer.7.c.*
& propè viam domus illius graditur in obſcuro, adueſperaſcente
die, in noctis tenebris, & caligine. *Hoc nauta vires colligit*, ſenſus
eſt, tempore hoc galli cantus, *colligit vires*, *nauta*, ideſt nauim du-
cens, vel maior in naui, & mœſtitiam trepidus deponit, lętificaturq;
ex approximatione lucis, & diei, qua pericula euitari plus poſſint,
quum videantur, & tranſfretare feſtinat quęſtus ſui gratia: *Pontiq;*
miteſcunt freta, ideſt tempeſtates, procellæ, & inquietudines maris,
manſueſcunt, tranquillantur, quæ abſente ſole, & vel pertinis flucti
bus, augeri ſolent, & excitari, cuius radijs diſperguntur (vt ſenſit ēt
Ariſt. in lib. Metheor.) *Hoc ipſa petra eccleſiæ canente culpam diluit*,
ſenſus eſt, *Hoc*, ideſt gallo *canente*, *ipſa petra*, & eccleſiæ fundamen
tum Petrus, qui ſyro verbo, cephas à Chriſto dictus eſt, quòd græ- *Petrus eſt*
co vocabulo ſonat Petrum, latino verò ſaxum, hoc eſt ſolidum, quia *petra eccle*
non facilè moueatur, & petra ingens, aut rupis magno ferendo *ſię.*
ædificio idonea, vocatus eſt, à quo tamquam à principali petra ſoli- *Ioan.1.c.*
ditatem virtutis traxit, & nominis, in eo enim tamquam in petra
ędificata fuit eccleſia (inquit Diuus Auguſtinus retract. lib.) nec in
uenitur retractaſſe illam ſententiam, & cap. 21. 1. lib. retract. le-
ctoris iudicio reliquit, quæ duarum ſententiarum ſit probabilior, *Matt.16.c.*
Petrus ne, an Chriſtus demoſtretur, quum dixit Chriſtus. Tu es Pe- *Duplex Pe*
trus, & ſuper hanc petrã ædificabo? Puto tamen ego (ſaluo ſemper *tro à Chriſto*
meliori iudicio plus peritorum in eccleſia ſancta dei) quod proba- *facta promiſ*
bilior ſit illa, quæ dicit quod per hanc petram demonſtretur Petrus, *ſio.*
Nam cum duas fecerit illi Chriſtus promiſſiones poſt confeſſionẽ
illam, cuius ratione beatus vocatur, Vna, quæ reſpicit eccleſiæ ſub
ſtantiam, fundamentum, & conſtructionem, vt quum (ait) Et ego
dico tibi, quia tu es Petrus, Altera, quæ reſpicit authoritatẽ, & offi
cium, quæ eſt promiſſio clauium, quum (ait) & tibi dabo claues &c.
Quarum ſecunda, & ſi facta ſit Petro, & homini, futuro paſtori *Clauiũ offi-*
ouium Chriſti, neque enim clauium officium ſanctitati, vel iuſtitię *ciũ ſãctitati*
hominis datum eſt, (vt dogmatizant hæretici), ſed homini com- *& iuſtitia*
miſſum eſt, & non præexigit ſanctitatẽ, & iuſtitiam ex neceſſitate: *hoĩs non eſt*
prima tamen non eſt facta Petri perſonæ abſolutè, & nudè, ſed qua- *datũ, ſed ho*
tenus Petrus, vel petra, Tu es Petrus ideſt ſolidus, firmus, conſtans *minicommiſ*
in fide tamquam petra, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam *ſum Eccle-*
meam, vbi per hanc petram dico demonſtrari Petrum, nam *ſia ſuper pe*
 ſi de- *tram.*

.i. Petrum. ædificata, et hũc mõſtra uit Chriſtus. quum ait, et ſuper hanc petram.

ſi demonſtraſſet Chriſtus ſeipſum, non vtique dixiſſet ędificabo, ſed ædifico, nam tunc verè, ſupra ſeipſum ędificabat, faciendo de Simone Petrum, non ſupra Petrũ, quia ſuper eum poſt reſurrectionem ædificare cępit, & propterea dixit ædificabo, ac ſi apertè diceret, te quem nunc facio Petrum dicens tu es Petrus, poſtea faciam fundamentum eccleſiæ meæ, & non dixit ędificabis, ſed ædificabo, ac ſi diceret, tu ſuſtinebis tamquam petra, me ædificante eccleſiam meam ſuper te petra, Noli perhorreſcere (care lector) hanc expoſitionem, nec offendat te, ob id, quia ex illa colligi poteſt, dari duo fundamenta eccleſiæ, quod videtur eſſe contra D. Paulum qui dicit,

1. Cor. 3. c. Eph. 2. c.

fundamentum autem aliud nemo poteſt ponere pręter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, & ſuper ædificati ſupra fundamẽtum apoſtolorum, & prophetarum, ita tamen quod Chriſtus in ædificio eccleſiæ ſit lapis ſummus, & angularis, firmiter ſuſtinens credentes in ſe, perficiens eos, in quo ſicut in capite, duo vniuntur populi ad conſtruendam vnam eccleſiam, quemadmodum duo parietes in lapide materiali in angulo poſito concurrunt, Nam breuiter ego reſpondebo tibi, non ſolũ huius eccleſiæ ſanctę duo eſſe fundamenta, ſed longè plura, id quod monſtrat Dauid pſal. 86. quum non in ſingulari, ſed in plurali dicitur, fundamenta eius in montibus ſanctis, & duodecim (vt monſtrat D. Ioan.) qui (ait) & murus ciuitatis habens fundaméta duodecim, Dicimus etiam fundamenti nomen poſſe ſumi bifariam, vno modo, vt ſignificet nobis, id quod eſt vniuerſale, primum, & principale fundamentum ex ſe ſtabilitatem habens, alioſue ſtabiliens, alio modo, vt ſignificet nobis id ꝙ eſt ſecundarium, & inſtrumentale, tunc dico quod ſi loquamur de fundamento primo modo dicto, vnum tantum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, de quo etiam dicimus, quòd quo Deus, vnà cum patre, & ſpiritu. s. ſunt vnum fundamentum ſimpliciter primum, & fundans, non fundatum, at quo habens humanitatem verbo vnitam, poſt Trinitatem, eſt fundamentum immediatum, & proximum in Deo fundatum, & toti eccleſiæ conferens ſtabilimentum. At ſi loquamur de ſecundo modo dicto multa ſunt, & principale in iſtis eſt Petrus, ſolidus, firmus conſtans in fide tamquam petra, ſupra quàm ædificauit Chriſtus eccleſiam ſuam, de quo D. Dioniſius dicit à D. Paulo Vocatum fundamentum eccleſiarum. De hac igitur petra dicit hymnus noſter, ꝙ canente gallo *culpam diluit*, deleuit, purgauit, peccatum videlicet crimioſum trinæ negationis, vnde ſicut ad galli cantum negauit, & peccauit, ſic ad galli cantum recordatus verbi Ieſu, egreſſus foras fleuit amare, & culpam deleuit, ò lacry-

Multa eccleſię fundamẽta ſunt.

Apoc 21, c.

Chriſtus Ieſus eſt fundamẽtũ primũ, & principale.

Petrus eſt principale inter ſecundaria, & inſtrumẽtalia fundamenta.

Luca 22. c.

lacrymę, quæ vincunt inuincibilem, vincunt omnipotentē, & quia amarè fleuit, non mirum ſi nunc beatus conſolatur, Chriſto dicēte, beati qui lugent, quoniam conſolabuntur. At ſi quis obiiciat, quomodo ex illo verbo, tu es Petrus, factus eſt ſolidus, firmus conſtans in fide tanquam petra, ſi peccauit? Reſpondeo quòd licet Petrus negando Chriſtum defecerit in confeſſione fidei, defecerit in charitate, quod periurio oſtenditur, non defecit tamen in fide, quę in corde eſt, ſed perſeuerauit in ea, alioqnin vana fuiſſet Chriſti orō, Ego ꝓ te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua &c. Lucæ 22. c. & conſtat Chriſtum ſemper fuiſſe à patre exauditum pro ſua reuerētia, & ipſe Chriſtus dixit, ſcio pater, quia ſemper me audis quod ſi dicas à Chriſto exprobratos fuiſſe apoſtolos poſt reſurrectionem de incredulitate, ſic enim ait ſcriptura, recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis Ieſus, & exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis &c. huic dicerem, hoc Petrum apoſtolū ne tangere quidem, nam non dicit textus exprobraſſe incredulitatē omnium, ſed eorum, qui non crediderant iis, qui viderant eum reſurrexiſſe à mortuis, inter quos non fuit Petrus, cui dicta mulierū non ſunt viſa deliramenta, vt viſa ſunt aliis, nam cum audiſſet ipſe à mulieribus hęc (inquit ſcriptura) cucurrit ad monumentum, non enim cucurriſſet, niſi crediidiſſet, & coniunctio aduerſatiua (Autē) qua vſus eſt euangeliſta ſatis oſtēdit, Petro verba mulierum non eſſe viſa ſicut deliramentum. Quod ſi dicas dominum increpaſſe totū collegium apoſtolicum. Reſpondeo non ob id ſequitur ſingulos increpaſſe, nam & prophetæ ſępè populum arguebant, in quo multi erant, ad quos reprehenſio nullo modo attinebat, Et ſi dicas D. Ambroſ. dixiſſe, Petrum fidem amiſiſſe? Reſpondeo D. Ambroſium accepiſſe fidem pro fidelitate, quam amico ſuo Chriſto nō ſeruauit, vel (vt ſupra dixi) accæpit fidem: pro fidei confeſſione in qua defecit, non pro habitu fidei. Peculiare enim in Petro tantum priuilegium fuit (& habuit per Chriſti orationem efficacem, factam pro ſe) vt eius perſonalis, & priuata fides, deficere non poſſet *Surgamus ergo ſtrenue &c.* ex his quæ dicta ſunt exhortation ē ſubdit, hymni author, & ſenſus eſt, *ſurgamus omnes ſtrenuè*, id eſt ſolicitè, & diligenter mox ad primum galli cantum, *nam gallus* multis vicibus, & per multas voces, *excitat nos iacentes*, vt ſurgamus ad dei laudes, & preconium, & hoc præordinatione ęternę ſapientiæ, quę galli vocem, & cantū ordinauit, non ſolum, vt illo excitentur mortales homines ad opera ſeruilia, & diurna exercendo, & ad alia multa, ſed vt excitentur primum, & ſurgant ad laudandum Deum, vt

Mat 5. c.

Dubium.

Solutio

Petrus negādo Chriſtū defecit in cōfeſſione fidei non autē in fide.

Heb. 5 c.

Ioan. 11. c.

Dubium.

Mar. 16. c.

Solutio.

In exprobratione incredulitatis diſcipulorum à Chriſto nō includitur Petrus.

Dubium.

Solutio.

Dubium.

Solutio.

Galli cantu non ſolū ad opera ſeruilia, ſed etiā ſpūalia excitatur hoēs.

Iſai 62. c. verificetur, tota die, & nocte non tacebunt laudare nomen domini.
& ſi viderit nos *ſomnolentos increpat, & negantes* ideſt nolentes ſur
gere, *arguit*, ſuis vocibus, factis, & effectibus veluti exemplis, oſtẽ
dens homines eſſe reprehenſibiles, & arguendos, qui quod irratio
nabilia faciunt ſtrenuè, ipſi aut non faciunt, aut lentè, & negligen
ter, nec attendunt maledictum vocari in ſcriptura illum, qui opus
Hier. 48 c. dei facit negligenter. erubeſcamus ergo, & ſi filij huius ſęculi pro
Lucæ.16.c. ſæculo, & rebus ſæculi ſunt ſic ſoliciti, cur filij lucis pigri ſunt, &
tardi ad ea, quę ſunt *Dei?* verè conqueritur Deus, cognouit bos poſ
Eſai. 1. c. ſeſſorem ſuum, & aſinus pręſepe domini ſui, *Iſrael* autem me non
cognouit, & populus meus non intellexit, & alibi. Miluus in cœlo
Hier. 8 c. cognouit tempus ſuum, turtur, hyrundo, & ciconia cuſtodierunt
tempus aduentus ſui, populus autem meus non intellexit iudicium
domini, vhe genti peccatrici, verè ait Chriſtus filij huius ſæculi pru
Lucæ 16. c. dentiores, ideſt ſolicitiores filijs lucis in generatione ſua ſunt, *Gal
lo canẽte ſpes redit, ægris ſalus &c.* Hoc verſu author hymni redit ad
narrandas alias, quas generi humano impertitur Deus commodi
tates, per galli cantum, & (ait) *canente gallo*, vel huius galli cantu,
Galli cantu *ſpes omnis redit* impetrandi bona, & vitandi mala, nam deſperantes
ad ſpem ve de ſalute ob ſcelera perpetrata, quorum memoria in nocte, ad ſpem
niæ currunt redeunt, & galli cantu recordantur, quod ſi Petrus lacrymis tunc,
deſperantes & amaro fletu, diluit trinæ negationis, peierationis, ac periurij cri
de ſalute ob men, eis etiam promittitur peccatorum omnium venia, etiam gra
perpetrata uiſſimorum, ſi toto corde reuertantur ad dominum, & ſpiritu con
ſcelera. tribulato, & corde contrito, & humiliato (quod nõ deſpicit Deus)
pſal. 50. penitentiam agent quæ nunquam ſera, ſi tamen vera, audi Deum
Ezech 18. c per prophetam, in quacunque hora ingemuerit peccator, omnium
Mich. 7. c. iniquitatum eius non recordabor, ſed illas in profundum maris
proijciam: *Ægris ſalus refunditur*, ideſt rependitur, quia ex tunc
ægri alleuiatur incommodum, minuitur dolor vulnerum, febrium,
aliarũmque ægritudinum flagrantia, & ardor mitigatur, qui in no
cte (quæ à nocendo dicitur) inflammatur, & cuius ratione torque
tur infirmus. *Mucro latronis conditur*, ideſt lancea, vel enſis, vel
acumen, & cuſpis eorumdem abſconditur, eſt enim latronum, &
aliorum malorum virorum mos, & conſuetudo, tempore noctur
no, eſſe in locis aptis ad occidendum, & deprędandum, at cum
dies incipit clareſcere, abſcondunt, & reponunt arma, gladios,
& tela, timent enim ne deprehendantur, comprehendantur, ca
piantur, vel cognoſcantur per lumen in quo omnia manifeſtantur,
& clareſcunt, lumen enim luit, purgat, & depellit tenebras, quibus
occul-

occultabatur nephas, & tandem *Lapſis fides reuertitur*, ideſt ijs qui deficiunt in fide, & veluti inconſtantes, inſtabiles, & parum ſinceri lubricant in tenebras errorũ, hęreſis videlicet perfidiæ, & diffidętię, quæ fidei ex aduerſo contrariantur, *reuertitur*, ideſt redit fides, & fidei lumen: & hoc per penitentiam, & prædicationem audiendo à gallo, ideſt prædicatore, & quando à ſomno exurgentes, à ſole iuſtitię illuſtrati prępraricatores, redeunt ad cor, & in eccleſiæ gremio vnde exciderunt, recondunt ſeſe, in quo tuti ſunt, non ſecus ac ij qui in archa Noe. *Ieſu labentes reſpice &c.* his duobus ſequentibus verſibus complet hymnum author noſter compendioſè vtiliter, & breuiter orando, & ſenſus verborum eſt, *o Ieſu* Saluator, *reſpice* pietatis, & miſericordiæ tuæ oculo, quo Magdalenam, Petrũ, languidum, & cæteros reſpexiſti, nos miſeros *labentes*, ideſt peccatores, qui non ſolum ſepties (vt iuſti) ſed ſeptuagies ſepties cadimus, ideſt omni ferè hora, & temporis inſtanti; in uarios prolabimur errores: & vtinam ad veniales, qui citra culpam in confeſſionem taceri poſſunt, ſed vhe nobis, quia crimina ſunt, in quę labimur, & ad ſecundam mortem ducentia, ſi nos ſic labentes Chriſtus Ieſus non reſpiciat, aſpice igitur in nos domine, & miſerere noſtri, & oſtende nobis lucem miſerationum tuarum, *Et nos videndo corrige*, ideſt caſtiga, emenda paternaliter caſtigando in hac vita, ſcimus enim quia quos amas corrigis, & flagellas omnem filiũ quem recipis, & corripis, vt non cum hoc mundo damnemur, oramus autem vt non ſupra id quod poſſumus puniamur, & non corripias nos in furore, ne fortè ad nihilum redigas nos, Hier. 10. c. ſed in iudicio pio, videlicet diſcretionis moderamine, ita vt te correptorem peccantium intelligamus, & ſentiamus, non hoſtem, nam ſi iniquitates obſeruaueris domine quis ſuſtinebit? pſal. 129. fatemur nos peccaſſe ſuper numerum arenę maris, ſed ò domine cum Dauid patre tuo dicimus ne in furore tuo arguas nos, neque in ira tua corripias nos, quia & ſi peccauimus tui ſumus, & filij ancillę tuę: & quum corripis nos amamus te, neque enim de illorum nũo eſſe volumus de quibus, non amat peſtilens eum qui ſe corripit, vidit Heli Sacerdos peccata filiorum ſuorum, nec vnquam illos corripuit, & non eſt expiata victimis, & muneribus vſque in ſempiternum iniquitas eorum, vide igitur tu domine peccata noſtra, & vidẽdo corrige, ita tamen vt vras hic, ſeces hic, vt in æternum parcas, ſi reſpicis nos ita paternæ. *Lapſi ſtabunt*.i. peccatores qui in peccatis lapſi ſunt, *ſtabunt*.i. manebunt ſine peccato non ruent in peius, quia ad reſpectũ tuũ corda emolliũtur peccantiũ, exitũ aquarũ deducẽt

Hebr. 12. c.
1. Cor. 11. c
Orandũ ne Chriſtus in furore nos arguat, ſed in iuditio pio.
pſal. 6.
Proue. 15. c.
1. *Reg.* 3. c.

oculi

pſal. 118. oculi eorum, & ſic *fletu culpa ſoluetur*, deſtruetur, abibit in obliuio nem coràm Deo, & quale peccatum eſt tam graue (cariſſimi) quod fletu, & lachrymis purgari nequeat? Alij legunt ſi reſpicis lapſus cadunt, id eſt peccata quibus prolapſi ſumus, deſtruuntur, & verū habet ſenſum hæc lectio. *Tu lux refulge ſenſibus*, ſenſus eſt, tu Chriſte *Ioan. 1. c.* qui es lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, ſplendor patris, & ſol iuſtitiæ nunquam deficiens, *refulge ſenſibus*, id eſt illumina, illuſtra, irradia ſenſus noſtros interiores, & exteriores, præſertim oculos, qui ſunt patentes feneſtræ per quas intrat mors, illumina intellectum, vt te cognoſcamus, voluntatem, vt te amemus, vim cogitatiuam, & imaginatiuam, vt præſeruemur à vanis, & ſtultis apprehenſionibus, & turpibus imaginationibus. *Et diſcute*, expelle remoue *ſomnum mentis*, id eſt peccatum, vel malā mentis cogitationem, turpem mentis ocioſitatem, qua mens ipſa ſōno peſſimo dormit, & vituperabili, non laudabili, vt ille de quo in *pſal. 4.* pace in idipſum dormiam, & requieſcam. *Te noſtra vox primum ſonet &c.* vt ſit ſenſus, & ſic primum, id eſt ante omnia, & cætera quę in die per agenda ſunt, vox noſtra ſonet te ò Chriſte, inuocādo te, laudando te, glorificando te, ita vt verificetur quod .D. Paulus *Coloſſ. 3. c.* monuit, omne quodcunque facitis, in verbo, aut opere, omnia in nomine Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo, & patri per ipſum, cui dicamus quod eccleſia in prima, Domine Deus omnipotēs &c. *Et hora ſoluamus tibi*, id eſt aperiamus ad laudem tuam ò Chriſte, vel vt alij legunt, *& vota ſoluamus tibi*, id eſt deſideria pia offeramus ti- *pſal. 60.* bi de die in diem, vt ſanctus Dauid faciebat, quia (ait) ſic pſalmum dicam nomini tuo in ſæculum ſæculi, vt reddam vota mea de Die in diem, *vel vota*, id eſt promiſſa, quæ facimus tibi ò Chriſte in baptiſmo fideliter expleamus, in quo promiſimus abrenunciare ſatanę, & omnibus pompis eius, quod ſi non fecerimus diſplicebimus in hoc *Deute. 23. c.* Deo, qui per Moſen præcepit, quod ſemel egreſſus eſt de labijs tuis, obſeruabis, & facies, ſicut promiſiſti Deo tuo, cui ſit laus, & gloria vnà cum filio, & Spiritu ſancto ab vtroque procedente, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hymnus Nocte ſurgentes &c.

Author huius creditur D. Greg. QVI dicitur ad matutinum, & in matutinali officio dici dominicę ab octaua Epiph vſque ad primam dominicam quadrageſimæ excluſiuè, & in dominicis poſt Penth. vſque ad Cal. Octobris, Hic hymnus non habet multā diſ

ſimul-

ficultatem, intellectu enim facilis eſt, ita, vt ab omnibus abſque doctore, & exponente, intelligi poſſit, at quia libellus iſte, expoſitio omniũ hymnorum eſt, & hunc exponentes dicimus authorem illius admonere nos mortales omnes, qui à Chriſto chriſtiani dicimur, nocte debere ſurgere ad laudandum Deum, tempus enim hoc aptiſſimum eſt ad vacandum Deo. exterioribus inquietudinibus extinctis, quibus impedimur de die, vt non ſic, ſicut poſſumus, nõ ſic, aũt ſicut tenemur, & debemus, ſoluamus, & offeramus Deo laudes, gratiarũq; actiones pro omni miſericordia nobis ab eo exhibita, & pro omnibus beneficijs, generalibus, & ſpetialibus, corporalibus, & ſpiritualibus, & quis eſt qui poſſit ſufficienter, & condignè hoc facere? ſi parentibus carnalibus, & præceptoribus non poteſt reddi ęquiualens, quomodo Deo magiſtrorum magiſtro, & à quo omnis paternitas in cęlo, & in terra nominatur? cui (etiamſi concederet nobis Neſtoris vitam, & annos Mathuſalem) non poſſemus reddere ęquiualens ꝓ pane hodierno, quẽ nobis exhibet, ſed diçes, quid per noctem intelligit author hymni, quæ ruit oceano inuoluens vmbra magna, terramq; : poluũq; ? Reſpõdeo quòd cum ſint ſeptẽ noctis partes, Veſperà ſtella occidentali, quę ſolem occiduum ſequitur, & tenebras ſequentes præcedit. Crepuſculum, & eſt lux dubia ante ſolis ortum, & occaſum, à crepero, ideſt dubio, tunc enim multis dubium, dies ſit iam, an nox. Conticinium, quę pars noctis eſt, media inter gallicinium, & diluculum, in qua omnia ſilent, & galli etiam conticeſcunt, conticeſcere enim ſilere eſt. Intempeſtũ, & eſt inactuoſum noctis tempus quando agi nihil poteſt, & omnia ſopore quieta ſunt, quòd tempus alij appellant Concubiũ, quia ferè omnes tunc cubant, & tempus agendi nullum eſt, quod per ſe non intelligitur, niſi per actus humanos, quibus caret medium noctis, Gallicinium, propter gallos lucis pręnuncios, ſic dictum: Matutinum, & eſt noctis pars inter abſceſſum tenebrarum, & auroræ aduentum, & Diluculum, tempus in quo incipit parua diei lux, & hoc aurora eſt, vel alba dea, quæ matutino tempori præeſt, à græcis dicta Leucothea, & à noſtris Matura. quę clareſcentis diei exordiũ eſt: & primus aeris ſplendor, qui græcè etiam dicitur Eòòs. ſic igitur diſtinctis noctis partibus dico, quod per noctem author hymni non intelligit quaſcũq; noctis partes, ſed quę incipiunt à gallicinio, nam partes noctis gallicinium præcedentes, libenter concedimus ad ſoporem, vt ſic operis diurni laborem temperet noctis requies, vhe igitur illis, præſertim in ſacris ordinibus conſtitutis, qui tempus illud deuotioni, contemplationi, & laudibus Dei tam con

Eph, 3. c.

Dubium.

Solutio.

Septem sũt noctis partes.

gruum

gruum, in fœdis, ac porcinis conſumunt laſciuijs, qui ſub vnius ſpatio noctis, toties ęterna promerentur ſupplicia, deinde cum vili, ac fœtido corpore introire audent eccleſiam Dei, & ſacra tractare myſteria, quæ ſi tractanda non ſunt ab ijs, qui nocturna pollutione in ſomnis fœdantur: qui ceſſante in ſomno rationis dominio, non peccant, cum in eorum poteſtate non ſit illuſionem illá euitare, quę indiſpoſitum efficit hominem, & minus aptum ad eleuationem, quomodo tractari poterunt abſq; dei grauiſſima offenſa ab illis? quorũ mores fugiamus nos oportet, ſi ſaluari volumus, & fiet ſi *nocte ſurgentes vigilabimus omnes, ſemper in pſalmus meditabimur* mortẽ, iudicium, & furorem domini ſuper peccata, & peccantes, *& viribus totis animę* videlicet, & corporis, quia toto corde, & toto corpore, intus, & extra non voce ſola, ſed ita, vt voci opera conſonent, quorum laus ceſſare non debet, etiam vocis laude intermiſſa, tenemur domino cantare *dulciter*, Ideſt ſuauiter, *hymnos*; ideſt laudes Dei. ſicq; Deo noſtro erit iucunda, decoraque laudatio, & quia non ſumus in minori periculo, quam fuerit. D. Petrus, nam in carcere hoc, non ſolum pro aduerſario habemus Herodem, ſed myriades aduerſariorum, qui animam, & corpus noſtrum perdere in gehennam nituntur tenentq; nos vinctos, non duabus catenis tãtum, ſed infinitis: ſi non abſolute dictum eſt, & ſimpliciter D. Petro ab angelo *ſurge*; ſed ſurge velociter: nec nobis abſolute dictum putemus ab authore hymni. *Nocte ſurgentes*, ſed cum appendice, & additamento velociter, & abſq; mora, ſicut enim in cibo, & potu, ſic in ſomno ſeruari debet moderamen: totam enim noctẽ ſtertere nephas: Cur non cum. D. Paulo in carcere poſiti, hymnos nocte quandoq; dicimus, ſi cum. D. Petro in eo, nocte dormimus: & ita grauiter, adeoq; profundè, vt dici noſtrum cuiq; poſſit, & debeat, ſurge velociter? cur non imitamur, & æmulamur illos, qui ad domum Mariæ, quę erat mater Ioannis, qui cognominabatur Marchus, ad quam nocte liberatus ab angelo. D. Petrus venit, congregati orabant? vbi nunc mulieres quæ tota nocte dormiunt? vbi viri qui neq; in lecto ſe verſant? Non ideo facta eſt nox (ò boni) vt per totam dormiamus, & ocioſi ſimus, teſtantur hoc nautę, opifices, negociatores, ſurgamus ſurgamus, & nos, & videntes aſtrorum choream, profundum ſilentium, magnam quietem, obſtupeſcamus Dei noſtri miram diſpenſationem, Purior tunc eſt anima, leuior, ſubtilior, ſublimia videt, ac expedita eſt, tenebræ ipſę ſilentiũmque multum in compunctionem inducere ſufficiunt, miſericors efficitur nocturnis precibus Deus, immo inflectitur, ſi quando tu quietis tempus

Sacra myſteria non ſunt tractãda ab ijs qui nocturna pollutione ſedantur, & ſi nõ peccant.

Pſal. 146.

Act. 12. c.

Surgendum nocte velociter.

Non eſt facta nox, vt per totam dormiamus

tempus facias laudationum, & lamentorum, ac gemituum tempus,
Memor eſto regis ſancti, qualia verba dicebat, laboraui in gemitu *pſal. 6.*
meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratũ
meum rigabo, quantumuis delicatus fueris, non es illo delicatior :
quantumuis diues, non es illo ditior: quantumuis magnus , non es
illo maior: quantumuis iuſtus, nõ es illo iuſtior, de quo legitur, inue
ni Dauid ſecundum cor meum, qui alio loco. (Ait) media nocte ſur *pſal. 118.*
gebam ad confitendum tibi, neque enim timuit ne excitaret dormiẽ
tem, quem ſciebat ſemper vibrare vigilantem, & quia media nocte
perrexit, tres panes ab amico ſuo Chriſto poſtulans, quo nullus ami
cior nobis, cum pro nobis corpus ſuum tradiderit, in ipſa petendi in
tentione perſiſtens, non defraudatus eſt orans, ſi ille tali hora ſurge
bat, non poteris tu ſurgere in gallicinio, in matutino, in quo ipſe, in
terficiebat oẽs peccatores, vt diſperderet de ciuitate dñi oẽs operãtes *pſal. 100.*
iniquitatẽ? & in diluculo? tunc non interturbat, nec interrumpit va
na gloria omnibus dormientibus, & non videntibus, tunc torpor ,
ignauia , & oſcitantia non premunt, nec inſidiantur, quandoqui
dem animam, tot & tanta excitant, & alacrem reddunt, poſt tales
vigilias, dulces, ac ſuaues ſomni, & viſiones mirabiles, ac reuelatio
nes, Hoc fac, & tu vir, non ſola mulier, eccleſia ſit domus ex viris , *Domus q̃li-*
& mulieribus conſtituta, nunquid enim tu ſolus es vir, neque quia *bet eccleſiã*
iſta eſt ſola mulier, putabis impedimentum, & obſtaculum eſſe? vbi *eſt, & ſi tan*
duo vel tres ſunt cõgregati in nomine meo (ait Chriſtus Mat. 18.c.) *tum vir, &*
ibi in medio eorum ſum, et vbi Chriſtus, ibi magna multitudo, quia *mulier ſit,*
ibi angeli, archangeli, & aliæ virtutes, milia milium miniſtrant ei, *multitudo ta*
Dan. 7. c. Ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei (ait ſcriptura *men angelo*
Mat. 4.c.) qui me miſit mecum eſt (ait Chriſtus) Ioan. 8.c. & non re *rũ adeſt, ſi*
liquit me ſolum, hinc heliſeus ad ſeruum ſuum dixit, 4. reg. 6.c. plu *in nõe Chri*
res nobiſcum ſunt quàm cum illis, non ergo ſoli eſtis, vbi vobiſcũ *ſti congrega*
habetis omnium dominum, & ſi benè ſolus eſſes, audi ſcripturam, *ti fuerint.*
melior eſt vnus faciens voluntatem domini, quo nihil fortius: quã *Solus faciẽs*
innumeri præuaricatores, quibus nihil infirmius, ſi tibi ſint etiam fi *voluntatem*
lij, excita illos, & domus tua fiat eccleſia noctu, quòd ſi teneri ſint, *domini mul*
ita vt nõ poſſint ferre vigiliã, ſinito vt vnam, vel alteram orationem *titudine præ*
faciant, & redeant ad quietem, crede mihi, nihil hoc penu, vel prõ *uaricãtium*
ptuario melius, quòd tales ſuſcipit preces, & orationes , audi Daui *eſt melior.*
dem, pſal 62. ſi memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis *Excitandi*
meditabor in te, ac ſi apertè dicat, ſi cogito de te, & memor ſum tui, *ſunt etiã de*
in lecto, vbi dormiendum eſt, & quieſcendum, quod minus pro- *nocte filij ad*
babile videtur, in matutinis quum de lecto ſurgo, magis probabile *orandum: ẽt*
E eſt, *teneri ſaltẽ*

eſt, quod cogitem de te, & mediter in te, à minori ad maius arguit hoc loco propheta ſanctus. Dices laboraui per diem multum, non poſſum ſurgere, facta eſt nox, vt operis diurni laborem noctis tem peret requies? Reſpondeo cauillum eſt, & excuſatio, nam quamtumuis laboraueris, non laboraſti quantum faber ferrarius, qui gra ues folles, & malleum tam grauem, ex tanta altitudine demittens, ſcintillas, & fumum toto corpore ſuſcipit, & tamen ille, noctis par tem multam in hoc inſumit, ſurge, & tu, ſurge velociter, crede mihi nam non ita rubiginem ignis excoquere, & ſordes purgare ſolet, ſi cut nocturna oratio rubiginem peccatorũ. Nocturni latrones, adul teri, præuaricatores, & malè agentes odientes lucem, magnam no ctis partem conſumunt in negotijs animam damnantibus, & tu nõ vis noctis particulam insumere pro ſalute tua? nocturni cuſtodes propter humanam legem in gelu circumeunt, vehementer claman tes, & per vicos ambulantes madidi frequenter, glaciati propter te, tuàmq; ſalutem, & bonorum tuorum cuſtodiam, & tu neq; pro anima tua, quæ plus eſt quàm eſca, vllã curam geris, tam delicatus exiſtens? an forſan ſub dio circũire cogit te hymni author? nequaquã, ſed in ipſa tua permanere vult cella, domo, cubiculo, & in ipſo vult ores Deum, & flectas genua, vigiles, & in pſalmis mediteris, & viribus *totis domino dulciter canas hymnos* dicens cum Dauid, bene dic anima mea domino, & noli obliuiſci oẽs retributiones eius &c. quare Chriſtus ipſe in monte per noctabat? nõ ne vt nobis forma fie ret, atq; exemplum, diſcite à me (ait Chriſtus). D. Paulus vult nos fieri conformes imaginis filij ſui, in nocte plantæ reſpirant, & tunc anima plus illis gratię rore ſuſcipit, quæ per diem ſol exuxit, in nocte refrigerantur. Nocturnæ lacrymæ quouis rore magis contra concupiſcentias, & ardores omnes demittuntur, nec ſinunt grauiora pati, ſi autem rore illo non frueris in nocte, poſt diem exureris, quare ſi non dormit, nec dormitat qui cuſtodit Iſrael, *pſal.* 120. & vndiq; cauere neceſſarium eſt, ne quando nos dormitemus. Audiamus, ergo hymnum. *Nocte ſurgentes &c.* ſequitur *vt pio regi pariter canentes &c.* ſenſus eſt, vt ſic ſurgentes nocte, & pariter ſiue in domo, quod pertinet ad viros, mulieres, & filios, ſiue ĩ eccleſia quod pertinet ad eos, qui altari ſeruiunt, & de altari viuunt ex profeſſione, *canentes pio*, ideſt miſericordi, benigno, & propitio, *regi*, domino dominorũ, *mercamur vnà cum ſanctis ſuis ingredi aulam*, ideſt domũ regiam, ſpacioſum habitaculũ, de quo dicitur, ò *Iſrael* quã magna eſt domus *Dei*, & ingens locus poſſeſſionis eius, & cęlum cę lorũ, quod eſt ſedes *Dei*, in quo ſunt aĩalia entiàq; inalterabilia optĩ mam

Dubium. *Solutio.* *Matt.6.c.* *pſal.*102. *Matt.*11.*c.* *Rom.* 8 *c.* *Sicut plãtę ĩ noctę reſpirant, ita aĩa in nocturna oratione refrigeratur.* *Baruch.*3.*c.*

mã vitã ducẽtia, q̃ Xp̃i veſtigia ſũt ſecuta, & ideo regnãt cũ agno: & agnus dei cũ illis, *& ſimul cum eis ducere beatam vitam*, quã non occupabit unquã mors, quod quidem non eſt, niſi frui Deo, in quo voluntas noſtra iam delectata, y conquieſcit. *Præſtet hoc nobis deitas beata &c.* quo verſu hymni author deprecatur Deum, ita vt ſit ſenſus, *Præſtet hoc*, ideſt donec hoc, quod eſt ingredi in æternã gloriã, & laudare Deum cum fructu, *nobis deitas beata*, quæ vna eſt in eſſentia, & in perſonis trina videlicet *patris, & filij, & ſpiritus. s. cuius* videlicet deitatis beatæ, *gloria*, quæ ipſi ſoli debetur, & quam alteri non dat, nec dabit Deus, *reboat*, græcum verbũ eſt, & ſignificat remugire, at per tranſlationem ſignificat reſonare, vt ſit ſenſus *reboat* ideſt reſonet *in omni*, ideſt in vniuerſo mũdo, ita vt impleatur quod petimus in oratione dominica ſanctificetur nomen tuum: Amen, ideſt ſic fiat, & verè ſit ita.

Hymnus ecce iam noctis &c.

QVI dicitur ad laudes matutinales ſemper qñ ad matutinũ dicitur hymnus præcedens Nocte, ſurgentes, & hic non multam difficultatem habet inquit autem huius hymni author. *Ecce iam* noctis tenuatur vmbra, vt ſit ſenſus, Ecce quod eſt aduerbium demonſtrandi ad oculum, & licet apud multos repentinum, & inſperatum aliquid ſignificet, Vnde, & Ciceroni proprium erat, in rebus improuiſis hac vti particula, tamen quo ad rem noſtram ſpectat, in re læta, hac particula vtitur autor hymni. *Ecce (ait) iam vmbra noctis*, qua nox efficitur, noctem enim fieri dicimus, aut quia longo itinere laxatur ſol, & quum ad vltimũ cœli ſpacium peruenerit elangueſcit, ac tabefactus efflat ſuos ignes, aut quia eadem vi ſub terras cogitur, qua ſuper terras protulit lumen, & ſic vmbra terræ noctem facit, quæ *vmbra tenuatur*, ideſt ſubtiliatur, diſſoluitur annihilatur, deperditur per coruſcationem *lucis auroræ rutilantis*, ideſt ſplendentis, quæ aurora, dicitur lucis aurora, vel quia expellit noctem, & inducit diem, vel quia eſt diei clareſcentis exordium, & primus aeris ſplendor, & dicitur aurora ante ſolis ortum, ab eo quod ab igne ſolis, auro aer aureſcit, vel aurora dicitur ab auro, quia colorem habet auri, lege literam, *ecce iam* videnr omnes ad oculum quod *noctis vmbra tenuatur*, & diſſoluitur, nam *aurora lucis ex ordium rutilans*, ideſt ſplendens *coruſcat*, ideſt illuminat terram, & mundum, vt quid igitur tamdiu dormire? ſurgamus. *& niſibus totis* i. conatibus, & viribus totis, animæ videlicet & corporis *roguemus oẽs*, nec quidem vnus remaneat, omnes enim

Huius author, ignoratur, at quidam dicunt quod fuerit D. Greg.

Aurora, cur lucis aurora dicatur.

Rom. 3. c. peccauerunt, & omnes egent gloria Dei, vel cuncti potentem, *omnipotenē Deum*, qui poteſt omnia, in cuius ditione cuncta ſunt poſita, quem omnipotentem appellamus, quia re uera, ipſe ſolus eſt perfectè, verè, & propriè omnipotens, ideſt potens omnia, quæ ſunt alicuius potentiæ, & completæ potentiæ, eſt enim completa potentia, quæ non poteſt deficere, nec ſuccumbere, nec indigere, & incompleta, quæ poteſt in peccando deficere, in patiendo ſuccumbere, & in corporali actione egere, Vnde & ſi ſit omnipotens, non poteſt tamen actus culpabiles, vt mentiri, nec actus pęnales in ſe recipere, vt timere, nec corporales, vt dormire, nec inconuenientes, vt facere aliquem maiorem ſe: quia actus hi ſunt actus incompletæ potentiæ, non cōpletę, & ſi dicas Ariſt. in topicis dixiſſe Deum, & ſtudioſum poſſe praua agere. Dico propoſitionem illam, veram de dijs gētilium, non de Deo noſtro viuo, & vero, de quo etiam ſi intelligeretur propoſitio illa, dicerem hunc ſenſum habere, Deum poſſe praua agere, quæ nunc praua videtur, at ſi faceret ipſe, nō praua eſſent, ſed bona, & valdè bona, Dices ad quid rogandus eſt Deus? Reſpōdet author hymni, *Vt Deus noſter miſeratus omnem pellat languorem &c.* ſenſus eſt, ad hoc rogamus omnipotentem Deum, vt omnipotentiam ſuam parcendo maximè, & miſerando manifeſtet, & ſuper nos miſeratus, ſigno aliquo comprobet, Differt enim miſericordia à miſeratione, nam benè velle miſericordia eſt, at benefacere miſerationis, eſt enim miſeratio, miſericordiæ actio, quia miſericordia tantum affectus cordis eſt, quo compellimur, vt vel miſeris ſubueniamus, vel compatiamur, ſi ſuccurrere non ualemus, at miſeratio, ex opere comprobatur. Rogamus igitur, vt Deus ſigno, & opere comprobet, ſe eſſe miſericordem ſuper nos miſeros, qui fęlicitatem omnem amiſimus, & incidimus in omnem animæ, & corporis lanquorem, & infirmitatem, quem oramus, *vt pellat*, ideſt expellat, & procul faciat à nobis, *& tribuat ſalutem* animę videlicet, & corporis: & tandem, *quod donet nobis pietate patris*, ideſt quę ſpectat ad patrem, exercere ſuper filios, non noſtris meritis, qui etiam ſi facimus omnia, quæ pręcepta ſunt nobis, adhuc tenemur dicere ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus. *regna polorum* ideſt cœlorum, qui ideo poli dicuntur, quia politi ſunt, & ſculpti varijs ſtellis, vel dicimus, quod per regna cęlorum intelligat ſedes beatorum in quibus quieſcendo regnant, qui rectè cęli dicuntur, vel à cęlando, & tegendo, quia quandiu in mundo fuerunt cęlarunt abſconderunt, & occultarunt omnibus quæ habebant, vel quia ſicut cęlum cęlatum dicitur, quod impreſſa ſtellarum lumina habeat

ſic bea

Potentia cō pleta quid ſit, & quid incompleta.
Deus nō poteſt actus incompletę potentiæ.
Dubium.
Solutio.
Deus quomodo poteſt praua agere
Miſericordia à miſeratione differt, & quid utraque ſit.
Lucę 17. c.
Cęlorum regnum eſt ſedes beatorū
Beati quare dicūtur cęli

ſic beati, qui nunc in cęlo ſunt, quandiu in mundo fuerunt, virtutibus omnibus veluti quibuſdam ſtellis, refulgebant. cogor hanc in medium afferre expoſitionem, quia plures cum ſint cœli, beatorum locus, non ſunt cœli, qui à planetis ſunt dicti, puta cœlum Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, & Lunæ, nec locus eorum eſt octauum cœlum, quod firmamentum eſt, quod ſideribus, ſeu ſtellis plenum eſt, intra quod continentur planetarũ orbes, nec nonum, quod nominarunt aqueum, vel chriſtallinum, non à frigiditate, ſed à tranſparentia, quod per illud ſidera appareant, neſciẽtes cuius conditionis eſſet, Nec decimum quod primum mobile ad pellarunt, ſed illud, quod Theologi empyreum vocant, ideſt igneum, non à calore, & ardore, ſed quia ſplendore, & claritate cæteros antecellit, quod ab etnicis philoſophis ignoratum eſt: quod non mouetur, ſed quietum eſt ſolum, & à volubilitate mundi ſecretum eſt, ſupra firmamentum, de quo intellexit ſanctus Moſes, quum ait, in principio creauit Deus cœlum, quod mox vt factum eſt, repletum eſt ſanctis Angelis, non quo ad occupationem, quia ſic non poſsũt replere cœlum, ſed quo ad ornatum, quia ſicut firmamentũ, quod ſecunda die factum eſt, ſideribus ornatur, & aſtris corporalibus, ſic cœlum empyreum, ornatur aſtris intellectualibus, Oramus igitur vt donet Deus pietate ſua, nobis ſedem in cœlo empyreo, in quo ſedes beatorum eſt. Amen.

Non omnes cęli dicũtur locus beatorum

Multiplex Cęlum.

Cęlum empyreum eſt beatorum locus.

Gen. 1.

Cœlum dicitur repletũ ſanctis Angelis. non quo ad occupationẽ, ſed ornatum.

Hymnus ad primam iam lucis orto ſidere &c.

QVI dicitur omnibus diebus ea hora, & inuariabilis eſt, nã cum rogemus in eo liberari, & à perſecutione mundi, & à tẽtationibus diaboli, præmiſſa liberatione egemus quolibet die, & rectè hac hora laudes exoluimus Deo, nam hæc inſignita eſt multis priuilegijs, prima enim hora Chriſtus Pilato à Iudeis traditus eſt, à morte reſurgens prima hora Marię Magdalenæ apparuit, prima hora viſus eſt in litore ſeptem diſcipulis piſcãtibus. Huius hymni author fuit Diuus Ambroſ. in quo ſicut in oratione huius primę horæ, Domine Deus omnipotẽs, qui ad principium huius diei &c. oramus, vt Deus ſua nos ſaluet virtute, & per totam diem ad nullum permittat nos declinare peccatum, qui nos ad principium diei peruenire fecit, ſic in iſto admonemur, vt orto iam ſole, ſupplices rogamus Deum, vt per totum diei decurſum, à vitijs ſenſus noſtros, & nos, cuſtodire dignetur, & concedere, vt ipſum diem in laude ſua complere, & abſoluere poſſimus, & in ob

Ioan. 21.

Author huius fuit. D. Ambr.

ſerua-

Mira hora prima. ſeruatione præceptorum ſuorum. Vnde ſenſus verborum eſt. *Iam orto ſidere lucis*, ideſt orto ſole, cuius pręſentia, & aduentus ſupra terram diem facit, qui dicitur ſidus lucis, quia preclariſſimè lucet, & alijs omnibus lucem impertitur, qui tantam claritatem ſolus obtinet, vt ſolus appareat, obſcuratis alijs omnibus ſplendore ſuo, Vnde ſol dicitur, ideſt ſolus lucens, quia ſub vno temporis momento ſuis radijs totam terram illuſtratur, & non poſſet, cum terra ſit nimium ampla, & ſexies maior quàm luna, niſi de magno ſolis orbe lux ei largiſſima præberetur, qui octies maior eſt, quam terra, & in operãdo velociſſimus de quo. D. Ambr. in Hexameron, ſol eſt oculus (ait) mundi, iucunditas diei, cœli pulcritudo, naturæ gratia, pręſtantia creaturæ, bonus ſol, ſed miniſterio, non imperio, bonus, meæ fœcunditatis adiutor, non creator, bonus meorum alitor fructuum, non creator, interdum partus meos adurit, qui radijs ſuis ad generationem viſibilium confert, & ad vitam mouet, auget, perficit, nutrit, mundat, & renouat, vitę vegetatiuæ, quæ arboribus ineſt, & plantis, cauſſa eſt, & ſenſitiuæ vitæ, quæ eſt in omnibus animalibus, & etiã vitæ intellectiuę, quæ eſt in hominibus, cauſſa eſt, & quo ad eſſe, & quo ad conſeruationem, non tamen per modũ principalis efficientis, ſed per modum habilitantis, & diſponentis, quãtum ad eſſe, quia ſol & homo generant hominẽ, quãtũ ad conſeruationẽ, quia vita hominis conſiſtit in inſpiratione, & expiratione, & ideo ſi medium eſſet magis denſum, ita, quod homo expirare non poſſet, moreretur, vt patet quando eſt ſub aqua, aut ſub terra, ſol autem, & alię ſtellę clarefaciunt aerem ſuis luminibus: quorum lumina ſi non eſſent, in tantũ condenſaretur aer, quod omne viuens moreretur in terra, vnde non mirum ſi. D. Ciiſ. appellat ſolem ſub elementi nomine, Magnum miraculum, laudes elementi huius (ò boni) non explico, aut prædico, vt in eo ſiſtamus, ſed vt inde aſcendamus, & in elementi opificem miraculum transferamus, cuius manu valida volente, plurimum afferunt, & præſtant elementa vtilitatis, cuius dextera ſi ſupernè ruſticos non adiuuaret, etiam ſi cum illorum labore conſpiraret ſolis, & lunę operatio, cęliq; temperies, neq; ſic vtilitas aliqua eſſet, *orto igitur iã ſidere lucis*, ideſt ſole, *Deum precemur ſupplices*. i. humiles, attenti, & intenti, & erubeſcamus ſine laude, & præcatione ad Deum directa, inchoare diem, ipſumq; complere, cum, & minutiſſimę aues modo ſuo, mane, & veſpere, oriente, & occidente die, laudes ſuo referant creatori, cantu aerem mulcentes, quod ſi hoc nõ excitat in nobis deuotionis affectus, quid excitabit? an non legimus Danielem tribus temporibus in die oraſſe do

Sol.i. ſolus lucens.

Terra ſexies maior q̃ luna; & ſol octies maior terra.

Solis præconia.

Sol eſt cã uita intellectiuæ, non principalis, ſed diſponens.

Sol, & ſtellæ lumine clarefaciũt aerẽ, aliter adeo cõdẽſaretur, vt viuentia morerentur.

Per ſolem, ſolis opificem contemplari debemus.

Sole orto debemus auiũ exemplo Deũ laudare, & quare

Dan. 6 c.

ſe dominum obſecratione ſua? an non ob id partes diei tres ſunt, mane, meridies, & poſtrema? an nõ Dauid, ſepties in die (ait) laudẽ dixi tibi? an non ob id ſeptem horas canonicas conſtituit Sancta Mater Eccleſia? ſi igitur nõ fuit nobis vanũ mane ſurgere ante lucẽ, cur vanum erit orto iam ſole Deũ precari? Deũ igitur humiles precemur hac hora, quod & facere tenemur, tum quia eſt initium diei, tũ quia & nobis noctem dedit cũ ſalute, & ſine impedimento Satanę tranſire, tũ quia (vt diximus) tali hora Chriſtus à Iudeis pilato traditus eſt, & angelus nũciauit mulieribus Chriſtũ reſurrexiſſe, tũ quia tali hora viſus eſt à diſcipulis piſcãtibus in litore, & hac hora dñs cõueniebat, in tẽplo, & populo prædicabat, qui ad eũ veniebat mane, Et dices quid pcandũ? Reſpõdet hymni author *Vt in diurnis actibus nos ſeruet à nocentibus* ſenſus eſt, orandus eſt dñs, vt *in actibus* & operibus *diurnis* vſq; ad ſolis occaſum, ꝙ ſignat, vt à mane iuuentutis, vſq; ad noctẽ ſenectutis. i. ad finẽ vitæ, nam à cuſtodia matutina vſq; ad noctẽ bene, poteſt ſperare Iſrael in dño, quia ad illam vſq; horam deãbulatoria eſt hominis volũtas, *præſeruet nos à nocentibus*, & p nocentes intelligit hoſtes ſuperiores. i. demones malignantes!, cũ quibus eſt nobis colluctatio indeficiens, eph. 6. hoſtes inferiores. i. hõ es ad uerſantes, de quibus ſupra dorsũ meũ ſabricauerũt peccatores, plongauerũt in quitatẽ ſuã: hoſtes interiores. i. cõcupiſcẽtię carnales, de quibus dr̃, caro cõcupiſcit aduerſus ſpũm, & ſpus aduerſus carnẽ. & hoſtes exteriores. i. illecebræ ſeculares, de quibus Ioã. nolite diligere mũdũ, neq; ea q̃ sũt in mũdo, quib⁹ veluti laqueis vtitur venator peſſimus demon, vt capiat nos, inter quos hoſtes, & nocentes: peſſimus eſt demõ, qui in ſacris eloquijs tribus vocabulis appellatur, Dr̃ Vehemoth. i. animal; quia de cęlis lapſus ad terras, iumẽtis inſipientibus eſt cõparatus. Leuiatan i. ſerpẽs de aquis: quia in huius ſeculi mari volubili verſatur aſtutia, Et Auis, quia p ſupbiã ad alta ſuſtolli tur. Et p ſuo merito aerẽ quaſi auis p carcere meruit, Vehemoth terrã; quia vt aĩal brutũ in imis delectatur, ſerpens quia in huius ſeculi mari inſana iactatur fluctuatione: quem. n. non decipit diabolus vnde animal eſt. i. per carnis luxuriam. Tentat, vnde ſerpens eſt, hoc eſt cupiditatis, ac nocẽdi malitia, quem autem nec ſic decipit, inſidiatur ei, vnde auis eſt, hoc eſt ſuperbiæ ruina, vndique enim dolos præparat, mille nocendi artes hñs, quouſq; inueniat viam per quam incautum decipiat, & ex ea parte homines tentat, q̃ eos pro exereſcẽte hũore facile inclinari ad vitia cõſpicit, vt secũdũ hũoris cõſpſionẽ adhibeat, & tẽtationẽ, à quo peſſimo nocẽti, liberet nos dominus: Poſſumus ẽt & per nocẽtes intelligere peccata: & iniquitates, quę ca

pſal. 118. *Lucę 21. c.* *pſal. 129.* *Hoſtiũ multiplex diſtinctio.* *pſal. 127.* *Gal. 5 c.* *1 Ioan. 2. c.* *Demon tribus vocabulis appellatur in ſacris eloquijs, & quare.* *Peccata, et iniquitates*

dicunt nocẽtes, et quare Peccati natura multiplex, & incōmoda quę inſert aīæ. quæ capiunt impiū, & veluti quibusdā funibus scōſtringitur, quæ & corpori nocent, & animæ magis, cū priuent illam æterna beatitate, hoſtem Dei conſtituunt, & auerni ignibus dignam, imaginē Dei deformant, inde macula dicitur, ad pęnam æternam obligat, vnde reatus nominatur, recedere faciūt à dignitate gratiæ habitę, inde vocatur delictum, faciunt nos dignos accuſatione, & pęna, indeque dicitur crimen, faciunt mandata Dei reſpuere, indeq; præuaricatio appellatur, Naturalia vulnerant, vt patuit in illo, qui deſcendens
Lucæ.10.c. ab Hyeruſalem incidit in latrones, Conſcientiam amaricant (ait)
Hier. 3. c. enim propheta, vide quam malum, & amarū eſt te dereliquiſſe dominū Deum tuum, Cor induratur, peccator cum in profundū pec
Prou. 18.c. catorum venerit, contemnit (ait Salomon) inſenſibilem reddunt.
Gen.19.c. Hinc viſus eſt ei, dicitur in ſcriptura, quaſi ludens loqui, Animam occidunt, quia priuant illam Deo, qui eſt vera vita, Bona, quæ fiūt, in fructuoſa reddunt, & quantum ad meritum, & quantum ad præmium, ſicut ramus præciſus ab arbore, non profert fructum, ſed are
Deut.28. c. ſcit, & ad incendiū habilitatur, de talibus dicitur. Maledictus eris ingrediens, & egrediens videlicet eccleſiam materialem ad orandum, quia talium oratio, non eſt meritoria, immo dicit. D. Aug. quòd ſi tales cruce ſe ſignent, includunt potius in ſe diabolum, quā excludant, ex homine infernum faciunt, quia in peccatore eſt ignis auaritiæ, fœtor luxuriæ, tenebræ ignorantiæ, vermis conſcientiæ, ſitis concupiſcientiæ, & demones, qui in eo per officium inhabitant,
Gen.1 c. vacuum hominem relinquunt, terra erat inanis, & vacua, & tandē intellectum obſcurant in cognitione veri, & tæpeſcere faciunt affectum in operatione boni, Et ideo orandum, vt ab his nocentibus ſeruet nos Deus in diurnus actibus, & operationibus vſq; ad veſperam. *Linguam refrenans temporet &c.* ſenſus eſt, oramus &c. vt Deus noſter *temperet linguam noſtram, refrenans* illam à locutionibus illicitis, inordinatis, inutilibus, non neceſſarijs, & à verbis contentioſis, pungitiuis, & iniquis, vt non loquatur opera hominum, *pſal.16.* quod faciunt iactatores, qui ſua opera iactant, adulatores, qui laudant hominem in operibus ſuis, & peccatorem in deſiderijs animæ ſuæ, *pſal. 9.* detractores, qui mala aliorum loquuntur, quo *(Orandū eſt ut temperet lingua nr̃a in locutionibus, & refrenetur ab illicitis.)*
pſal.140. fit, vt benē orarit Dauid dicens, Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis, vt non declinet cor meum in verba malitiæ, ideſt, ne dicam mendacia, quia os, quod mentitur oc
Sap.1.c. cidit animam, ne dicam turpia, fornicatio, & omnis immunditia,
Eph.5.c. nec nominetur in vobis ait. D. Paulus, ne dicam conuitia, impro
Eccl. 22. c. peria, ſuperba, & ne reuelem ſecreta, de quibus in ſcriptura, Eſt con

cordatio

cordatio ad amicum, excępto conuitio, improperio, ſuperbia, & my-
ſterij reuelatione, ne dicam iurgia, certamen enim feſtinatum in-
cendit ignem iræ. ne dicam detractiones, quia detractores ſunt Deo *Eccl. 28 c.*
odibiles, ne dicam calumniam, vel criminationem, non eris ſuſur- *Rom. 1. c.*
ro, vel criminator in populis. ne dicam adulationem, vhe qui con- *Leuit. 19 c.*
ſuunt puluillos ſub omni cubito, lingua enim mala, corrumpit om *Ezech. 13 c.*
nes literas. A. adulatio. B. balſphemia. C. conuicium. D. de *Lingua ma-*
tractio. E. excuſatio peccati. F. falſa locutio. G. gloriatio. I. *la, quæ incõ*
ironica locutio, & irriſio. L. ludificatio. M murmuratio. N. *moda afferę*
nugatio. O. oratio indebita P. perluratio. Q. querulatio. R.
reuelatio ſecretorum. S. ſuſurratio. T. turpiloquium. Y. ver-
bum ocioſum. Z. zizanię ſeminatio. Con. contumelia: & ideo
rectè oramus, vt Deus *linguam refręnet*, hinc patet dei donum eſ-
ſe reprimere linguam, quod & hebræus ſapiens oſtendit Domini *Linguæ re-*
enim (ait) *Prou. 16. c.* eſt gubernare linguam, quam nullus ho- *frenatio dei*
minum domare poteſt, inquietum malum, plena veneno mor- *donum eſt.*
tifero, quæ conſtituta in membris noſtris (ait. D. Iac.) maculat *Iac. 3. c.*
totum corpus, & inflammat totam natiuitatis noſtræ, ideſt vitæ
noſtræ circuitum, inflammata à gehenna, ideſt à diabolo habitato
re, & ciue inferni, qui linguam inflammat, inquantum ad verba vi
tioſa incitat hominem, & per omnes ętates, & ſingulos dies noſtros
ad inordinatè loquendum infeliciter inflammat, quam linguam, *Lĩgua ignis*
ignem appellat, iſdem eodem loco, & iniquitatis vniuerſitatem, *& peccati*
ignem, quia ſicut ignis comburit ligna, ſic lingua inordinate, ſu- *vniuerſitas*
perbè, & vitioſè loquendo, actus virtutum mortificat, & ani- *dicitur, &*
mam, & corpus diuerſis exponit flagitijs, vniuerſitatem iniquita- *quare.*
tis, nam vniuerſa peccata, ex linguæ irrefrænatione naſcuntur, &
incuſtodia, detractiones, mendacia, contemtiones, ſuſurratio-
nes blaſphemiæ in Deum, & in creaturas, hæreſes, mors, & vita, *Prou. 18. c.*
quæ in manu linguę ſunt, & quia tot mala naſcuntur ex lingua,
Auditu, (& præſertim religioſus, cuius uana eſt religio ſi non
refrænauerit linguam) quod in ſcriptura dicitur, & oſtia facito, *Eccl. 28. c.*
& ſeras ori tuo, vt non facilè proferantur verba, & ad incon-
grua dicenda ſe ſe lingua cum omni cautela contineat: benè
(ait) oſtia facitò, oſtium enim clauditur, & aperitur, ſic oſtium
linguæ aperiri debet ad confeſſionem peccati, & ad laudem dei,
& claudi ad excuſationem, & ad vniuerſitatem errorum, ò fęlices,
qui cum ſancto Dauid dicere poſſunt, Dixi cuſtodiam vias meas, *pſal. 38.*
vt nõ delinquam in lingua mea, Poſui ori meo cuſtodiam, cum con
ſiſteret peccator aduerſum me: audiant irrefręnati lingua, quid Iob.

F dicat

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Iob.29.c. dicat, leuiter locutus ſum, vnum locutus ſum, quod vtinam non di
pſal. 51. xiſſem, & alterum, quibus vltra non addam, Audiant Dauid. dile-
xiſti iniquitatem magis, quam loqui ęquitatem, dilexiſti omnia ver
ba pręcipitationis lingua doloſa: propterea Deus deſtruet te in finé,
euellet te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium,
Eccl.10.c. En pœna, de qua (ait) ſcriptura, labia inſipientis pręcipitabũt ipſum.
Prou.13.c. Audiant Solomonem, qui cuſtodit os ſuum (ait) cuſtodit animã ſuã,
qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala: O ſi cuſto
Eſai 14.c. diſſet os ſuum lucifer, qui ait, conſcendam in cœlum &c. non inde ce
Luca.10.c. cidiſſet ſicut fulgur, niſi mulier Eua locuta eſſet cum ſerpente, vt lo
Gen 3.c. cuta eſt, ſi non verba dixiſſet, quæ minimè conueniebant, damnum
non accæpiſſet, viro non dediſſet, ille non comediſſet, mortem no-
bis, & ſibi non hæreditaſſet: ò ſi didiciſſet benè loqui caym, qui ait
Gen.4 c. maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear, certè damnatus
non fuiſſet, incuſtodia linguę ſennacherib regis aſſyriorum fuit cauſ
4.Reg.19.c ſa deperditionis exercitus ſui, & mortis ſuæ à proprijs filijs, incon-
2.Reg.1.c. ſiderata locutio viri amalecithæ, qui ore proprio dixit, ego interfeci
Saul regem, fuit cauſſa mortis, & interitus ipſius, propter linguam
cruciatur epulo in inferno, qui ait, dic Lazzaro, vt intingat extremũ
digiti ſui in aqua, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac
Lucę 16.c. flamma, ſicut vrbs patens, & abſq; murorum ambitu, inquit ſalo-
Prou.27.c. mon, ita vir, qui non poteſt cohibere ſpiritum ſuum, lingua tertia,
quæ diabolica eſt, multos commouit, & diſperſit de gente, in gen
Eccl. 28. c. tem, ciuitates muratas diuitum deſtruxit, & domos magnatorum
effodit, virtutes populorũ concidit, & gentes fortes diſſoluit, qui
reſpicit illam, non habebit requiem, nec amicum in quo requieſcat,
ori ſuo fores non obdidit phariſęus, & inconſiderata verba proferés
ſeipſum magnificè iactãs, humiliatus eſt, & dei gratiam perdidit, ò
Lucę 18. c. quàm benè dixit Cato, virtutem primam puto compeſcere linguã,
ex ore tuo cõdemnaberis, & ex ore tuo iuſtificaberis dixit Chriſtus,
Matt.12.c. ſiquis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir (inquit. D. Iac.)
Iac. 3.c. oremus igitur dominum, vt proprij oris clauſtra fręnare dignetur:
linguam compeſcere, & labia moderati, nam inter omnia membra
corporis, & ſpecialiter ſenſuum, nullum ita nociuum, ſicut lingua,
ideo clauditur ſub duabus portis, ideſt labijs, & plurium dentium
tegmine, & vno ictu multos interficit, ita vt verè ſit dictum; quod
Eccl. 28 c. plures interficiat lingua, quam gladius, & quia eſt membrum ita
nociuum, in principio diei petimus, vt Deus refręnans eam tempe
ret, & ne putes hoc etiam non eſſe munus noſtrum, gratia támé dei,
Ibi. audi, verbis tuis facito ſtateram (ait hebræus ſapiens) & frenos ori

tuo rectos, & attende ne fortè labertis in lingua, & cadas in conſpe ctu inimicorum inſidiantiũ tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mor tem, vndiq; nobis inſidias preparare cõſueuit ſatan, ſed facilius lin gua, & ore peccante, nullam enim illi æque organum congruum in miniſterium eſt interitus, atq; peccati, nam inde nobis mors, inde lapſus, inde perditio, inde naufragium præparatur. Refręnet igitur Deus linguam noſtram, & ad hoc *ne litis horror inſonet*, ideſt intus ſonet, vel innoteſcat ex hoc, ideſt ne ex verbis inconſideratè prolatis: lis, & abhorrenda contentio oriatur in nobis, hinc in eccleſiaſtico dicitur abſtine te à lite, & minues peccatum: audi. D. Iac. vbi zelus contentio ibi in conſtantia, & omnes opus prauum, &c. D. Paulus ait, cum ſit inter vos zelus, & contentio nonne carnales eſtis, & ſe cundum hominẽ ambulatis? certamen feſtinatum incendit ignẽ, & lis feſtinans effundit ſanguinem (ait heb. ſapiens) Et vnde bella & lites? Reſpondet Diuus Iac. ex concupiſcentijs veſtris, quæ mili tant in membris veſtris. *Viſum fouendo cõtegat &c.* ſenſus eſt, præce mur Deum, non ſolum, vt temperet, & reſtenet linguam noſtram, ſed etiam vt *contegat viſum*, ideſt cooperiat, protegat, & defendat, & cuſtodiat oculos noſtros, *fouendo*, ideſt nutriendo, refocillando illos per calorem gratiæ, Eſt enim hic ſenſus fragilis, & nõ niſi gra tiæ tuę calore foueri, & recreari poteſt (ò bone Deus) & hoc *ne va nitates hauriat*, ideſt defectus, & ea quæ ſunt animę, & corpori con traria videat, & attrahat, auerte oculos meos (ait Dauid ad domi- num) ne videant vanitatem, & beatus vir (alibi ait) cuius eſt nomẽ domini ſpes eius, & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas, & per vanitates intellexit mundana, venerea, & defectus, quæ in rei ve ritate vanitates ſunt, & inſaniæ falſę, immo ſunt vanitas vanitatũ, eccl. 1. c. quid enim inſanius, quam pro momentanea delecta- tione, ęternis ſe mancipare ſupplicijs? vbe qui trahitis iniquita- tem in funiculis vanitatis ait Iſaias, funiculi .n. vanitatum, ideſt qui bus trahuntur vanitates, venerea, ſtulta, & defectus, oculi ſunt, per quos intrat mors in anima, hinc in hier. ait c. 9. oculus meus depre datus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ, & vnde pec catum Euæ matris noſtrę ortum habuit, niſi per has patentes feneſtras? Vidit inquit tex. ſcripturæ, mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulcrum oculis, aſpectuq; delectabile, & tulit de fructu eis, & comedit, & dedit viro ſuo, & ſibi & nobis laborem, & dolorem pepererunt, & vnde peccatum Dauid regis? certè, quia non auertit oculos ſuos, ne videret vanitatem, vidit (inquid textus ſcripturę) mulierem lauantem ſe, ex aduerſo ſuper ſolarium ſuum:

Ibi. *Iac.4.c.* *1.Cor.3.c.* *Eccl.28 c.* *Iac.4.c.* *Mala quę ex oculis ꝓ ueniunt.* *pſal. 118.* *pſal. 39.* *Eſai.c.5.* *Hier.c.9.* *Gen.c.3.* *2. Reg.c.9.*

& quia pulcra erat valdè, miſſis nuncijs tulit eam, & dormiuit cum ea, & vnde peccatum ſeniorum à quibus egreſſa eſt iniquitas tempore Suſannæ? certè quia non clauſerunt oſtia oculorum,
Dan. 13 c. & videbant Suſannam (ait textus ſcripturæ) ſenes quotidie ingredientem, & deambulantem in pomario viri ſui, & exarſerunt in concupiſcentiam eius, ſi Holofernes poluiſſet cuſtodiam oculis ſuis, non captus fuiſſet laqueo oculorum Iudith, & vna mulier hebræa non feciſſet confuſionem in domo ſua, abſcindendo ſibi caput, & in domo regis Nabuchdonoſor, de quibus omnibus verum eſt, quod dixit propheta, inſaniuit ſuper eos concupiſcentia oculorum ſuorum: qui vtique auertendi ſunt, ne videant vanitatem, tum quia ex aſpectu vanitatis prouocatur concupiſcentia, hinc apud ſapientem ne circumſpicias mulierem alienam, propter ſpeciem enim mulieris multi perierunt, tum quia ex hoc generatur praua cogitatio, oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruerſa (inquit ſapiens) hinc prouerbialiter dicitur, quod oculus non videt, cor non deſiderat, tum quia ex hoc ſenſus, & ratio amittitur, leuaui oculos meos in cœlum, & ſenſus mihi redditus eſt (ait Dan.) ergo à contrario, qui leuat oculos ad vanitates inferiores, amittit ſenſus, Oramus igitur, vt Deus noſter dignetur viſum refocillando, & fouendo per gratiæ ſuæ calorem, contegere, coopetire, protegere, defendere, & cuſtodire, ne *hauriat*, & attrahat *vanitates*, & materias vanarum cogitationum, & prauarum affectionum, & quia orauit pro oculis corporalibus orat nunc pro ſpiritualibus ſubdens. *Sint pura cordis intima*, ſenſus eſt, oramus etiam vt gratia tua, *intima*, ideſt viſcera, *cordis noſtri ſint pura*, neque enim ſic debemus curam habere, & talem de exterioribus, vt interiora prętermittamus, & præſertim intima cordis, ex quo (vt dixit Chriſtus) exeunt cogitationes malæ, furta, adulteria &c. quod etiam refrenandum eſt, ne ex creatis rebus hauriat, & ipſum, vanitates, nam ſi purum fuerit, & mundum cor noſtrum beati erimus, & Deum videbimus, qui non niſi à mundo corde videtur (vt ait Chriſtus) hinc in prouerbijs admonemur omni cuſtodia ſerua cor tuum: quia ex ipſo vita procedit; & quia non ſolum author hymni cognouit hoc donum Dei eſſe, ſed & Dauid etiam, non mirum ſi (ait) cor mundum crea in me Deus, ſciebat enim Deum dixiſſe dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri. *Abſiſtat, & vecordia*, ideſt longe fiat, recedat, gratia tua. à nobis *vecordia*, ideſt ſtultitia, ſtoliditas, inſipientia, & inſania mentis, quę cum ſit colligata in corde noſtro,

Margin notes: Dan. 13 c. — Iudith. 11. 13. & 14. c. — Ezech. 13. c — Eccl. 9. c. — Prou. 23 c. — Dan. 4 c. — Mat. 15. c. — Mat. 5. c. — Prou. 4. c. — pſal. 50. — Ezech. 36 c

ſtro, non mirum ſi relinquimus dominum, de quo quæritur Deus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas quæ continere non valent aquas, & quid inſanius, quam auerti ab incommutabili bono, & creatore, & conuerti ad bonum commutabile, & creaturam? & quid inſanius, & ſtultius, quàm vana terrena iſta, tranſitoria, caduca, & non ſatiantia, præferre Deo, cuius gloria cum apparuerit ſatiabimur? ſine corde, & mentis ſanitate ſunt ij, qui tranſitoria, & diaria æternis, & exiſtentibus non exiſtentia, & apparentia præferunt, atque præponunt, hinc de his ſcriptura ait, audi popule ſtulte qui non habes cor: qui rectè poſſunt, cum Dauid dicere, cor meum dereliquit me, tales ſunt qui non habent cor intra ſe, ſed extra ad temporalia, & ad mundana quecunque, & ideo ſtulti. *Carnis terat ſuperbiam potus, cibique parcitas*, ſenſus eſt, *Potus, & cibi parcitas*, ideſt temperantia, continentia, ſobrietas, abſtinentia menſuram refectionis non excedens, parſimonia (quæ ſecundum Ciceronem magnum vectigal eſt) & denominatur parcus ab eo, quod eſt paruum, & parum non ab arca, neque ab arcendo, *terat*, ideſt comprimat, conterat, frangat, minuat, & vincat *ſuperbiam carnis*, ideſt rebelles concupiſcentiæ, & ſenſualitatis motus, qui non niſi meliori pharmaco, purgantur, teruntur, & vincuntur, quàm ieiunio, abſtinentia, & ſobrietate, quæ ſunt carnis fræna, quibus frænatur ne ſit ſupra rationem, & quid efficacius poteſt eſſe ieiunio, cuius obſeruantia appropinquamus Deo, & reſiſtentes diabolo vitia blanda ſuperamus? ieiunium eſt virtutis cibus, & de abſtinentia prodeunt caſtæ cogitationes, rationales voluntates, ſalubria conſilia, & per voluntarias afflictiones, caro concupiſcentijs moritur, & ſpiritus innouatur virtutibus, ieiunium accæpit tabulas Dei digito conſcriptas, & ebrietas illas contriuit: quid Eſau inquinauit, ſeruumque fratris reddidit, non ne eſca vna: propter quam primogenita vendidit? quid fortiſſ. & inexpugnabilem reddidit Sanſonem: nonne ieiunium. propter quod in ventre matris conceptus eſt? ieiunium concepit, nutriuit, & fortem fecit, angelus enim matri dixit, ne quæ ex vite procederent attingeret, & non vinum, nec ſiceram biberet, hinc Diuus Paulus hortatur non in commeſſationibus, & ebrietatibus, quia ſine his friget venus, & carnis petulantia, hinc hebræus ſapiens ait, noli eſſe auidus in omni epulatione, nec te effundas ſuper omnem eſcam, ô felices qui cum D. Paulo poſſunt dicere caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, & quæ ſunt quæ auferunt cor, ſecundum prophetam? vinũ, & ebrie-

Hier. 2. c.
pſal. 16.
Hier. 5. c.
pſal. 39.
Ieiuniũ, abſtinentia, ſobrietas dicũtur fræna carnis.
Iudicũ 13. c
Rom. 13. c.
Eccl. 37. c.
1. Cor. 9. c.

Oſe 4.c. & ebrietas, ideo oramus, vt carnis ſuperbiam vincat parcitas cibi, &
Philip 3.c. potus: quam non admittunt ij, quorum Deus venter eſt, quãuis experimento probent, potus ſacietate aciem mentis obtundi, ciborũ nimietate, & vigorem cordis ebetari, ita vt delectatio edendi, etiam corporum contraria ſit ſaluti, *Vt quum dies abſceſſerit. noctemq; ſors reduxerit &c.* ſenſus eſt, vt *quum dies receſſerit*, finem acceperit, per occaſum ſolis, *& ſors*, ideſt rerum euentus, temporis ſucceſſio, & ſolis receſſus, *reduxerit*, ideſt rurſus cauſauerit *noctem*, ideſt noctis obſcuritatem, ſicut enim præſentia ſolis diem facit, ſic abſentia noctẽ, *per abſtinentiam mundi*, ideſt mundanatum rerum, & ſæcularium vitiorum, quorum vanitates vitauimus per diem, diuino tamen ſuffulti præſidio, *ipſi Deo*, quem præcati ſumus, vt in diurnis actibus nos ſeruet à nocentibus, pro gratiarum actione *canamus gloriam*.i. laudem, cui reuera omnis laus, & gloria aſcribenda eſt: non nobis, ad
pſal.113. quos non ſpectat, niſi confuſio faciei, hinc Dauid ait, non nobis domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam, cui aſcribenda eſt victoria noſtra contra aduerſarios, quia quod nos facimus nõ nos propriè facimus, ſed ipſe qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro
Philip.2.c. bona voluntate, vnde alibi ait. Deo autem gratias, qui dedit nobis
1.Cor.15 c. victoriam per Ieſum Chriſtum Amen.

Hymnus ad tertiam horam.

Ambr. — Miræ horæ tertiæ deſcribuntur.

NVNC *ſancte nobis ſpiritus &c.* Huius hymni author eſt. D. Ambr. & rectè hac hora tertiatũ, laudes exoluimus deo, quia in illa ſecundum Marcum Ieſus linguis iudeorũ adiudicatus eſt, & à Pilato ad columnã ligatus eſt, & flagellatus, & rectè hac hora, quum Deo laudes perſoluimus mentionem facimus de Spiritu ſancto, quia ipſe ſuper apoſtolos deſcendit hac hora: iuxta illud dum hora cunctis tertia &c. qua hora ſecundũ ali-

Tertia diei hora peccauit Adã ſecundũ quoſdam ignoratur tamẽ cuius diei tertia hora peccauit.

quos peccauit Adam in Paradiſo, ſed cuius diei tertia hora peccauit an primæ diei, qua creatus eſt, an alterius, non eſt facilè dijudicare, atque determinare, Poſſemus tamen opinari, quod ſi vera ſit ſẽtentia eorum qui dicunt angelum ſecunda die creationis ſuę cecidiſſe, ita quod non breuis morula fuerit inter creationem, & lapſum ſed longa, quod quidem videtur innuere propheta *Ezech* 28.c. vbi ait in medio lapidum ignitorũ ambulaſti perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te, & ſubiungit in multitudine negotiationis tuę, repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti, & eieci te de monte dei, qua ſententia motus etiam Ru-

Angelus nõ ſtatim ceci-

pertus

pertus ille quondã Abbas tuitien in primo de Vi ꝯ. verbi dei c. 21. tenuit luciferum non parua mora fuiſſe in medio angelorum (quamuis communis opinio ſit, quod ſtatim poſt primum inſtans ſuę creationis diabolus peccauerit) Et hanc probabiliorem ſententiã, & sãctorum dictis magis conſonam eſſe dicit Sanctus Thomas Aquinas 1. par q. 63. ar 6) quod longè maior fuerit mora inter creationem, & lapſum primi hominis: ſcriptura enim ſacra docet nos, primo creatum hominẽ, & ſecundo quod creatum tulerit ipſum Deus, & poſuerit in Paradiſum voluptatis, tertio quod immiſerit ſoporem in Adam, & quod cum obdormiſſet, tulerit vnam de coſtis eius, & quod ædificauerit coſtam in mulierem, quarto quod prophætica voce dixerit de ea Adam *Gen 1. et 2. cap.* hoc nunc os, ex oſſibus meis & caro dè carne mea, quinto, & tandẽ, ponit ſcriptura colloquiũ demonis in ſerpente cum muliere, *Gen. 3 c.* quæ omnia non potuerunt effici abſq; magna mora, ſed ſit quomodocunque hoc verum, & clarum eſt, Spiritũ .s. hora tertia deſcendiſſe ſuper Apoſtolos. Vnde non mirum ſi hora tertia canimus hunc hymnum, inuocãdo perſonam hanc in Trinitate tertiam à patre, & filio, procedentem, quam nominamus Spiritũ.s. Et licet hoc quod dico Spiritũ .s. ſi ſumatur in vi duarum dictionum commune ſit toti Trinitati, quia Deus pater, ſpiritus eſt, & ſanctus, & filius ſimiliter, ſonat n. spiritus immaterialitatem ſubſtantię, & ſanctus puritatem diuinę bonitatis, & vtrumq; de patre Deo, & filio Deo in diuinis dicitur, at ſi ſumatur in vi vnius dictionis tantum, ex vſu eccleſię eſt accomodatum ad ſignificandum vnam trium perſonarum, & tertiam, quæ procedit per modum voluntatis, & amoris, cui dicit author hymni, & nos cum eo. *Nunc ſanctę nobis ſpiritus &c.* vt ſit ſenſus, ò *ſancte ſpiritus*, tertia in Trinitate perſona, & per modum amoris procedẽs, qui es vnus in ſubſtantia, *vnum* in deitate cum patre, & filio, non maior, nec minor illis, taceant heretici (vt macedonius) qui negauit Spiritũ s. eſſe Deum, taceant qui dixerunt ipſum minorem eſſe, & quod ſceleratius, miniſtrum magis, quam Deum, abrupta impietate pronunciant, quomodo enim creatura dicitur, qui domini creator ex Maria comprobatur? qui conceptus eſt de Spiritu ſancto (vt confitemur in ſymbolo) & Chriſtus non de ſubſtantia Spiritus ſancti, ſed de potentia non generatione, ſed iuſſione, & benedictione, conceptus eſt, qui ſicut à patre, ita etiam à Spiritu ſancto ad redemptionẽ noſtræ malitię deſtinatus eſt, ipſomet per Iſaiam dicente, ſpiritus domini ſuper me, eo quod vnxit me, ad anunciandum manſuetis miſit me, quem non creaturam, ſed Deum appellat

dit, vt condiius eſt, ſed longa intercedente mora.

Angelum ſtatim poſt primum inſtãs ſuę creationis peccaſſe, communiter dicitur.

Lõge maior fuit mora inter creationem, & lapſum primi hominis, q̃ Angeli, vide progreſſum.

Hora tertia deſcẽdit ſpiritus ſanctus ſuper Apoſtolos, ideo hac hora cantatur hic Hymnus Spiritus s. vnus in ſubſtantia, & deitate, eſt cum patre, & filio contra hereticos.

Eſai. 61 c.

apoſtolo

Act. 5. c.

apoſtolorum princeps, qui ad Ananiam locutus ait, cur tentauit Sa
tanas cor tuum : mentiri te ſpiritui ſancto? non es mentitus homini
ſed Deo, in quem peccare adeò ſacrilegium eſt, vt nec hic, nec in

Mat. 12 c.

futuro remittatur (vt in Matt, legitur) *Dignare nunc*, ideſt in hac ho
ra tertia in qua peccauit Adam per diaboli ſuggeſtionem, & ſicut
ab Adam peccante ſeparatus es hac hora, ita per Chriſti crucifixio-
nem, qui hac hora linguis iudeorũ adiudicatus eſt, digneris in fun-
di cordibus noſtris, qui eadem hora de cœlo ſuper apoſtolos adue-

Spiritus. s. non datur in omni dono, ſed tantum in gratuitis.

niſti, *promptus cum ſis*, & paratus *ingeri*, imprimi, & deſcendere,
ſuper nos cum donis tuis, non quibuſcunque, quia non in omni do
no datur (& ſi omnia dona ſint ab eo) ſed in donis tantum gratui-
tis. *Refuſus*, ideſt iterum infuſus, iterumq; illapſus, *noſtro pectori*,
ideſt cordi, à quo per peccatum diſceſſiſti. Deus enim es, qui ſolus

Solus Deus illabitur ſpiritui noſtro

vales illabi mentibus intellectualium creaturarum, nam ſpiritus,
ſpiritui illabi non poteſt, niſi ſpiritus ille, qui creauit ipſos. Petimus
ergo, vt ſpiritus s. iterum infundatur ſuper nos, nam & ſi accęperi
mus ipſum, ipſiuſq; gratiam in baptiſmo, peccando tamen amiſi-
mus, & ſemper diſcedit à nobis, quum peccatis noſtris contriſta-
mus ipſum, ſed per pęnitentiam chriſtianam, & veris Dei filijs di-

Spiritus. s. non ſemper manet nobis cum in via cũ poſſimus peccando illũ perdere.

gnam, recuperatur, at non ita tamen, vt ſemper maneat nobiſcum,
priuilegium enim hoc beatorum eſt in gratia confirmatorum, Chri
ſti ẽt fuit, de quo (pręcurſor ſanctus ait) Ioan. 1. qui me miſit bapti
zare in aqua: ille mihi dixit, ſuper quem videris ſpiritum domini de
ſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiri-
tu s. ipſe enim eſt vir ille, de quo *Eſai. c.* 4 apprehendent ſeptem
mulieres virum vnum, & ſuper quem requieſcit Spiritus. s. cum do

Spiritus. s. cum quibus ſemper maneat, & in via mãſerit

nis ſuis, *Iſai.* 11. *c.* & tandem priuilegium hoc, apoſtolorũ eſt poſt
ſuſcęptum Spiritum. s. Chriſto dicente, alium paraclitũ dabit vo-
bis pater rogatu meo, vt maneat vobiſcum in ęternum, quem mũ
dus non poteſt accipere, Ioan. 14. c. *Os lingua mens, ſenſus, uigor &c.*
ſenſus eſt, nam ſi dignaberis refundi noſtro pectori, rurſumq; de-
ſcendere ſuper nos, *os, & lingua*, quæ ſunt inſtrumenta loquendi,
Mens, intellectus videlicet, & ratio, *Senſus*, tum interior, tum exte-
rior, *& uigor*, ideſt fortitudo, ideſt interiora noſtra omnia, & exte-
riora, *perſonabunt confeſſionem* hanc, quod tu cum patre, & filio, ſis
vnus Deus, ac per hoc non creatura: Vnus dominus, ac per hoc nõ
miniſter, *vel confeſſionem*, ideſt diuinę maieſtatis laudationem ; &

Dan. 9. c.

noſtrę culpæ, atque iniuſtitię manifeſtationem, ita vt cum Daniele
dicamus, tibi domine iuſtitia nobis autem confuſio faciei, regibus
noſtris principibus noſtris, & patribus noſtris qui peccauerũt, tibi

autem

autem domino Deo noſtro miſericordia, & propitiatio, & cũ Dauid *pſal. 103.*
cantabo domino in vita mea, pſallam Deo meo quandiu fuero, quo
ad laudem Dei, & quo ad confeſſionem culparum noſtrarũ, & cum *Iob. 13. c.*
Iob. vias meas in conſpectu eius arguam, & ipſe erit ſaluator meus *Prou. 28 c.*
vnde in prouerb. (ait Salomon) qui abſcondit ſcelera ſua non diri-
getur, qui autẽ confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiã conſe
quetur. *flammeſcat igne charitas &c.* ſenſus eſt, ſi dignaberis turſus *pſal. 83.*
illabi mentibus noſtris, non ſolum interiora noſtra, & exteriora om
nia, cor noſtrum, & caro noſtra exultabunt in Deum viuum, & per
ſonabunt laudes diuinæ maieſtatis, & confeſſionem noſtrę propriæ
iniquitatis, ſed *igne*, quem venit Chriſtus mittere in terram, nec
vult aliud, niſi vt ardeatq́; vel accendatur *flammeſcet charitas*, ideſt *Lucę. 12. c.*
ſpiritualis amor infuſus in cordibus noſtris per te, qui datus es no-
bis, flamma corripietur, & ardebit in nobis, factus eſt mihi, & in *Rom 5. c.*
corde meo quaſi ignis æſtuans, clauſuſq; in oſſibus meis (ait pro-
pheta) qui abſque te, non ſolum non ardet, ſed vento frigido flante, *Hier. 20. c.*
qui aquilo, à quo omne malum, refrigeſcit, hinc Chriſtus refrige- *Her. 1. c.*
ſcet charitas multorum (ait) *& ardor* diuini amoris, *accendet*, ideſt *Mat. 24. c.*
illuminabit, calefaciet, inflammabit proximos noſtros, ſpirituali
amore ad laudem Dei, & ad aliorum ſalutem, & dicent cum ſpon- *Cant. 5. c.*
ſa amore langueo, quod & Dauid ſenſit, qui ait, & in meditatione *pſal. 38.*
mea exardeſcet ignis, non dicit ardebit, ſed exardeſcet, quod eſt *Exardeſce-*
inchoatiuum, quia ſicut charitas nunquam excidit, ita non vetera *re, & arde*
ſcit, ſed iuueneſcit, & dum redditur, non amittitur, ſed reddendo *re quomodo*
multiplicatur. Hęc eſt bona gutta innoſſata, vel artetica, talis enim *differant.*
dicitur incurabilis, ſic eſt de amore Dei, & charitate. & igne miſſo *Ignis. s. ſan-*
de excelſo in oſſibus noſtris, Tren. 1. c. nã quando fortiter infigitur *cti benè infi*
cordi noſtro, aquę multę non poſſunt extinguere illam, Cant. 8. c. *xus, oſſibus*
& ſic exardeſcit, quod nunquam ceſſabit ardere, hinc in Leuit. 6 c. *noſtris, non*
dicitur ignis in altari meo ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos, *ceſſat arde-*
ſubiiciẽs ligna: quid p ignẽ niſi charitas? quid per altare niſi cor? *re.*
quid per ſacerdotẽ? non niſi vir ſęcularis, & religioſus, vel Chriſtus *Sentẽtia ex*
ipſe ſecundum ordinẽ Melchiſedech, & quid per ligna? niſi Chri *ponitur vi-*
ſti beneficia, & ſanctorum exempla, vel inſpirationes, & iuges me- *delicet ignis*
ditationes bonitatis Dei, quæ omnia nutriunt ignem hunc charita *ĩ altari meo*
tis, ita vt ſemper ardeat in altari cordis piorum, & iuſtorum Dei, & *ſemper arde*
quia ad opera hæc, cum ſint ad extra concurrunt vt vnum principiũ *bit. &c.*
omnes diuinæ perſonæ, ideo hymnum concludendo Sancta Mater
Eccleſia ſubdit. *Præſta pater pijſſimè, & patri vnice cõpar.* i. æqua-
lis, & per oĩa ſimul par, cum *ſpiritu paraclito regnans per õe ſeculum*

Sæculū quid ſignificat. id eſt per omnia tempora, per omnes hominum, & creaturarum ætates, ſolet enim accipi sæculum pro ſpatio centum annorum, triginta annorum, & pro ſpatio mille annorum, vnde ſenſus eſt Deum regnare nunc, & in perpetuum Amen.

Hymni expoſitio ad ſextam horam.

SEQVITVR hymnus qui ad ſextam dicitur, *Rector potens &c.* cuius author fuit D. Ambr. & congruè Deo laudes hac hora perſoluimus, quia tali hora Christus filius ſuus pro nobis clauis confixus eſt, hac hora in die Aſcenſionis cū diſcipulis diſcumbuit, hac hora Adam de Paradiſo eiectus eſt ſecum ſuum aliquos, & pu o quo d hoc habeat ver ta em q i a hac hora Dominus Ieſus ſitiuit, & ipſius, & noſtra n ſalute n ad ſamaritiæ puteum veniens fatigatus ex itinere, vnde prætereà ir hac hora, vt vnde ille propter ſuperbiam eiectus eſt, illuc per humilitatem, & bonam operationem redeamus, in hoc igitur hymno ne dum laudatur Deus à diſpoſitione, & temperamento temporum, & viciſſitudinum, alternationum, & permutationum rerum, ſed oratur, vt extinguat, & auferat à nobis pietate ſua flammas litium, caloré noxium, & conferat ſalutem, & ſanitatem corporum, & veram pacé cordium. Ait ergo *Rector potens &c.* ſenſus eſt ò *rector*, & mundi gubernator, *potens Deus, & verax*, quo nullus fortior, potentior, & veracior, cuius comparatione cætera, & ſi potentiora, & veraciora reputentur à mundi huius hominibus debilia ſunt, & nihil vigoris habentia, & mendacijs omnibus obuoluta. Hinc Dau.d & D. Paulus, eſt autem Deus verax (inquiunt) omnis autem homo mendax. Et rectè dixi mendacijs omnibus obuoluta eſſe cætera præter Deum, nam cum mendacium ſit multiplex. videlicet verbi de quo perdes omnes qui loquuntur mendacium, mutabilitatis, de quo dicitur, omnis homo mendax, & vt ſic omnia temporalia mendacium ſunt, quia mutabilitati ſubiecta, etiam ipſum peccatum dicitur mendacium: cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, & ſic etiā omnis homo mendax, quia: quis poteſt dicere, mundum eſt cor meū, purus ſum à peccato? ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis nó eſt. Qñ ergo dicimus quod omnis homo ſit mēdax: idē eſt ac ſi dicamus: omnis hō eſt à vero, atq; incōmutabili eſſe deficiēs, vanitati ac mutabilitati ſubiectus, & per cōſequens peccare potēs, & mētiri, ac falli, eoq; eſſe ingenio, vt mētiri poſſit: humanitatis enim ea imbecillitas eſt, vt verita

Ambr.
Myſteria ſextæ horæ explicantur.
Ioan 4. c.
pſal. 115 & Rom. 3 c.
Mendaciū multiplex.
pſal. 5.
Ioan. 8. c.
Prouer 20.
Intellectus propoſitionis illius omnis homo mēdax.

veritatem, quam tenet deſtituere poſſit, vnde Dauid Sanctus, & D. Paulus quum dicunt, omnis homo mendax, non ſignificant omnes homines mentiri, ſed eo eſſe ingenio, vt mentiri poſſint, vnde de natura agunt, non de more, & loquuntur de viatore ſecundum legem communem, ſicut ergo dicitur de homine, quod ſit mendax, quia humanitatis eſt ea imbeccillitas, vt veritatem, quam tenet deſtituere poſſit: ſic Deus dicitur verax: quia cum natura diuina mendaciũ pugnat, vnde in ſcriptura, dicitur non eſt Deus vt homo, vt mentiatur, neq; vt filius hominis, vt mutetur, neq; .n. fallit in promiſſionibus, ſed iuſtificatur in ſermonibus ſuis: & vincit cum iudicatur. *Qui temperas rerum vices*, id eſt diſponis ordinas *vices rerum* id eſt viciſſitudines, alternationes, & permutationes rerum, vel tẽpora rerum: *Splendore mane inſtruis*, id eſt ordinas, componis, informas *mane*, id eſt auroram, *ſplendore* ſolis, vel per *mane*, ſecundũ alios intelliguntur ipſa temporalia elementata, & mixta, quæ tunc temporis informantur, vel lumine ſolis illuſtrantur, ſed melius eſt vt per mane primam diei partem, intelligamus: quę matura lux eſt & plena, nec iam crepuſculum, & dicitur à manu, quod antiquis ſignificabat bonum: nam reuera nil melius luce, vel (vt alijs placuit) à dijs manibus quorum conuerſatio à luna ad terram eſt, eo quod ab inferioribus partibus lucis exordium emergat. *Et ignibus Meridiem*, id eſt inſtruis & ordinas *ignibus*, id eſt ardoribus, & caloribus *meridiem*, id eſt ſecundam diei partem, in qua purior dies eſt, in toto enim die nihil clarius meridie, quando ſol è medio cęlo rutilat, & orbem totum pari claritate illuſtrat, Et omnia hec facit rector hic noſter potens, & verax, ad noſtri omnium vtilitatẽ, vt elementata: & mixta: mane lumine ſolis perfunndantur, & meridie, ſolis ardoribus foueantur, inde ſapientes ipſum appellarunt ducẽ, ac temporum moderatorem, qui ſi concurrit vnà cum homine, ad generationem hominis, & ad generationem aliorum concurret, quę in mundo ſunt radijs ſuis, (ſine enim ſolis cooperatione fruges non matureſcunt, & prouentus terræ) & hoc vnde habet? certè à domino, qui ſi voluerit illi imperare, quaſi nunquam fuerit, ita diſparebit, cuius nutu etiam curſu ſuo, motùque declinabit, vt patuit Ioſue temporibus. vnde non mirum ſi Dauid dicat, dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam per diem ſol nõ vret te, neq; luna per noctem, huius igitur valida manu volente, elementa plurimum conferunt, ſolis, & lunæ operatio, cæli temperies, & agricola vnà cum terra cooperans, niſi enim is, qui ſuo mandato ab initio terram ad faciendos fructus idoneam fecit, ad hoc eam quoque

pſal 115 & *Rom.* 3. c.

Num c. 23.

pſal 50.

Quid per mane intelligatur quum dicitur ſplẽdore mane inſtruis.

pſal. 120.

Pſal. 103. mouere vellet, qui reſpicit terram, & facit eam tremere, nihil proficeretagricola laboribus, etiam ſi centies ſuum ageret officium: nihil etiam ſi cum labore ſuo conſpiret ſolis, & lunę operatio, & cęli temperies, quod benè ſentiens Dauid non mirum ſi ait, omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore, dante te illis colligent, aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate, *qui inſtruis mane ſplendore, & ignibus meridiem*, vt *mane* ſolis lumine elementa ta perfundantur, & *meridie ignibus* eiuſdem, & caloribus foueãtur. *Extingue flammas &c.* ſenſus eſt, *extingue* ò rector potens, & verax Deus in nobis, per quod datur intelligi, iam accenſas eſſe, & viuas, nam extinguo, propriè dicitur de his, quæ incenſa ſunt, Dicit *extingue* potius quam opprime, in plus enim ſe habet extinguere, quã opprimere, *extingue*, ideſt ad nihilum redige, *flammas litium*, primũ enim danda eſt opera, ne qua diſſidia fiant, & oriantur. Hinc. D. Aug. in regula lites aut nullas habeatis, aut quàm celerrimè finiatis, ne ira creſcat in odium, & trabem faciat de feſtuca, & animã faciat homicidam, quæ ſi ortæ fuerint, curemus ne inflammentur, quæ ſi accenſæ fuerint, rogemus deum, vt pietate ſua flammas earũ extinguat & motus, & prauos iræ, ac impatiẽtiæ furores, ex quibus lites, & contentiones oriuntur, nam nihil pace præſtantius, nihil contentione damnoſius, atque grauius, benè hoc nouit Abraham, ideo præclaram animę ſuæ ſapientiam monſtrans, ait ad Loth, ne ſit rixa: & iurgium inter me, & te, inter paſtores meos, & tuos, vt tollatur è medio omnis rixandi materia, homines .n. fratres ſumus vidiſti quomodo apoſtoli legem implet, quæ dicit itaque iam qui dam omnino delictum eſt in vobis, quod lites habeatis inter vos inuicem, cur non potius iniuriam patimini? cur non potius damnũ accipitis? immo vos iniuriam facitis, & damno afficitis, idque fratres, & vnde lites, & bella, & contentiones in vobis (inquit Iac.) nonne ex concupiſcentijs veſtris? & vnde putas lites exortas inter paſtores Loth, & paſtores Abrahæ, niſi quia patriarchæ paſtores, non permiſerunt illis eadem copia frui, qua ipſi? & non auditur lis, nec iurgium niſi poſt auctas opes, aucta, armenta, & multiplicatos greges, affluxerunt diuitię multę, & ſtatim diſcinditur concordia, antea erat pax, & charitatis vinculum nunc rixa, & contentio, vbi enim meum, & tuum, frigidum illud verbum, illic omne litium genus, & contentionis occaſio, vbi autem hæc non ſunt, ibi ſecura verſatur pax, & cõcordia: Hoc facto docuit nos patriarcha ſummus non ſolum præſentes, ſed & poſteros omnes, & pręſertim quos capit vna domus, numquam cum proximis eſſe litigandum, etiam ijs,

Ibi.

Extingue ꝓpriè dicitur de his quæ incenſa ſũt & in plus ſe habet quam opprime.

Nihil pace præſtãtius, & nihil contentione dãnoſius & grauius.

Gen. 13 c.

1. Cor. 6. c.

Iac. 4. c.

Origo litiũ opes ſunt, et diuitię multæ.

qui nobis præſtantiores non ſunt, nam earum contentio, magnam
nobis aſſert ignominiam, & non illis imputantur, quæ fiunt, ſed in
nos transfertur, quod reprehendendum, quomodo enim rationi cō
ſentaneum, quod homines, qui fratres ſunt, qui eādem naturam ſor
titi, qui eiuſdem ſunt familiæ, qui eodem loco habitant, quos man
ſuetudinis, lenitatis, & omnis philoſophiæ doctores eſſe oportet, in
ter ſe contendant, & digladientur? an non legimus illos de primiti
ua eccleſia habuiſſe, eſſeq; illis cor vnum, & animam vnam? quo cō *Att.4 c.*
cordia illorum magna nobis monſtratur, vt illam imitemur: non
vt ſpectarores, & laudatores tantum ſimus, tollite igitur, tollite è
medio omnem litium, & rixarum occaſionem, nā inter opera car-
nis annumerat cōtentiones diſſentiones, & rixas D. Paulus, & ſub *Gal. 5. c.*
dit, quod, qui talia agunt: regnum Dei non poſſidebunt, ſi in ſcri-
ptura dicitur, quod melius ſit habitare in terra deſerta, quam cum *Prou. 21.c.*
muliere rixoſa, & iracunda, quanto magis hoc dicendum de homi
nibus? quę .n. bona poſſunt oriri ex rixa, lite, & contentionibus?
nonne rixas præcedit odium, & ira? audi Salomoné odium ſuſcitat
rixas, & infra vir iracundus ſuſcitat rixas, & alibi legitur anima ira *Pro.10.c.*
cunda incendit litem, Honor eſt homni, qui ſeparat ſe à contentio *Pro.15. c.*
nibus dicitur apud Salomonem, vnde D. Paulus, monet, non in cō *Eccl. 24.c.*
tentione, & æmulatione, & hymnus noſter monet orandum domi- *Pro. 20. c.*
num, vt extinguere dignetur flammas, & calores litium, & omnes *Rom.13.c.*
prauos irę, contentionis, & rixæ furores, & effundere in nobis verā
charitatem, amorem, & pacem, nam melior eſt buccella panis ſicca
cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio, & aduerten-
dum quod quidam dicunt genitiuum hunc pluralem litium, huius
nominis l's.ris, debere ſcribi per t. & quod retineat ſonū t. licet po-
natur inter duas vocales ad differentiā nominatiui, huius nominis
neutri generis licium. ij. in ſingulari, quod eſt filum innodatum
telæ: per quod ſtamen trahitur, at ego putarem quod debeat ſcri-
bi per t. & proferri per t. & i. ſequente vocali, nec ob id ſequitur,
quod nulla eſſet differentia inter licium pro filo, & litium pro con-
trouerſia, nam licium pro filo ſcribitur per c. & litium, pro iurgio
per t. & i. licium pro filo neutri generis eſt, & ſingularis numeri
nominatiuus, litium pro controuerſia eſt fœminini generis, & ge
nitiuus numeri pluralis. *Aufer calorem noxium*, vel *noctium*, & *Pro.17.c.*
vterque textus ſuam habet veritatem, nam ſi dicat *calorem no-
ctium*, intelligitur textus ſic, *Aufer*, tolle, remoue ò domine *ca-
lorem noctium*, ideſt concupiſcentiæ ardores, feruores, calores
incentiua libidinis: ſtimulos carnis ebullientes, quibus caro

ſeruet

feruet, nocturno tempore magis, quibus tunc temporis magis vacatur, vt poſſit dici: in noctibus extollimus manus noſtras in ſancta & benediximus dominum, ac ſi dicat *aufer calorem noxium*, hunc videtur habere ſenſum, ò domine *aufer* à nobis *calorem noxiũ*, ideſt corpori, & animę nociuum, vt eſt calor carnalis, & vitiorum, ad differentiam caloris boni, & proficui, qui eſt calor charitatis, & amoris, *Conferſalutem corporum* ideſt dona, largire ſanitatem corporũ: vt ſic reddita nobis infirmis (qui ſemper exclamando dicimus, ſana domine animam noſtram, quia peccauimus tibi) vt cumque ſanitate, gratiarum tibi in eccleſia tua referamus actiones. Tu enim es medicus, & medicina: qui verbo tuo ſanas omnes, & eripiens ab interuitionibus das cunctis vitam, vita omnium exiſtens: qui miſiſti filium tuum, vt vitam habeamus, & abundantius habeamus, & tandem, vt ſit mens ſana in corpore ſano, *veramque pacem cordium*. i. ſimul dona nobis hoc beneficium *pacem ueram cordium*, quã Chriſtus ex mortuis reſurgens apoſtolis contulit dicens. Pax vobis, & per veram pacem intelligere debemus, internam quietem in Deo, & gaudium inperturbatum in actibus, & operibus chriſtiano homine dignis, vt poſſimus dicere in pace in idipſum dormiam, & requieſcam: & pacem, ideſt tranquillitatem portionum inferiorum ad ſuperiores, ita vt ſpiritus carni præualeat, & Agar reuertatur ad dominam ſuam, & humilietur ſub pedibus ſuis, nam ſi caro ſpiritui præualebit, & ſerua hæc regnabit: audiemus quod, & Adam: quia audiſti vocem vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo Amen.

pſal. 143.
pſal. 40.
Ioan. 10. c.
Luca 24. f
pſal. 4.
Gen. 16. c
Gen. 3. c.

Hymni expoſitio ad horam nonam.

SEQVITVR expoſitio hymni ad nonam. *Rerum Deus tenax vigor.* cuius author fuit D. Ambr. in quo laudamus Deum, qui ſua prouidentia determinat, & diſtinguit tempora diurnę lucis, vel diei: ſucceſſibus ſuis, & oramus, vt det nobis dono, & munere ſuo, felicem, & clarum finem, atque terminũ vitæ, & vt hora mortis ſuſcipiat nos in æterna gloria, & vide quàm benè, & ordinatè procedit ſancta parens eccleſia, neque enim orat hoc prima, tertia, vel ſexta hora, ſed nona, quæ maximè veſperi propinqua eſt, qua hora apoſtolorum cœtus ad orandum conuenire conſueuit, vt patet de Petro, & Ioanne, qua hora Chriſtus in terna penetrauit, Chriſti latus apertum eſt, ex quo duo noſtræ ſalutis ſacramenta fluxerunt, quibus formatur eccleſia, & ad patrem è mundo tranſijt, atque migrauit, vt ſic doceret nos, quod nos etiam debeamus,

Ambr.
Nona hora multa bona facta ſunt, & myſteria.
Act 3. c.

hac hora conuenire ad orandum, hac hora deſcendere in infernũ viuentes, non per inhabitationem, ſed per meditationem pœnarũ, vt ex illis liberemur, hac hora aperire cor, latusque dilatare in miſericordijs pauperum, & tandem hac hora tranſire de vitijs ad virtutem, & de peccato ad pœnitentiam, vt noſtra conuerſatio nõ ſit amplius in mundo, ſed in cœlis. Ait ergo hymni author. *Rerum Deus tenax vigor &c.* ſenſus eſt, ô Deus, qui es *omnium rerum tenax*, ideſt ſtabilis conſtans, & firmus, *vigor*, ideſt valor, virtus, firmitas, robur, atque poteſtas rerum omnium, qui omnia tenes ſub poteſtate, & ditione tua, omnia gubernas, omnia conſeruas, nutuq; tuo omnia permanent, ſine cuius manutenentia, non ſolum omnia à ſuis actibus ſuſpenderentur, ſed etiam ad nihilum tenderent, ex quo facta ſunt, & poſt quod facta ſunt, quomodo enim poſſet aliquid permanere niſi tu voluiſſes? qui es *permanens in ſe, immotus*, & ſtabilis manens, das cuncta moueri, tu autem idem ipſe es (ait *Dauid*) & anni tui non deficient, licet ſis antiquus dierum, immobilis, immutabilis, actus purus, omnia formas, nihil informans, nam ſi non decet entia perfectiſſima, & creata, corpora informare, quomodo decebit Deum, qui eſt ens abſolutè perfectũ, & increatum & nullo indigens, neque enim eget corpore vt ſit, non loco, vt alicubi ſit, nec tempore, vt aliquando ſit, non cauſa, vt aliunde ſit, nec forma vt materia ſit, nec ſubiecto in quo ſubſiſtat, vel cui aſſiſtat, & in ſit, qui ſine qualitate bonus eſt, ſine quantitate magnus: ſine indigentia creator, ſine ſitu præſidens, ſine habitu, vel ambitu omnia continens, ſine loco, vbique totus, ſine tempore, ſempiternus, ſine ſui mutatione mutabilia faciens, in ſe *permanens* dicitur, vnde non habet neceſſe locum proprium, & ſibi naturalem extra ſe quærere, in ſe manet: quia ipſe ſufficit ſibi, *immotus* dicitur, quia in eo non cadit motus accidentalis, non augmentum, nec diminutio, ſimplici enim naturæ diuinitatis, nihil addi, vel diminui poteſt, quia ſemper eſt, quod eſt. vñ in prophetis ego Deus (dicitur) & non mutor, non alteratio, vnde D. Iac. apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio, nec ſecundum locum mutatio, quia vbique præſens eſt, & tñ nuſquam eſt, quia nec abeſt vlli loco, nec vllo capitur loco, in mundo eſt: non incluſus: extra mundum, non excluſus: ſupra mundum: non elatus: infra mundum: non depreſſus, intra omnia: quoniam omnia replet, cęlum, & terram ego impleo dixit in Hier. totamq; infuſa per artus mens agitat molem (ait ille Mantuanus Homerus) extra omnia, quoniam omnia continet, ſupra omnia, quia omnibus præſidet, nec aliquid ei ęquatur: intra omnia

Philip.3.c.

Sap.11.c.

pſal.101.

Deus oĩa format, ſed nihil informat.

In ſe permanens dicitur Deus, & immotus, & quomodo.

Malach. 3. cap.

Iac.1.c.

Hier.23 c.

omnia, quia cuncta ſuſtinet, & ſine ipſo nihil ſubſiſteret. Immotus dicitur, quia non cadit in eo motus ſubſtantialis, qui eſt de non eſſe ad eſſe: nec corruptio, quia finem non habet, non cadit in eo motus ex operatione, nam ſoli Deo conuenit in operatione quietum eſſe, dicente Boetio, ò qui perpetua mundum ratione gubernas, terrarum, cœlique ſator, qui tempus ab euo ire iubes: ſtabiliſque manens: das cuncta moueri. *Immotus dicitur*, quia nec naturali, quo naturaliter res ad propriũ locum mouentur, nec voluntatio, qui in hominibus eſt, & angelis, nec violento mouetur motu, quando coguntur res eſſe extra locum proprium: Non motu naturali mouetur, tum quia omnis motus eſt ad quietem, & propter indigentiam at Deus nullius eget, tum quia cum ſit vbique, non habet neceſſe de loco ad locũ moueri: tum quia non eſt in eo grauitas, & leuitas, propter quam ſurſum, & deorſum moueatur, tum quia in ſeipſo ſemper manet, & non habet neceſſe extra ſe querere locum proprium, & ſibi naturalem, ſicut creaturæ. Non motu uiolento, quia non poteſt illi inferri violentia, nam ſi fortitudo quęritur robuſtiſſ. eſt (ait Iob.) nec motu voluntario, quia in opere non laxatur, *Immotus* dicitur, quia non circulari, nec recto, nec obliquo motu mouetur, nõ circulari, quia talis motus eſt ſuperiorum corporum, quæ non ad locum, ſed in loco mouentur: non recto, quia talis motus eſt grauium & leuium; non obliquo, quia compoſitus eſt, ex recto, a quo habet quod linealiter procedat, & circulari: à quo habet quod reflectatur.

Nullo motu propriè Deus mouetur.

Iob. 9. c.

Dubium. Quòd ſi dicas: quomodo hoc poſſit verum eſſe, quod Deus nullo modo moueatur, cum ſcriptum ſit omnibus mobilibus, mobilior eſt ſapientia, & (D. Dion. 1 cap. de diuin. nomi. ait) omnes illuminationes moto patre deſcendunt, & Plato (ait) Deum moueri?

Sap. 7. c.

Solutio. Reſpondeo quod tales non de motu propriè locuti ſint, ſed per moueri Deum voluerunt intelligere, ipſum in actum procedere, & hoc affirmamus, vel dicimus quod myſticę Deus poſſit moueri Motu circulari, omnia regendo, & gubernando, Motu recto, bonus remunerando, Motu obliquo, malos puniendo, alienum opus hoc eſt à Deo, & contra naturam ſuam, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, Motu naturali, quo ſolita bonitate omnibus creaturis pro captu earum ſe communicat, Motu violento, quo peccatores iuſte damnat, Motu volunrario, quo cuncta in eſſe conſeruat, & vt ſic mobilior dici poteſt cunctis mobilibus, & ſtabilis, cunctis ſtabilibus. Mobilis, quia facit ſanctos mobiles ad bene operandũ, ſtabilis, quia dat in bono perſeuerantiam, Mobilis in via, ſtabilis in patria, Mobilis in actiuis, ſtabilis in contemplatiuis, & Spiritus s.

Deus impropriè dicitur moueri.

Deus omnibus motibus myſticè mouetur, & quomodo.

etiam

etiam Mobilis in alijs ſanctis, & iuſtis, à quibus ad tempus poteſt diſcedere, ſtabilis in Chriſto, à quo nunquam diſceſſit, ſed ſemper requieuit, & manſit, vt dictum eſt in expoſitione hymni ad tertiam. *Lucis diurnæ tempora &c.* ſenſus eſt, & ò Deus, quies *determinans*, ideſt diſtinguens *tempora diurnæ lucis*, vel diei horas, *ſucceſſibus*.i ſucceſſiuis proceſſionibus, ac motibus, & irradiationibus ſolis, ſol enim diſtinguit horas, & partes diei (vt apparet in ortu, vel curſu ſuo) in ortu enim ſuo facit mane, Quum emittit radios ardentiores, facit meridiem, & quum vergit ad occaſum, facit poſtremam diei partem, quam ſerum vocant, à clauſis ſeris, quando iam nox venit, vt vnuſquiſque ſomno tutior ſit. *Et ſi* dices ſi ſol curſu ſuo, & ſucceſſiuo motu, ac irradiatione diſtinguit tempora diei, horaſque eius, quomodo id attribuit Deo hymni author? Reſpondeo quia opera naturæ in ſcriptura principaliter attribuuntur Deo, qui melior, & potentior eſt natura, ſine quo ne gry quidem valet natura, & à quo natura habet eſſe, & operari, quis enim neſciat ſolem, & hominem, generare hominem? tamen ſcriptura dicit Manus tuæ domine fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu, pelle & carnibus veſtiſti me, oſſibus & neruis compegiſti me: *Largire clarum veſpere &c.* ſenſus eſt, tu ò Deus qui largiris, & donas ſoli, vt diſtinguat ſucceſſiuis motibus, & irradiationibus ſuis horas diei, immo, & tu es, qui in creatura tua hoc facis, *largire* etiam nobis gratioſè & per gratiam tuam, non noſtro merito, *clarum veſpere*, ideſt concede, & dona nobis robur, & virtutem perueniendi ad veſperam, & finem huius diei, vt clarum, ac lucidum veſpere ſortiamur, quod fiet ſi toto diei tempore concedas nos verſari in operibus, quæ ad lucem ducunt, & ad nullum permittas declinare peccatum, vel ad finem noſtræ vitæ, & exitum clarum, ita vt terminemus illam ſine ſordibus: vitiis: & peccatis, quæ non clarum, ſed obſcuriſſimum reddunt vitæ noſtræ terminum, & vltimum, & ad ſtatum in quo diutius, & per ſempiterna ſecula, ſęculorum manebimus, quia in quocunque loco ceciderit lignum ibi erit, ſiue ad auſtrum, ſiue ad aquilonem, quia hoc hominibus mors, quod angelis fuit lapſus, & ideo curandum: vt vitæ noſtræ exitus, non ſit obſcurus, ſed extremum diem claudamus in operibus lucis, & gratię, vel ſenſus eſt, da, concede, dona nobis domine Deus virtutem, & facultatem, vt clari, & lucidi abſque ſordibus perueniamus ad veſperam, & finem diei, & ad

Dubium.

Solutio.

A deo principaliter opera naturę fieri dicuntur.

Ioa. 10. c.

Eccl. 11. c.

Veſper ſtella eſt ex erratibus vna eadem cum Venere, ſecun dũ quoſdam.

poſtremam diei partem, ſignificat enim veſpere horam: qua ſol incipit declinare vſque ad occaſum, eſtq; veſper, ſtella vna ex errantibus eadem cum Venere, obtinens ſitum medium inter Solis, & Mercurij ſphæras, ita dicta, quod ſole iam occiduo, prima omniũ ex ſtellis lucere veſperi conſpicitur, & in nocte poſt ſolem apparet, & in mane ante ſolem, quæ cum ſequitur ſolem veſper dicitur, & vt ſolis, & lunæ ęmuli: protogat diem, quum verò præcedit dicitur lucifer, vel foſforos, veluti alter ſol diem maturans: Alij volunt: q non ſit ſtella eadem cum Venere, ſed perſuadere conantur, quod venus, & Mercurius (cum ſint ſatellites ſolis) ſint ita diſpoſiti, vt Venus præcedat Solem, & Mercurius ſequatur, & è contra, & quæ ſequitur Solem videtur in ſole poſt ſolem, & quæ pręcedit, videtur in mane ante ſolem, quæ cum ſint conſimiles in ſplendore, & quantitate, creditur quod eadem ſtella ſit, at non eſt ita, Sed dices quomodo author hymni nomitiat veſpere clarum, cum veſper ſit opacus, ?

Dubium.

Solutio.

Reſpondeo quod in principio, cum veſperi conſpicitur, occultato iam ſole, ſplendore ſuo reddit claram extremam illam diei partem: at cum incipit occultari, redditur opaca extrema illa diei pars. vnde ſtatius, veſper opacus lunares iam ducit equos, *Quo vita nuſquam de cidat &c.* Senſus eſt, largire ò domine Deus, vt ſicut tua virtute, dono, & gratia terminauimus hunc diem ſine ſordibus, & peccatis, ſic largiaris *Quo*.i. vt *vita* noſtra nuſquã.i. nullo in loco, *decidat*.i. cadat à ſpe ſalutis, vel nullo loco cadat, vel corruat, vel obruat, ſe peccatis, ſed *inſtet*, ideſt ſuperſtet immineat *perennis*, & perpetua *gloria*, & beatitudo animę, quæ eſt prima ſtola, quæq; etiam merces dicitur, quę operarijs debetur, non loquentibus, iuxta illud, voca operarios, & redde illis mercedẽ. *Pręmium mortis ſacræ* ſenſus eſt. ideſt quæ perennis gloria, æternaq; ſelicitas eſt meritum, & præmium, ideſt in meritum, & præmium ſacræ mortis Chriſti, qui moriendo pro nobis ęternam nobis promeruit gloriam, vnde D. Petrus deglutiuit mortẽ (ait) vt vitæ æternæ efficeremur hęredes, ad quod reſpiciens D. Paulus, ait: gratia autem dei vita æterna in Chriſto Ieſu. Verum quia etiam vita æterna meritis datur, hinc merces dicitur, & denarius diurnus, qui ex pacto debetur benè operantibus in vinea domini, extrema hæc particula poteſt, & hũc ſenſum habere, ſed *inſtet gloria perennis*, quæ eſt præmium mortis ſacrę, & precioſæ in conſpectu domini, vt eſt mors ſanctorum: quę mors ſacra, & precioſa, & felix dicitur, quando moritur homo ſine peccato mortali, & moritur contritus, & confeſſus, quibus ſuperſtat gloria illa perennis, cuius ratione illorum mors, etiam dicitur honorata, qua hono-

Mat. 20. c.

1. Pet. 3. c.

Rom 6. c.

Pſal. 115.

honorantur, & nimis, amici dei, ad quam nos perducat Deus, trinus, & vnus, pietate ſua Amen. *pſal. 138.*

SEquitur expoſitio hymni *Lucis creator optime &c.* qui dicitur in ſecũdis veſperis dominicalibus ab octaua epiph. vſq; ad primã dominicã quadrageſimæ, & ab octaua Pẽtecoſt. vſq; ad primam dominicam aduentus excluſiue, in quo laudamus Deum, qui ſua sũma bonitate (cuius triplex eſt effluſſio videlicet per generationem, ſpirationem (quas Theologi ſacri appellant emanationes ad intra, & ab eterno, & per creationem quę fit in tempore) creauit lucem, protulit lucem dierum, & mundo dedit originem, & oramus illum vt audiat preces noſtras, ex oneret mentem noſtram criminibus, & liberet à culpis, quibus ſe ſe illigat, inuoluit, implicat, innectit, & tãdem vt gratia ſua vitemus omne noxiũ, & purgemus omne peſſimum, in qua hora gratias agimus, Deo, quia vergente mundi veſpere, venit ad nos vti Spõſus de Thalamo egreſſus honeſtiſſima virginis matris clauſula, tũ etiam quia veſpere de cruce depoſitus eſt, & hac hora apparuit in peregrini habitu duobus diſcipulis euntibus in Emaus. Ait ergo author hymni huius: *Lucis creator optime.* ſenſus eſt, ò optime quod eſt ſuperlatiuum à bonus, *creator Deus*, ad quem (cum ſis infinitæ virtutis) pertinet creare, quod nulli creaturæ conceſſum eſt, quas (& ſi quandoq; legimus creare, quia & natura dicitur creatrix rerũ, & de Romulo dicitur quod fuerit creator vrbis Romæ, & magiſtratus etiam creari dicimus) Dicendum quod ſumenda ſit creatio, pro productione, factione, & generatione, non propriè pro creatione, quia creare propriè eſt ex nihilo aliquid facere, & hoc ſoli Deo proprium eſt (licet perterruerit hoc omnes philoſophantes) & licet benè poſſint Deo creaturę cooperari in opere creationis, non rerum tamen per ſe exiſtentium, ſed benè in alio exiſtentiũ (vt dicunt profundiores Theologi) vnde inter generare, facere, & creare hęc extat differentia, quia res de ſubſtantia exit in eſſe per generationem, res exit in eſſe de aliquo per factionẽ, & res exit in eſſe de nihilo per creationem, & hæc pertinet ad Deũ maximè cum operatur per ſe immediatè, & non mediante natura, vnde quia per ſe immediatè facit lucem, dicitur creator lucis, cuius formatio fuit prima diſtinctionis operatio, materiam enim illã quatuor elementorum, rudem, confuſam, indigeſtam, atq; informem, (quæ è græcis dicitur chaos) à principio factã, atque creatam, & ante omnem diem, quam terram inanem, & vacuam, & abyſſum appellauit Moyſes, per interualla temporum, & ſex dierum voluminã diſtinxit Deus, atque formauit, & prima huius diſtinctionis operatio

D. Greg. author huius hymni.

Triplex diuina effluſſio

Veſpere mira facta sũt

Lucæ 24. c.

Solus Deus creat.

Creaturę potius producunt & faciunt, quã creent.

Differentia inter creare generare, et facere.

Materia prima terra inanis, vanis,

ratio, fuit lucis formatio, atque creatio. Sed quid per lucem intelligit author hymni? Reſpondeo quod intelligat corporalem lucem, & corpus lucidum, velut lucida nubes, quod factum eſt, vt lux eſſet, & vim lucem ſi haberet, quę diuiſa à tenebris, dies eſt appellata, vel cum qua prima dies exorta eſt, quæ à plena luce inchoauit, & mane ſequentis diei completa eſt, ante quam lucem, nec dies fuit, nec lux, & per triduum antequam ſol oriretur, vel crearetur, illuminauit tenebras lux illa, quæ vicem ac locum ſolis tenebat, quæ motu ſuo circumagitata noctem diſcernebat, & diem, quę nox per triduum ante quam ſol, & luna crearentur, omnino tenebroſa fuit, & licet abyſſus totam terrę altitudinem tegeret, facta eſt lux iſta in illis partibus, quas nunc illuſtrat ſolis diurna lux, & vbi ſol quotidiano curſu circumuectus apparet, quæ benè poterat lucere in aquis rarioribus tunc, quam nunc, cum etiam nunc nautarum operatione ſępius illuſtrentur in profundū merſi, miſſo ex ore oleo, quo aquas ſibi illuſtrant. Et benè prima diſtinctionis operatio fuit lucis formatio, & mundi ornatus à luce cępit, vt inde cætera, quæ creanda erant, viderentur. Nec ſolum hic creator lucem illam tantum creare diſpoſuit, ſed & poſthac *lucem dierum*, ex ſcrinio, & ſuę potentiæ theſauro *protulit*, & per lucem dierum intelligit ſolem, quem quarto die creauit, & poſuit in firmamento in pręfecturam, vel poteſtatem diei, vel vt præeſſet diei, qui factus, & formatus eſt de illa luce prima, quæ eſt in ea parte cœli, in qua ſol eſt, cui ſic eſt vnita, vt diſcerni nequeat, Nec fruſtra ſol factus eſt, quia & ſi lux illa ſufficiebat ad faciendam diem, facto ſole tamen, diei fulgor auctus eſt, elementum enim hoc clariorem efficit diem, & ampliori lumine irradiat, rutilans aureo ſuo iubare, & radijs, quo veluti ſponſus egreditur de thalamo ſuo, exultans, vt gygas ad currendā viam, itque, reditque viam toties (vt ſupra diximus in expoſitione hymni, Æterne rerum conditor.) *Primordijs lucis nouæ &c.* Senſus eſt, & parat Deus creator lucis originem mundi, primordijs lucis nouæ, quæ rectè dicitur lux noua, quia ante eam, nec dies fuit, nec lux, & congruè hoc factum eſt, vt mundi ornatus inciperet à luce, vt inde cętera, quæ creanda erant viderentur, omnia enim manifeſtat lumen, & omnia in luce clareſcunt. *Qui mane iunctum veſperi &c.* Senſus eſt, qui Deus lucis creator optime, pręcipis, vt mane veſperi iunctum, vocetur dies, & apparet ex hoc quod non loquatur author hymni, de prima die: quæ exorta eſt cum luce: nam illa non habuit mane, quia nec dies præceſſerat, quę ſequentis diei initio terminaretur, ſed à plena luce inchoauit, non ab

Ante lucē illam quę uicem ſolis tenebat, nec dies fuit, nec lux.

Pſal. 18.

auro-

aurora, quæ nec plenam lucem habet, nec omnino tenebras, ſed de alijs diebus, qui mane habuerunt, & veſperum, quorum quiſque à ſuo mane incipiens vſque ad alterius diei mane tendebatur, & decebat vt dies à luce inciperet plena, & in mane ſequentis diei tenderet, vt opera diei à luce inchoaſſe, & in lucem completa eſſe ſignificarentur. *Tetrum chaos illabitur*, ſenſus eſt, en *illabitur*, & diſcurrit ſuper nos *tetrum chaos*, id eſt horribile, nigrum, ob curitas, & confuſa caligo, & veſper opacus lunates iam ducit equos, id eſt iam aduesperaſcit, & nox humida cœlo præcipitat, in qua etiam tetrum horribile, & crudele chaos peccatorum noſtrorum, & vitiorum nefandiſſimorum quibus offenditur Deus, illabi ſolet, & diſcurrere ſuper nos, ideo ſubdit, *audi præces* cum fletibus, vt talis videlicet, obſcuritas à nobis recedat, & deſtruatur, & hoc ideo *ne mens noſtra granata crimine*, id eſt culpa, atque delicto *ſit exul*, id eſt extranea, & aliena, *Munere*, id eſt dono, *vita videlicet perpetuè*, & ęternę, quę eſt portio noſtra in terra viuentium (ſi bene egerimus) de quo dubitamus, cum videamus, quod *non cogitet*, *nec ſapiat perenne*, nec ęternum aliquod, ſuaque conuerſatio non in cœlis ſit, ſed in terra, & ſe ſemper *culpis*, id eſt enormibus peccatis *illiget*, id eſt fortiter liget, quibus veluti funibus conſtringatur, *Cælorum pulſet intimum &c.* Senſus eſt, & ne mens grauata crimine fiat exul dono vitæ eternæ, hortamur, vt viret omne peccatum, quod eſt animæ & corpori nocumentum præbens: dum eſt in mundo *purget omne peſſimum* per pœnitentiam quę eſt ſecunda tabula poſt naufragium, & à patribus appellata laborioſum baptiſma *pulſet intimũ cælorum* id eſt clamoribus gemitibus, & inenarrabilibus fletibus *pulſet*, id eſt quęrat Chriſtum, qui *eſt intimus cœlorum*, id eſt dominus cœlorum, & totius mundi, & intimè charus, ac Deo familiaris, conſiliarius, & ximiſta, ſecreta cœleſtis ſciens domus, & petat veniam, & miſericordiam de peccatis ſuis, & ſic tandem fiet, vt *tollat*, id eſt capiat, accipiat, habeat *vitale præmium*, id eſt ęternæ vitę præmium à quo erat per peccatum exul, & aliena, quod quidem pro rectè factis datur, & pro officio, quod vitale dicitur, quia eo viuemus, & vitam nobis afferet, & conſeruabit, Vitale dicitur, quia in illud ingredimur per Chriſtum, qui eſt vita, à quo habemus vitam naturæ, qua viuunt boni, & mali, vitam gratiæ qua viuunt iuſti viatores, & vitam glorię, qua viuunt beati comprehenſores, quod nobis concedat qui viuit, & regnat Deus in ſæcula ſęculorum Amen.

Prou. 5. c.

Penitentia à patribus Laborioſum Baptiſma dicitur.

Sequitur

SEquitur expoſitio hymni, *Te lucis ante terminum*, qui dicitur ad
completoriū quotidie, & inuariabilis eſt, & ratio eſt, nam in eo
petimus liberari à phantaſmatibus, & timoribus nocturnis, qua li
beratione ſemper, & inuariabiliter egemus, petimus ét vt det nobis
noctem cū ſalute, & ſine ſatanæ impedimento tranſire: & vt ſolita
creatoris Dei clementia cuſtodiamur, & ita, vt corpora noſtra ſint
abſque pollutione in nocte, Breuis eſt hic hymnus, & multam non
habet difficultatem, Ait ergo *Te lucis &c.* ſenſus eſt, ò creator rerū
omnium Deus, ſicut deprecati ſumus te in principio diei, vt tua gra
tia defendas nos, & cuſtodias nos à noxijs peccatis per totum diem,
ſic nunc ante terminū, & finem, & vltimū lucis, antequam veniat
nox, antequam adueſperaſcat, ante occaſum ſolis, *poſcimus*, ideſt
rem debitam, & honeſtam petimus, non interponendo tamen me
ritum noſtrum, exigimus, requirimus, *vt ſolita clementia*, & aſſue-
ta pietate tua defendas nos per totam noctem, *& ſis præſul ad noſtri
omnium cuſtodiam*, ſcimus enim quod niſi dominus cuſtodierit ciui
pſal. 126. tatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam, qui ſi cuſtodis oſſa ſeruorū
pſal. 33. tuorum, vt vnum ex his non conteratur, cur non facies hoc de ani-
pſal. 96. ma, & corpore eorum? an non ſcriptum eſt, cuſtodit dominus ani
Sap. 10. c. mas ſeruorum ſuorum, de manu peccatoris liberauit eos? & ſapiēs
ait cuſtodiuit illum ab inimicis ſuis, & à ſeductoribus tutauit illū,
& quid feciſſent paſtores in regione Bethleem cuſtodientes vigilias
noctis ſuper gregem ſuum, niſi angelus domini ſtetiſſet iuxta illos,
Luca. 2. c. & claritas Dei circumfulxiſſet eos? Dic igitur ò domine cuſtos ero
Gen. 28. c. tuus quocunque perrexeris, quod & Iacob. dixiſti, Ne dicas, domi
Eſai. 62. c. ne ſuper muros tuos conſtitui cuſtodes, tota die, & nocte non tace
Naum. 3. c. bunt: nam cuſtodes alij præter te quaſi locuſtæ, at ſi tu cuſtos noſter
eris, nulla vis poterit nobis inferri, licet enim corpora quandoque
turbari poſſint violenter ad ſupplicia, nunquam tamen permittes
quod anima violenter trahatur ad peccatum, cuſtodiui te ne pecca-
res in me, dixit Deus ad Abimelech Regem geraræ, & non dimi
Gen. 20. c. ſi, vt tangeres eam. Expoſuiſti enim corpus Hiobis, & ſubſtantiam
eius aduerſario, animam autem illius ſeruaſti, quę quamdiu fuerit
Ioan. 10. c. in manu tua, non ſolum nemo poterit eam rapere de manu tua, ſed
Sap 3. c. nec tanget illi tormentum mortis, oramus igitur vt gratia ſua domi
nus Deus præeſſe dignetur ad cuſtodiam, non ſolum animę noſtræ
ſed & corporis, vnde infert author hymni, *Procul recedant ſomnia*,
ſenſus eſt oramus, & poſcimus, vt procul, & longè ſint à nobis *ſom
nia*, videlicet immoderata totaliter deprimentia mentem ab eleua-
tione ad Deum, impedientia eam ad tempus etiam poſt euigilatio-

nem

nem, ita vt nec citò, nec purè: nec faciliter poſſit ſe ad Deum erigere, & de grauamine ſomni, ac phantaſijs eripere, in ſomno enim ſi mens nō fuerit exuta, depurata, & abſtracta à ſenſu lubrico, & ſenſatione laſciua, & fœda inclinatione ſenſus appetitiui, vtitur homo ſpeciebus, ſimilitudinibus, & phantaſmatibus rerū pro rebus ipſis, & tanquam rebus, quas repreſentant, ſicq; illuditur, à quibus illuſionibus, & deceptionibus, quæ in ſomno ſolent accidere, vt liberet nos dominus oramus, & precamur. *Et noctium phantaſmata*, idest apparitiones, vanæ viſiones, & rerum ſpecies animo figuratę, quas nunquam vidimus, Et notandum quod phantaſma differt à phantaſia, quia hæc ſpecies eſt figurata in animo de rebus cognitis, illa verò de incognitis eſt enim phantaſma viſum, quū aliquis in principio ſomni videt formas diuerſas, & varias & à natura rerum alienas, quę fiunt operatione dęmonum, qui modis varijs parati ſunt decipere nos, & poſſunt in ſomno inquietare, turbare, inducendo imaginationes terrificas, & ſimulacra terrentia oſtendendo, & ſpeciem phantaſmatis, quę in ſomnis contingit, vt eſt epialthes, dicta ab epi quod eſt ſupra; & althes pręmens, quaſi ſupra pręmens, quia ſuo pondere videtur ſuffocare, & grauare dormientem, cuius dęmonis: & hoſtis inuidi dolo, pauor ſuſcitat dormientes à ſomno neceſſario, qui eſt quies, quæ fit ab humoribus à corde ad cerebrum ſublatis, qui cum ibi fuerint refrigerati, recidentes ad cor, calorem eius refrigerant: & ideo rogamus, vt procul faciat à nobis Deus hęc phantaſmata, apparitiones, vanas viſiones, dęmonumque illuſiones, atque deceptiones, quas noctium phātaſmata appellat author hymni, quia reuera in nocte ſolent accidere, plerumque enim immundi ſpiritus: eos quos incumbere in ſæculi amore conſpiciunt, dormientes, quadam vana ſpei proſperitate illudunt, quoſdam verò quos formidare aliqua aduerſa pręſentiunt, dormientes inani terrore concutiunt, ſicque miſerorum corda varijs illuſionibus tentantes, modo vana proſperitate demulcent, modo inani formidine terrent, ſed cum his præualet, qui corda ſua grauioribus vitijs polluerunt, qui conſcientiæ pauore illuſi, ſpecies tremendas aſpiciunt, & quos vigilantes in vitia traxit, dormientes fatigat, vt nunquam ſecuros requieſcere ſinat, nam continuò viſus ſomniorum malorum turbant illos, & timores ſuperuenientes inſperati, quod benè ſenſit Iob. idcirco ait, ſi dixero conſolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in ſtratu meo, terrebis me per ſomnia, & per viſiones horrore concuties, quamobrem eligit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea. & impiorum perſonam explicans, ſubdit

Phantaſma à phantaſia differentia.

Epialthes vnde dicantur.

Apparitiones cur appellentur phantaſmata noctium.

Sap. 18. c.

Iob. 7. c.

dit deſperaui, nequaquam vltra iam viuam, at non ſic prævalet cum electis, & cum his, qui nullis, aut raris conſcij ſunt delictis, quia hi, aut nunquam, aut rarò terroribus nocturnis fatigantur, ſed pacato ſomno, quieſcentes, interdum etiam per ſoporem quedam archana, & myſtica contuentur, & vident: ita vt benè verificetur in eis quod ſomnus ſanctorum non vacet à merito, & quod in

Prou. 3. c. prouerb. ſi dormieris non timebis, quieſces, & ſuauis erit ſomnus tuus, quorum mentes, & ſi quandoque horrendis ſomniorum imaginibus, ſpiritus immundus terrificare conetur, vt ſic quos vigilantes vitijs tentat, nec ſuperat, acriter dormientes impugnet, non prævalet, nam ſancti, & ſi ad momentum huiuſmodi viſionibus commoueantur: mox tamen euigilantes, illuſionum vanitates deſpiciunt intentionemq; ſuam protinus ad Deum conuertunt, & oſtendunt

Eccl. 34. c. non eſſe de numero illorum, de quibus: multos errare fecerunt ſomnia, & illuſiones vanæ. *Hoſtemque noſtrum comprime &c.* ſenſus eſt ò Deus creator rerum, *comprime*, id eſt tua miſeratione preme, cohibe, coerce *hoſtem noſtrum*, & illius audaciam frena, & ad nihilũ redige. Per hoſtem poſſumus intelligere carnem, & poſſumus intelligere dęmonem, quorum uterque aduerſarius noſter eſt, & teterrimus hoſtis, cum quibus bellum, & colluctationem habemus, quæ non cito finitur, quorum cura eſt, *vt corpora noſtra* propter ipſorum tentationes *polluantur*, id eſt fœdentur, inquinentur, cõtaminentur, & ideo oramus, vt Deus liberet nos ab his hoſtibus: quatenus a illicita nos non rapiant, ſicque corpora noſtra propter ipſorum tentationes, nec de die, nec de nocte polluentur Amen.

Hymnus ad matutinum in ſecunda feria.

SEquitur expoſitio hymni, qui ad matutinum cantatur in ſecũda die ferial, *Somno refectis artubus &c.* in quo author (quiſquis ille fuerit) præcatur Deum, vt adſit, & præſens eſſe digneiur, canentibus, & laudantibus ipſum, lingua, & mentis ardore, ſit exordium actuum ſequentium, & tandè Hortatur omnes, vt acclini, & ſupplices præcemur Deum, vt amputet omnes noxas noſtras, ſicque laudetur in perpetuum ore canentium ipſum. Ait ergo *Somno refectis artubus*, id eſt recreatis, confortatis, & reparatis membris, quæ iam per diem, labore, & negociationibus feſſa erant, atque laſſata, vel propter eos, qui diſtinguunt artus à membris (nam propriè membra ſunt carnes artus regentes, artus verò ſunt oſſa cũ neruis, & uenis, vel nodi colligantes oſſa, *artubus*, id eſt

ideſt nodis oſſa colligantibus, vel oſſibus, cum neruis, & venis recreatis, & confortatis *ſomno* animalibus neceſſario, propter hoc vt recreentur, & conſortentur membra, & oſſa cum neruis, & venis artata, quæ feſſa erāt, & fatigata labore, & ſolicitudinib⁹ diurnis. *ſpreto cubili ſurgimus*, ſenſus eſt, ad hoc .n. ſuper inducuntur viatorum oculis tenebræ noctis, vt in ſomnum reſoluti recreentur, & recreati ad dei obſequiū primo loco, poſtea ad alia neceſſaria peragenda fortiores ſurgant, neque .n. ſemper vt ſomno dediti ſimus concedi tur, ſed ſicut in cibo, & potu, ita & in ſomno ſeruari debet moderamen, vt cum refecti, & recreati fuerint artus, & membra neruis artata, ſpreto cubili, ideſt lecto in quo quis cubat, & quieſcit, ſiue ſit terra: quæ cubile erat anacharſi, & pro lecto habent, qui carnem domare procurant, vt eremitæ in ſpeluncis latitantes, ſiue ſit cinis, quo quandoque, vſus Beatus Martinus dicebat, non decet Chriſtianum niſi in cinere mori, ſurgamus, & non ad opera, & negotiationes quę Deum offendunt, proximum, & animam, ſed ad vacandum Deo primum: iuxta illud, primum quęrite regnum Dei, & iuſtitiam eius, ad experiendum quàm dulcis ſit dominus, & bonus: qui nec de nocte: quum cœlum clauditur ſero, nec de die: quum cœlum mane aperitur, deſerit nos, modo non deſeratur à nobis, & ad laudandum Deum, eique de collatis nobis beneficijs gratias agendo. & quia animus nobis eſt ſurgere è lecto ad te laudandū ò domine, & pater ęterne, pręcamur, & *depoſcimus*. i ardenter petimus, & petentes deſideramus *adeſſe*, præſens eſſe, iuxta eſſe nobis *canentib⁹ te* i. laudantibus tuam maieſtatem, qui ſi abſens fueris, & longè à nobis, vana erit orō, inanis, & inutilis laudatio, ſplendor .n tuus ſuper nos, non erit niſi directio operū manuū noſtrarū ad bonū, proſperū, & felice finē, id quod Dauid aliqñ petijt, *te lingua primū concinat*, vt ſit ſenſus, qui ſi adeſſe digneris nobis laudātibus te, *lingua* noſtra *primum*. i & ante omnia te *concinat*. i. ſimul vel concorditer canet, *te mentis ardor ambiet*. i. ardor feruor, & amor feruidus mentis *ambiet*. i. ardenter concupiſcet, & deſiderabit *te* Deum noſtrum, non ſecus ac ceruus deſiderans ad fontes aquarum, vel *ambiet*. i. circumibit, circumueniet, interpellabit, blandietur quęrens, & rogās vt ſe, tuo auxilio adiuues, ſicque tandem fiet, vt *Actuum*. ideſt operum ſequentium tu *ſancte ſis exordium*, initium, & principium quo fiet, vt non poſſint eſſe niſi bona, & à te præmianda. *Cedat*. tenebrę lumini, & quia per tenebras, & lumen, non ſolū intelligere debemus corporaliter pro tenebris noctis, & lumine diei, ſed ēt ſpiritualiter pro nocte, & obſcuritate peccatorū, & pro operibus tenebrarū,

Matt 6. c.

pſal. 89.

pſal. 41.

Tenebræ, et lumen corporaliter poſſunt intelligi, & ſpiritualiter.

& pro lumine, & ſplendore gratiæ, & operibus virtutis, & armis lucis, Hęc particula habet duplicem ſenſum, primum, qui accomodari debet, tenebris, & luci corporaliter ſumptis, & ſecundum, qui tenebris, & lumini ſpiritualiter ſumptis, vt ſit ſenſus primus *tenebrę*, ideſt obſcuritates noctis, *cadant*, ideſt dent locum *lumini* diei, *& nox, diurno ſideri*, cędat ideſt det locum, vel vt ſit ſenſus ſecundus *tenebrę*, ideſt obſcuritates peccatorũ, operaque tenebrarum, recedant à nobis, & *cadant*, ideſt dent locum *lumini*, ideſt ſplendori, ſulgori, claritati gratiæ, & operibus virtutum, armiſq; lucis, ac deniq́ue ipſi Chriſto, qui eſt lumen de lumine illuminans omnem homi-
Ioan. 1. c. nem venientem in hunc mundum, *& nox*, ideſt diabolus, qui eſt rector tenebrarum, *cadat diurno ſideri*, ideſt Chriſto, qui eſt lux lucis, & fons luminis, vel poteſt habere hunc ſenſum oramus, vt ſicut hac hora tenebrę dant locum lumini, & nox diurno ſyderi, ſic *culpa*, quam intulit *nox*, ideſt diabolus, vel quam in nocte contraximus, *labaſcat*. i. deſtruatur, euaneſcat, deficiat, *munere lucis*, ideſt dono gratię Chriſti, qui eſt lux mundi, & ſol iuſtitiæ, qui venit, vt
Ioan. 8. c. diſſoluat opera diaboli, & aduertendum, quod peccata dicuntur te-
Malach. 4. c. nebræ, & opera tenebrarum, tum quia in obſcuro fiunt, qui malè
1. Ioan. 3. c. agit odit lucem (ait Chriſtus) tum quia ſuggerente diabolo: quia eſt
peccata quo rector, & poteſtas tenebrarũ, tum quia ducunt ad ęternas tenebras:
modo tene- mittite eum in tenebras exteriores: opera autem bona dicuntur ar-
brę dicũtur. ma lucis, tum quia procedunt auxilio dei, qui eſt fons lucis, & pa-
Ioan. 3. c. ter luminum, tum quia ſplendent, luceat lux veſtra coram homini
Eph. 6. c. bus: tũ quia ducunt ad locum in quo æterna lux eſt, iuxta illud lux
Matt. 22 c. perpetua lucebit ſanctis tuis domine. *Precamur ijdem ſupplices &c.*
Opera bona Alij tex. habẽt. *Idem*, vt ſit neutrum ſingulare, & caſus accuſandi,
dicuntur ar- at non benè ſic legitur, ſed ijdem, vt ſit nominandi caſus, & refera-
ma lucis, & tur ad ſupplices, vt ſit ſenſus: nos ſupplices. i. abiecti, demiſſi, &
quomodo. humiles, abiectè, demiſsè, & humiliter ad pedes tuos genua noſtra
Matt. 5. c. flectentes, *precamur, vt amputes*, ideſt vndique ſcindas, non dicit vt putes, nam licet vineæ ſint putandę, non amputandę, niſi velis eas ex toto eradicare: peccata tamen culpæ, & noxæ, non putandæ ſunt, ſed ex toto eradicandę, Et ideo dicit *amputes*, ideſt vndiq; ſcindas, *noxas omnes*, ideſt culpas: pęnas, & delicta omnia, Noxę
Appellatio enim appellatione omne delictum continetur, & verè culpę, pecca-
ne noxę deli- ta, & delicta, noxæ dicuntur, quia nocent, detrimentum, & dam-
cta veniunt num apportant animæ, & corpori (vt aliàs diximus) *& ſic lauderis*
& quarę. *in perpetuum ore*, ideſt ab ore *canentium*, ideſt Chriſtianorum credẽ-
Eccl. 43. c. tium laudantium te, qui maior es omni laude, & laudabilis nimis,

& glo,

& glorioſus in ſecula, & bene dicit *ore* in ſingulari, non autem ori *Pſal.* 47.
bus in plurali, quia omnes quaſi ex vno ore(vt faciebāt illi tres pue *Dan* 3.*c.*
ri in camino ignis ardentis) debemus, id ipſum ſapere in alterutrū *Ibi.*
ſecundum Ieſum Chriſtum, & vnanimes, & vno ore(vt D. Pau-
lus ait) laudare, glorificare, & honorificare Deum, cui ſit laus, & *1.Cor* 15.*c.*
gloria, in ſecula Amen.

Hymnus ad laudes in ſecunda feria.

SEquitur expoſitio hymnī qui dicitur feria ſecunda ad lau-
des matutinales. *Splendor paternę &c.* cuius author fuit
D. Ambr. in quo oramus dei filium, quem confitemur eſ
ſe ſplendorē glorię paternæ, imaginem expreſſam, & figu
ram ſubſtantię eius, vt ſuo lumine nos illuſtret, & totam Trinitatē,
vt peccata noſtra, & noxia cuncta depellat à nobis, dona Spiritus. s.
conferat, & virtutes in nobis augeat, Vnde ait huius hymni author,
ò *Chriſte ſplendor*, ideſt lux, fulgor, claritas, diuinitas, gloria, & ho
nor *paternæ gloriæ*, ideſt patris, in quo relucet, & modis omnibus
inhabitat plenitudo diuinitatis corporaliter, ideſt verè maieſtas, & *Coloſſ* 2.*c.*
omnis perfectio patris generantis te de ſua ſubſtantia, per omnia ſi
bi ęqualem, *De luce lucem proferens*, ideſt ex te ipſo, qui lux es, &
lumen de patre luminum, *proferens*, ideſt manifeſtans, & palam fa
ciens, *lucem*, ideſt ſpiritum. s. qui etiam ipſe lux eſt, qui nedum à
patre procedit, & tantum(vt perperam ſomniarunt hæretici, & græ
ci) ſed etiam à filio, ipſo dicente quem ego mittam vobis à patre,
cuius miſſio non eſt niſi ab eo proceſſio, *lux lucis*, qui es lux lucis, *Ioan* 16.*c.*
ideſt lux de luce procedens, ideſt à patre, qui eſt pater luminum, *&*
fons luminis, ideſt origo, & principiū omnis illuminationis in crea-
turis exiſtentis, cui Dauid ait, dominus illuminatio mea, qui illu- *Pſal.* 26.
minas mirabiliter à montibus æternis, qui in lucem gentium datus *Pſal.* 75.
es, & lumen ad reuelationem gentium, quique tandem es. *Dies diē* *Eſai.* 42.*c.*
illuminans, ideſt ſpiritus, ſpiritualibus proferens plenitudinem in- *Lucæ.* 2.*c.*
commutabilis ſapientiæ Dei, *diem*, ideſt angelicas mentes ſanctas,
& humanas iuſtorum, quæ ob luciditatem, diei nomen ſortiuntur,
vt ſic ſit verum dicere, quòd dies, diei eructet verbum, ideſt dies *Pſal.* 18.
cæleſtis qui Chriſtus diei, ideſt mentibus angelicis, & Chriſtianæ
genti electæ per gratiam, eructet verbum, & myſteria diuina, qui-
bus illuminantur, declaratio enim ſermonum tuorū illuminat(ait.
Dauid ſanctus,) & intellectum dat paruulis, & alibi, præceptum *Pſal* 118.
domini(ait) lucidum, illuminans oculos hominis, interiores, & *Pſal.* 18.

mentales, Poſſumus etiam dicere, quod *dies Chriſtus*(cuius diei horę duodecim, ſunt apoſtoli duodecim) *illuminat diẽ* exteriorẽ, & temporalẽ, & diẽ patriæ, ab eo.n. ſcilicet quod Deus eſt, mutuãt ſuam lucẽ, ſuumq; ſplendorem, Eſt.n. verus ſol. vnde ſubdit author hymni: *Veruſq; ſol illabere*, ideſt ò Chriſte, qui es verus ſol, nunquam vergens in occaſũ, ſed ſemper illuminans, illuminabit abſcõdita tenebrarũ,
2.Cor. 4.c. & manifeſtabit cõſilia cordiũ ait. s. Paulus, qui luce veritatis ſuę, te
Eſai.42.c. nebras ignorãtiæ noſtræ diſcutit, vnde apud Iſaiã (ait) adducã cęcos in viã quã ignorabant, & ſemitas quas neſciebant: faciam illos calcare, & faciã illis tenebras in lucem. *Illabere*, ideſt deſcende, per illapſum intra, & efflue te mentibus noſtris per infuſionem donorũ tuorum, *Micans*, ideſt irradians, reſplendens, refulgens illas *perpeti nitore*, ideſt perpetuo, perenni, & æterno ſplendore gratiæ in pręſenti, & lumine gloriæ in futuro, vel *Micans*, ideſt, qui in te ipſo micas, & ſplendes ſplendore perpeti, ideſt perpetuò, & finem non habente. *Iubarque ſancti ſpiritus &c.* Senſus eſt, que pro &, *infunde*, ideſt effunde, mitte noſtris ſenſibus *iubar*, ideſt ſplendorem, vel radios *Spiritus ſancti*, qui ſunt dona, & bona gratię, & virtutes ſplendentes, quibus grati ſimus Deo, & męreri poſſimus bona gloriæ, & remunerationis eternæ, *Votis vocemus te patrem*, alij tex. habent *votis vocemus, & patrem*. Prima lectio poteſt habere veritatem, vt ſit ſenſus, quod ſi feceris ò Chriſte, non ſolum vocabimus te filium Dei per gratiam vnionis, quod conuenit tibi quo homo es, & filium Dei per natiuitatis æternę veritatem, quod tibi conuenit, quo Deus, *ſed votis*, ideſt deſiderijs, vocabimus te in patrem, & verificabitur ego ero illis in patrem: & ipſi erunt mihi in filios, vel
2.Reg. 7.c. vt ſit ſenſus, *votis*, etiam vocemus neceſſe eſt te, & non ſolum te filium, ſed & patrem, & hæc melior lectio eſt, & expoſitio; quę poteſt adaptari omnibus partibus huius verſus, ſecunda autem lectio eſt, vt ſit ſenſus, *votis*, ideſt deſiderijs vocemus, *& patrem*, etiam, qui pater, eſt pater *perennis gloriæ*, ideſt filij, qui eſt perpetua gloria patris, gloria enim patris eſt filius ſapiens, vel vt ſit ſenſus, qui eſt *pater perennis gloriæ, & potentis gratiæ*, ideſt, initiũ, principiũ, & fontana, nõ ſolũ totius deitatis, ſed gloriæ perpetuę beatorũ; & cõprehẽſorũ: & gratiæ viatorũ: per quã viatores deiformes efficiuntur, & diuinæ conſortes naturæ, & potentes: iuxta illud, omnia poſſum in eo,
2. Pet. 1. c. qui me confortat, quem vocamus *votis*, & deſiderijs, & inuocamus
Philip. 4. c. ad noſtri commodum, vt videlicet *releget*, ideſt expellat, remoueat,
pſal. 100. ſeparet, & à ciuitate domini eiiciat diſperdat, & in perpetuum in exilium mittat, *culpam lubricam*, ideſt vitia, & peccata, ad caſum

mortis,

mortis mouentia, & ad grauem lapſum ruentia, ſicut enim via lubri *Sicut via lu*
ca (in qua quis nequit conſiſtere, vt eſt terra glaciata, aut gelata, vbi *brica incli-*
commodè veſtigia figere nõ poſſumus eſtque ad lapſum procliuis) *nat ad rui-*
inclinat ad caſum, & ruinam corporis, ſic peccata inclinant ad ca- *nã corporis*
ſum, & ruinam animę. Poſſumus etiam exponere verſum hunc ter *ſic peccata*
tium huius hymni, vt particulę omnes referantur ad iubar ſancti ſpi *ad ruinam*
ritus, & ſequentes, vt ſit ſenſus, quo videlicet *iubare Spiritus .s.* in *animæ.*
fuſo noſtris ſenſibus *votis, & deſiderijs*, in eo *vocamus te patrem*,
neque enim ſpiritus ſeruitutis eſt in timore, quem per Chriſtum,
& verum ſolem accepimus, ſed ſpiritus adoptionis filiorum, in quo
clamamus abba Pater, & non ſolum ad hoc infundatur, oramus vt *Rom. 8. c.*
votis, & deſiderijs vocemus te patrem, ſed *vt culpam releget* à no-
bis *lubricam*, ne ſint viæ noſtræ, vt impiorum, & adoleſcentiæ viæ,
quæ ſunt tenebrę, & lubricum. Aliqui tex. habent *culpam religet lu* *pſal. 34*
bricam, id eſt refrenet, vinciat, liget, reſtringat *culpam libidinis*, qui
ſenſus, & ſi bonus ſit, & etiam interpretatio, & expoſitio: verbum
tamen illud non quadrat, nec congruit metro, quia releget, à rele-
go relegas habet penultimam productam, & verbum religet habet
penultimam breuem. *Confirmet* actus ſtrenuos, ſcio textus quoſ-
dam iacere *conformet*, & alios habere *informet*, qui & ſi pati poſ-
ſint ſenſum bonum, & accommodatum, modo referatur verbum
tertiæ perſonę præſens, & ſequentia ad iubar ſancti Spiritus, non
ad ſplendorem paternæ glorię, (vt quidam facit) accommodatior
tamen ſenſus erit ſi legatur: *confirmet*, quamuis, & ex præcedenti-
bus duobus: rectior textus ſit, qui legit, *informet*, quam qui legit,
conformet, ſi igitur textus dicit, *confirmet*, ſenſus eſt, oramus etiam
vt *iubar ſancti Spiritus confirmet* in nobis ſtrenuos, id eſt ſolicitos,
& non remiſſos vigilantes, celeres, fortes, & ad cuncta gerun-
da promptos, *actus*, id eſt mores bonos, honeſtos, & operatio-
nes, ſi autem textus dicit, *informet*, ſenſus eſt, oramus etiam, vt
informet, & cauſſet in nobis *actus ſtrenuos*, id eſt actiones, & ope
rationes vigilantes, non ſomnolentas, fortes, non debiles, & ce-
leres, non remiſſas, quia remiſſa manus egeſtatem operatur in-
quit Salomon, & in eccleſiaſtico, inquit hębreus ſapiens noli eſ- *Prou. 10. c*
ſe citatus, in lingua tua, & inutilis, & remiſſus. in operibus tuis *Eccl. 4. c.*
hinc Diuus Paulus, monet, vt remiſſas manus, & ſoluta genua eri *Hebr. 12 c.*
gamus: quia maledictus eſt, qui opus ſuum facit negligenter, & in *Hier. 48 c.*
Deuter. dicitur, cuſtodi teipſum, & animam tuam ſolicite, cele- *Deut. c. 4. c.*
res enim, & ſolicitos in operibus bonis eſſe oportet, non ſegnes,
aut Tardos: quoniam yſraelitis præcipitur, comedetis feſtinanter *Exo. 12. c.*

de pa

Luca 2. c. de paſtoribus dicitur, quod venerint ad preſepe domini feſtinanter.
Luce 19. c. Zacheo dicitur, feſtinans deſcende, feſtinemus ingredi in illam re-
Heb. 4. c. quiem ait D. Paulus, an neſcis (ò bone) de meſſia dominum dixiſ
Eſai. 8. c. ſe, voca nomen eius accelera, ſpolia, detrahe, feſtina, pr̨edari? re-
ctè petimus hoc à Spiritu s. qui eſt Deus, nam ipſius munus eſt, q̃
operetur in nobis actus bonos, illoſque confirmet, confirma hoc
pſal. 67. Deus (ait David) quod operatus es in nobis, Deus eſt (inquit ſan-
ctus Paulus) qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona
Philip. 2. c. voluntate, & ipſe eſt, qui ſolicitos nos reddit ad operandum, neſcit
enim tarda molimina Spiritus s. gratia (inquit D. Ambr.) hinc de
beata Virgine, quæ illo plena erat, dicitur, quòd in montana perre
Luc. 1 c. xerit cum feſtinatione, quo enim iam Deo plena, niſi ad ſuperiora
cum feſtinatione conſcenderet? *Dentem* retundat inuidi, ſenſus eſt,
rogamus, etiam, vt *retundat* ideſt frangat, frenet, reprimat, con-
ſtingat, cõterat, *dentem*, ideſt morſum, lacerationem, & læſionem,
inuidi, ideſt vel dęmonis cuius inuidia mors intrauit in orbẽ terrarũ
Sap. 2. c. cuius dẽtes leonis dentes ſunt. (inquit ſcriptura) animas hominũ in
Eccl. 21. c. terficientes, vel hominis, quo veluti miniſtro vtitur dæmõ, vt mor
deat, deuoret, laceret, & lædat quos nouit eſſe Dei electos, de qui-
Iob. 16. c. bus in Iob. dicitur infremuit contra me dentibus ſuis, quos etiam
mouet aliquando Deus, in pœnam peccantium, iuxta illud ſcriptu
Deut. 32. c. ræ dentes beſtiarum immittã in eos, quorum dẽtes conſtringit Deus
& conterit iuxta illud. ſancti regis Deus conteret dentes eorum in
pſal. 57. ore ipſorum, molas leonum confringet dominus, & ſancti Iob. den
Iob. 4. c. tes catuli leonum contriti ſunt. *Caſus ſecundet aſperos*. Non eſt le-
gendum *fæcundet* (inquiunt quidam) quia hoc verbum non conue
nit ſententiæ, neque legi carminis. At ego (quicquid ſit de lege car-
minis) dico quod verba poſſunt habere bonum ſenſum, ſiue legatur
fœcundet, ſiue *ſecundet*, vnde ſenſus eſt, oramus etiam vt iubar ſan-
cti ſpiritus *aſperos caſus*, ideſt euentus duros, famem, ſitim, rapinã
bonorum noſtrorum, paupertatem, pęnales caſtigationes, verbera,
& flagella *fęcundet*, & *ſecundet* in nobis, ita vt proſperos, ac ſaluta
res nobis reddat, & ita vt non ſint nobis inſtrumenta damnationis,
& æterni flagelli initia, & per eas indureſcat cor noſtrum ad Pharao
Heb. 10. c. nis inſtar, ſed cum gaudio ſuſcipiamus putantes, quod paternę ſint
1. Cor. 11 c. caſtigationes, & verberationes, & ſalutis organa, quibus emende-
mur, non vt occidamur. & cum hoc mundo damnemur, verum vti
que eſt (ò boni) quod omnis diſciplina in præſenti videtur eſſe non
gaudij, ſed mœroris, at poſtea fructum pacatiſſimum reddet per eam
Heb. 12. c. exercitatis iuſtitiæ, & tunc *fęcundat*, vel *ſecundat*, in nobis hos aſpe

ros caſus, & afflictationes Deus noſter, quum facit in nobis, vt nō negligemus diſciplinam domini, nec fatigemur cum ab eo arguimur, ſcientes, quod quem diligit dominus caſtigat, & flagellat omnem filium, quem recipit, quis enim filius, quem non corripit pater? Et tandem quum *donat nobis gratiam*, & virtutem, *Gerendi*, ideſt ſuſtinendi, & patienter ferendi, quicquid aduerſi, & aſperi poſſit nobis accidere: patientia enim nobis neceſſaria eſt, quæ magnam habet remunerationē, & ea indui, veluti virtute, ex alto dicere cū Iob. poſſumus, ſi bona ſuſcepimus de manu domini, mala autem quare non ſuſtineamus? & cum Dauide benedicam dominum in omni tēpore proſperitatis videlicet, & aduerſitatis, ſemper in animo reuoluentes, quod non poſſit eſſe Abel, quem non exercuit Caym, & quod fidelis ſit Deus, qui non patietur nos tentari ſupra id quod poſſumus, ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſimus ſuſtinere. *Mentem gubernet, & regat*, ſenſus eſt, oramus etiam vt Deus mentem noſtram, ideſt ſuperiorem animæ portionem, & principem animæ facultatem: qua cęteris animantibus pręcellet homo; quæ & intelligentia dicitur, qua nihil præſtantius dedit Deus, de qua thales mileſius. velociſſimum omnium (ait) quæ ſunt, mens eſt, nam tantæ celeritatis eſt, vt vno temporis puncto cœlum, Maria, & terras peruolet, quæ non anima eſt, qua viuimus, ſed animæ portio, qua cogitamus: eſt enim cogitationis, & conſilij ſubtilitas quædam, certè rationi conſentanea, vnde & ab animo differt, qui vitę, & voluntatis fundamentum dicitur: hinc falſi ſunt, qui dixerunt idem eſſe mentem, & animam, mentem & animum, quæ & ſi quandoq; pro animo ſumatur, hoc loci, tamen pro intellectu voluntate, cogitatione, & conſilio ſumitur, vt ſit ſenſus, *Mentem gubernet. & regat noſtram*, ideſt intellectum, voluntatem, cogitationem, & conſilium in interioribus, & exterioribus. *Caſto* fideli corpore, ideſt ita vt corpus ſibi habeat caſtum, & fidele, ideſt in omnibus, & per omnia ſibi obtemperans, vnde ſicut ipſa eſt domino ſuo fidelis, ſic corpus menti, & rationi obtemperet, & viuat in caſtitate, quę multum placet Deo, & ideo hortatur per D. Paulum 1. *Theſſ.c.* 4. vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore, non enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem, *fides calore ferueat*, ſenſus eſt *fides*, qua fideles ſumus *ferueat*, ideſt ardeat, ebulliat *calore*, videlicet charitatis effuſæ in cordibus noſtris, per Spiritum. s. vel *calore* Spiritus. s. ſine quibus, charitate videlicet, & Spiritu. s. informis eſſet, ac per hoc à dæmonum fide non aliena, forma enim fidei, ac cæterarū virtutum charitas eſt, quæ Spiritus. s.

excel-

Ibi.

Heb. 10. *c.*

Iob. 2. *c.*

pſal. 33.

1. *Cor.* 10. *c*

Velociſſimū omnium eſt mens. & nō eſt aīa qua viuimus, ſed animæ portio qua cogitam⁹, contra quoſdā.

Mēs differt ab animo, quæ & ſi quandoq; pro animo ſumatur hoc loco tamen, pro intellectu &c. ſumitur.

Rom. 5. *c.*

excellentiſſimum donum eſt, cum quo, & ipſe in perſona datur, qua quum feruet, & ardet fides, efficitur victoria, quæ vincit mun-
1. Ioan. 5. c. dum, per quam ſancti vicerunt regna, & operati ſunt iuſtitiam, *&*
Heb. 11. c. *fraudis* venena neſciat, ſenſus eſt, iubare ſancti ſpiritus auſpice, duceque: petimus, & oramus, vt fides noſtra *neſciat venena fraudis*. i. vel operationes diaboli fraudulenti, & per fraudem interuertentis omnia, fallacis, & doloſi, quæ venena ſunt animæ noſtræ, inter quas primum locum obtinét hæreticorum decæptiones, & peſtiferæ perſuaſiones nouorum doctorum, à quibus inuiolata ſe debet præſerua-
Eccl. 21. c. re fides noſtra, & tales fugere tamquam à facie colubri, ſub quorũ labijs venenum aſpidum, quorum os maledictione, & amaritudine
pſal. 13. plenum eſt, & ſi videantur mellita exteriora verba, ſunt enim ſicut vinum, ingrediuntur blandè, & in nouiſſimo mordebunt, vt colu-
Pro. 23. c. ber, & ſicut regulus venena diffundent, quos ne emuleris, ná frau-
Pro. 25. c. des labia eorũ loquuntur inquit Solomon *Chriſtusque noſter ſit cibus*, ſenſus eſt, oramus, etiam vt Chriſtus, qui eſt panis viuus, cibuſq; angelorum per facialem aſpectum, de cœlo deſcendens, *ſit cibus no-*
Ioan. 6. c. *ſter* per fidem, & charitatis affectum, quo ad corpus, & animam, caro enim ſua verè eſt cibus quo paſcimur, & nutrimur, quem ſi rectè, & (vt decet) manducabimus: viuemus in æternum, ad quem ſi manus extenderimus: viuemus non moriremur (vt Eua) cui & ſi di-
Gen. 2. c. ctum ſit qua hora comederis ex eo, morieris, nobis tamen dicitur, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſangui-
Ioan. 6. c. nem, non habebitis vitam in vobis, vel ſenſus eſt, oramus, etiam *vt Chriſtus ſit noſter cibus*, ideſt dignetur tribuere, & largiri nobis cibum, eſcam, & panem quotidianum, ipſe enim eſt: ſine quo pater æternus non eſt largus diſpenſator, abſque cuius imperio non mo-
Gen. 41. c. uet quiſquam, aut manum, aut pedem, in omni terra, huius enim figuram expreſſit Ioſeph de quo præcædentia verba leguntur ipſe. n.
pſal. 135. eſt, qui dat eſcam omni carni, qui ſi producit in montibus fœnum, & herbam, ſeruituti hominum, ſi dat iumentis eſcam ipſorum, &
pſal. 146. pullis coruorum inuocantibus eum, ſi paſcit volatilia cœli, quæ nõ
Mat. 6. c. laborant neque Nent. non ne nos magis, pluris cum ſimus illis? *Potus que noſter ſit fides*, ſenſus eſt, *fides* ſupple catholica *ſit nobis potus*, vel deducat nos in hanc credulitatem quod ipſe Chriſtus nedũ ſit noſter cibus, ſedquod etiam ſit potus noſter, nam carne ſua paſcimur, & ſanguine eius potamur, caro mea (ait) verè eſt cibus, & ſan-
Ioan. 6. c. guis meus verè eſt potus. *Læti bibamus ſobriam &c* ſenſus eſt, ora-
Oſee. 4. c. mus etiam, vt hac fide duce, *bibamus læti ſobriam ebrietatem ſpiri-*
Prou. 31. c. *tus*, ebrietas enim carnis, quæ aufert cor. facit nullum retinere ſe-

cretum

cretum inquit Salomon, qua ne grauentur corda noſtra monuit do- *Pro. 31. c.*
minus, non eſt ſobria, ſed ſobrietati, vel maximè contraria, At Spi- *Luce 21. c.*
ritus ebrietas, quæ eſt profuſa ſuauitas interna, quam ſentiunt iuſti, *Ebrietas ſpiritus, et carnis diſcrimē*
pieque viuentes, quum guſtant, quàm ſuauis, & dulcis ſit dominus
& quàm maxima multitudo dulcedinis ſuæ, quaue inebriantur
quum potat eos dominus torrēte voluptatis ſuæ, habet ſemper in- *pſal. 35.*
diuiduam ſibi comitem ſobrietatem, & ideo ab hac non auellimur
nec dehortamur, quin potius ad illam inuitamur ſub imperatiuis
locutionibus in canticis amatorijs à ſponſo, comedite amici, & bi- *Cant 5. c.*
bite, & inebriamini chariſſimi: neque enim tali ebrietate pudenda *Gen. 9 c.*
noſtra aperientur, & manifeſtabuntur (id quod olim Noę contigit)
ſed tegentur, & dicet quiſque: nos veluti dei domeſticos, veſtitos
duplicibus, ac per hoc dignos, vt de manu domini duplicia ſuſci- *Pro. 31. c.*
piamus, & in terra ſua duplicia poſſideamus, vel *læti,* & hilares *Iſai. 40. c.*
bibamus ebrietatem ſpiritus ſobriam, ita vt non plus ſapiamus de re- *Eſai. 61. c.*
bus diuinis, quàm oportet ſapere, ſed ſapiamus ad ſobrietatem, *Rom. 12. c.*
& temperantiam, & modeſtiam: remouendo fidei contemplatio-
nem ab immoderato ſcrutinio, nam ſicut qui mel multum come-
dit non eſt ei bonum, ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à
gloria, inquit Salomon, ô felix ebrietas eſt iſta ſpiritus (chariſſimi) *Pro. 25. c.*
nam ſicut ebrius ebrietate carnis, nullum ſecretum retinet, ſic qui *Sicut ebrij ebrietate carnis nullū ſecretū retinēt, ſic neç ebrij ebrietate ſpiritꝰ.*
ebrij ſunt ebrietate ſobria ſpiritus, nullum peccatum retinent in
corde, ſed omnia euomunt ſacerdotibus, nec erubeſcunt dicere,
quæ ſine rubore perpetrati ſunt, & verificatur quod .s. Dauid ait,
turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius. Sicut ebrius perdit memo-
riam, & omnia tradit obliuioni, ſic ebrius ebrietate ſobria ſpiri-
tus: obliuiſcitur omnium mundanorum, exēplum habes, de Beato
Petro, qui quaſi ebrius, iuferiorū omniū oblitus: dixit, dn̄e bonū eſt *pſal. 106.*
nos hic eſſe: *Lætus dies hic trāſeat,* ſenſus eſt, hic *dies totus tranſeat læ-* *Matt. 17. c.*
tus, non lætitia exiſtente in die, ſed exiſtēte in nobis, ex lętitia.n. aut *Quomodo dies dicitur lętus.*
triſtitia noſtra, & hominū, dicitur lętus, vel triſtis, vel mœſtus dies,
& ſicut dies tūc trāſit mœſtus, & triſtis, quum nos exiſtentes in eo,
nihil boni facimus, & totum diem expendimus in operibus dei filijs
indignis, & vitioſis: ſic tunc dies ex aduerſo tranſit lętus, quum lęti,
& hylari mente totum diem expendimus in operibus chriſtiano ho-
mine dignis, & in ſeruitio Dei, & proximi, ita vt nulli obeſſe, om-
nibus tn̄ prodeſſe ſtudeamus: à principio diei ad finē vſq;: vel ſi per
diē intelligere volumus totā vitā pręſentē, quā lætam à principio, vſ-
que ad finē, vltimūq; ſuſpiriū tranſigere debemus, ita vt ſēper inter-
na ſpiritus alacritate peragamus oīa obſequia diuini cultus, & oīa

quę ad Dei cultum, & ſeruitium pertinent, in lætitia, & hylarita te iuxta illud ſapientis in omni dato hylarem fac vultum tuum, & in exultatione ſanctifica decimas tuas, quia ſicut tinea veſtimento, & vermis ligno, ita triſtitia viri nocet cordi inquit Salomon, Huius diei partes aſſignandæ ſunt, partibus diei ſenſibilis ſimilitudine quadam reſpondentes, ſunt enim diei ſenſibilis partes, diluculum meridies, & crepuſculum, vnde ſi volumus tranſigere totam præſẽtem vitam lęti, & alacres, oportet quod *Pudor ſit, vt diluculum, fides, vt meridies, & quod mens neſciat crepuſculum*, vt ſit ſenſus, *Pudor*, ideſt verecundia, cuius gratia ſuper aurum, qua erubeſcimus coràm Deo peccaſſe, & dereliquiſſe dominum fontem aquæ viuæ, Eſt enim pudor ſecundum ſtoicos mætus infamiæ, qui animum reprimit, ne turpiter quid agat, eſtque etiam rei turpiter actæ, qui nõ eſt ſine erubeſcentia, huius enim cauſſa eſt, nam pudefactis, ſanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur, ita vt ſuperficiem occupet, & ideo quos puduit:erubeſcunt. *Sit vt diluculum*, quia ſicut diluculum, vel aurora principium eſt, & exordium clareſcẽtis diei, ſic quum coràm Deo peccaſſe verecundamur. valdè deſuper illuminari incipimus, immo non verecundaremur niſi præiſſet illuminatio, audi quid in Eccleſiaſtico dicit ſcriptura. Ante grandinem pręibit coruſcatio, & ante verecnndiam præibit gratia illuminationis videlicet, ò felices, qui cum Dauide dicere poſſunt, tota die verecundia mea contra me eſt, & quod Ezechiel:erubeſcunt ſuper vijs ſuis prauis, & erubeſcunt leuare faciem ſuam ante dominum, talis enim pudor erubeſcentia, verecundia, & confuſio adducit gratiam, & gloriam (ait hebræus ſapiens) & ò infelices, quos pudor non prohibet nec reuocat à malis, vel *pudor*, ideſt animi, & corporis caſtitas, vel religioſa munditia, ac puritas, quæ cum lęſa fuerit nulla poteſt arte reparari, ſit vt *Diluculum*, ideſt luceat, vt aurora, vnde ſicut aurora eſt diurnę lucis principium, ſic caſtitas ſit principium, & exordium bonorum operũ, quę dicuntur lux:iuxta illud luceat lux veſtra &c. ſine quibus nec caſtitas magna eſt, nec ipſa aliquid ſiue caſtitate, *fides veluti meridies*, ideſt fides noſtra nullis ſit offuſcata tenebris, ſed purior, & clarior, vt meridies, qui eſt diei pars purior, quando ſol è medio cęlo rutilat, & omnem orbem pari claritate illuſtrat, vnde ſicut in meridie ſolis calor feruet, ſic fides noſtra feruere debet charitatis feruore, ſine qua nihil valet, & ſine qua iuſtus nequaquã viuere poteſt, *Crepuſculum* mens neſciat, ſenſus eſt, *mens noſtra*, ideſt cor noſtrum, *neſciat crepuſculum*. ideſt dubiam lucem, crepuſculũ enim habet partem noctis, & diei, vel *neſciat crepuſculum*, ideſt fi-

Pro. 25. c. *Eccl. 7. c.* *Hier. 2 c.* *Pudor quid ſit.* *Eccl. 32. c.* *pſal. 41.* *Ezech. 36. c* *Eccl. 4. c.* *Auroræ, & caſtitatis ſimilituto.* *Mat. 4 c.*

nem

nem diei, ſed expers noctis, & tenebrarum peccati, ſemper permaneat in lumine fidei, & bonorum operum, habeatque ſemper partē diei, & non noctis, & quanto magis ſol declinat, tanto magis ad Deum eleuetur: ipſumque præcetur, vt maneat ſecum, quoniam ad ueſperaſcit, & inclinatur iam dies, *Aurora curſus prouehit*, ſenſus eſt, & ſicut aurora, & diluculum, non incipit curſum diei, vt ſiſtat, ſed *prouehit curſus* ad altiora, & promotionem in meliora agere inchoat, ſic mens noſtra in aurora, curſum ad bona opera non ſiſtat, ſed ſemper ad meliora, & altiora curſum ſuum *prouehat*, ideſt accaeleret, habeatque ſecum indiuiduas illas ſemper comites fidem videlicet, & charitatem, quibus veluti ducibus excellentiſſimis, illuminabitur in intelligendo verum, omnis veri verum, & ardebit in amando bonum, omnis boni bonum. *Aurora totus prodeat*, placet mihi, quod dicunt aliqui hoc loci, quod à ſenſibili aurora, ad intellectualem, & ſpiritualem, quę Chriſtus eſt, fiat hic manuductio, vt ſit ſenſus, ſicut aurora viſibilis curſum ſuum feſtinat ad ortum depulſa nocte, ſic Chriſtus, qui orien s ex alto per incarnationis myſterium viſitauit nos, depulſa, & effugata morte, & nocte peccatorum, & tenebris errorum, & ignorantiæ, mundo, vt aurora myſtica, illucens, & ſplendens, *totus ad nos prodeat*, ideſt compareat, manifeſtetur, *totus*, ideſt Deus, & homo, Deus qui poteſt nos ſaluare, & liberare, & ad altiora prouehere, & homo, qui debet pro hominibus ſatisfacere, quique ſatisfecit ſufficienter, pro omnibus, & efficienter, pro multis. *Sicut ipſe*, totus eſt in patre, & pater totus in eo, confitemur enim quod totus filius ſit in patre, ideſt de ſubſtãtia ſua per omnia ſibi ęqualis, & ſimilis, & quod totus pater ſit in filio, tãquam in vera naturali, plena, atque perfecta imagine, & figura ſubſtantiæ eius: quam veritatem expreſſit Chriſtus apud D. Ioan. cum ait, & ſi mihi non vultis credere operibus credite, vt cognoſcatis, quia pater in me, & ego in patre, & cum ait, Philippe, qui videt me, videt & patrem meum, an neſcis, quia ego in patre, & pater in me eſt? & quid eſt dictu ego in patre, & pater in me? & totus in patre filius, & totus in verbo pater? niſi quia ita eſt pater in filio, & filius in patre, vt vnum ſint, quia vnius ſubſtantiæ ſunt, quod in D. Ioan. expreſſit cum ait, ego, & pater vnum ſumus: videlicet in natura, ſubſtantia deitate, & quamuis hoc loci ſiat mentio tantum de patre, & filio, & hymni au thor taceat de Spiritu. s. non ob id teneas, duas tantum eſſe perſonas in diuinis, quia expreſſo patre, & filio, intelligitur in illis expreſſus etiam Spiritus. s. amor, & nexus vtriuſque, qui totus eſt etiam in vtriſque, & vterque totus in ipſo, perſonæ. n.

Luca 14. c.

Ioan 10. & 14. c.

Ioan. 10. c.

Expreſſo patre, & filio in diuinis in

telligitur ex preſſus etiã ſpiritus .s. diuinæ ſingulæ ſunt inſingulis per eſſentiam, idemptitatem, & vni tatem (vt Theologi aſſerunt) de quo Spiritu ſancto etiam ſupra mẽtionem fecit, quum ait: iubarque ſancti ſpiritus in funde noſtris ſenſibus, cui ſit laus, & gloria ſemper Amen.

Hymnus ad veſperas ſecundæ ferie. Immenſe coeli conditor. &c.

SEquitur expoſitio hymni, qui dicitur ad veſperas ſecundæ feriæ, in quo author (quicunq; fit ille) commendat Deum immenſum ab opere ſecundę diei, in qua diuiſit aquas, ab aquis, quarum partem dedit cœlo, & ſuper firmamentũ collocauit, partem dedit terris, collocans eã ſub firmamento, quod in aquarum medio factum, diuidit aquas ab aquis (vt Moſes ait) aſſignat cauſſam quare Deus dedit partem aquæ cœlo, & partem terræ, Petit vt Deus det nobis gratiam perennem, & fidem veram, atq; ſinceram, quam nulla falſa, ac nequitiæ, & malitiæ fermentum cõprimant, & quia facit mentionem de opere ſecundæ diei, non mirũ ſi canitur in ſecunda feria, & in ſecundo die hebdomadæ, ſicut enim hymnus ille, Lucis creator optimè, quia prime diei opus, lucis videlicet formationem exponit, cantatur die dominico, qui fuit primus mundi dies (vt ſupra diximus) ſic hymnus iſte, quia exprimit opus ſecundæ diei, firmamenti videlicet factionem, & diuiſionem aquarũ ab aquis, rectè canitur in ſecunda feria, qui eſt ſecũdus hebdomadæ dies, & mundi dies ſecundus. Ait ergo *Immenſe coeli conditor &c.* ſenſus eſt, ò *conditor*, & factor cœli immenſe valdè magne qui præ magnitudine menſurari nequis, qui per hunc modum diceris *immenſus*, non quod in te ſit quantitas dimenſionis, ſed virtutis, non ꝙ vbiq; ſis molè corporis, ſed benè pręſentia maieſtatis: neq; enim propriè in te eſt longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundũ, ſed benè metaphoricè, vt longitudo dicit patientiam, qua malos expectas, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam, latitudo dicit amplitudinem charitatis, qua nos ab errore reuocas, & attrahis ad te miſerans noſtri, ſublimitas dicit altitudinem ſapientiæ qua omnem ſenſum ſuperas, & omnia nuda, & aperta ſunt oculis tuis: & profundũ, dicit abyſſum iuſtitię, quæ peccatores dãnat. *Qui mixta ne cõfunderent &c.* ſenſus eſt, qui Deus cœli factor, & ſine mẽſura, *diuidens aquæ fluenta*.i. decurſus aquarum, quæ fluunt, & naturaliter decurrunt diſpartiens.i. aquas quæ ſunt ſub firmamẽto ab his quæ ſunt ſupra dorſum eius ſeparans, & ſegregans, tum ne ſimiles eſſent ſuperiores, & inferiores, tum ne *confunderent*.i. perturbarẽt,

Gen. 1. c.

ap. 11. c.

Heb. 4. 1.

& om-

& omnia in vnū miſcerent mixta.i.elementata,quę mixta dicūtur, quia in eis miſcentur calida frigidis,& contra, & humida ſiccis, & cōtra:quæ mixta ſunt in mundo, & ſuper faciē terræ, quāuis adhuc terra nō appareret, quę apparuit,quū congregatæ ſunt aquæ in locū vnum, tunc enim apparuit terra, quam aridam appellat Moſes, & rectè:nam, & ſi duas habeat qualitates ſiccitatem videlicet, & frigiditatem, naturalis tamen proprietas eius ſiccitas eſt,& ideo vocauit Deus aridam terrā:hoc.n.ſuū eſt,quod aūt ſit frigida alienū eſt, habet enim non naturali quadam proprietate, ſed ſortitur hoc aquarum affinitate, primum enim quod ſibi dedit, atque donauit naturę author Deus, voluit terram retinere, vt eſſet videlicet arida. *Coelum dediſti limitem*, ideſt cœlum:quod firmamentum eſt,dediſti *limitem*, ideſt terminum,quo veluti pariete quodam, & interſtitio ſeparantur, & diſtinguntur aquæ ſuperiores, quę ſupra cęlos ſunt, & remotæ ab aſpectibus,tamen fidei commendatę, & aquæ inferiores, quæ ſub eo ſunt, terrasque perfundunt, Firmamentū.n. vltra alias proprietates quas habet:eſt ſtellis decoratum,& aquarum diuiſiuū, hic enim eſt vſus eius, quod firmamentum dicitur (non quia ſtat, ita vt non moueatur,hinc quandoq, mundus dicitur, & non ſolum quia pręcipuè purum,& mundum eſt,nihil habens terrenę fecis,& grauitatis, ſed quia pręcipuè eſt in motu, nam mundus mundi dicitur à moueo moues, quia ſemper eſt in motu,ſolum enim empyreū cœlum:quod ſedes dei dicitur ſpiritualiter, eſtque beatorū ſpirituū habitaculum, à motu extraneum, & à volubilitate ſecretum eſt) ſed firmamentum dicitur ideo, quod ſit curſu ſiderum, & ratis legibus fixiſque, firmatum, vel non propter ſtationem, & immobilitatem, ſed propter firmitatem, & terminum aquarum intranſgreſſibilem, Notandum quod ſunt,qui legunt per verbum plurale confunderētr & referri debet ad fluenta, vel decurſus, ſunt qui legunt per verbum ſingulare confunderet, & referri debet ad aquam, & vtraque lectio bona, ſi fiat relatio (vt decet) Et ſi dices quomodo aquæ poſſunt eſſe ſuper cœlos,cū cœlū mobile ſit:volubile,& totūdum,& aq, natura fluidæ,& in ima labiles? Reſpōdēt quidā, & dicūt ꝙ poſſunt vtique eſſe, quia ignis,cuius naturæ eſt AEther. ideſt tota ſiderū, & cœli,& ſtellarum cōpago, coagulat illas aquas, Reſpōdēt alij aquas illas eſſe cōtiguas, & ad modū cryſtalli congelatas, Dicunt alij poſſunt vtiq; eſſe, quia ſicut multa exterius rotūda ſunt,interius autem quadrata,ſic pōt eſſe cęlū, At nos (quicquid ſit de huiuſmodi reſponſionibus,quę ſanctorū reſpōſiones ſunt) dicimus quod hoc verū ſit, ꝙ aquę ſuper cęlos ſint, quod & ſcriptura multis in locis teſtatur dicens

Elementata cur mixta dicantur.

Terram cur aridā dixit Moyſes.

Firmamētū quare firmamentum dicitur.

Dubium.

Solutio ſecūdum quoſdā

Solutio propria.

pſal.103. dicẽs, qui tegis aquis ſuperiora eius, ideſt cœli extenſi ſicut pellis, & *pſal. 148.* laudate aquæ omnes: quæ ſuper cœlos ſunt dominum, & benedicite aquę, quę ſuper cœlos ſunt domino, at quomodo ibi poſſint eſſe, *Dan. 3. c.* & quam ob cauſſam ibi ſint poſitæ, non eſt noſtrum ſcrutari (quamuis, & huius cauſſam aſſignet author hymni, & multi multa dicãt ſuper hoc) Magna enim modeſtia oportet, quæ dicuntur à nobis, accipi, & non vltra naturam noſtram progredi, & ſcrutari, quę ſupra nos ſunt, ſed hoc ſolum ſcire, & tenere apud nos, quòd præcepto domini productum ſit firmamentum, ſeparationem aquarum faciens, quod valeat alias ſub ſe continere, & alias in cõuexo ſuo ferre, quomodo autem ſupra dorſum eius ſint, & ſuper terga cœleſtia ſtent ſublimes, vel quam ob rationem ibi conſtitutæ ſint, Deus ipſe, qui condidit nouit, qui nihil ſine ratione, & fruſtra fecit, facit, & facturus eſt, cui nihil eſt impoſſibile, qui ſi (vt Iob ait) extendit aquilonem ſuper vacuum, & appendit terram ſuper nihili, & ligat aquas in nubibus ſuis, vt non erumpant pariter deorſum, poteſt ẽt ſuper cœli ſphæram, non vaporali tenuitate, ſed glaciali ſoliditate aquas ſuſpendere, ne labantur, quæ poſſunt dici glaciales ratione ſoliditatis, nam aqua in glaciem conuerſa, ſoliditatem acquirit: poſſunt dici glaciales propter frigiditatem, quam habent, non formaliter, ſed effectiuè, quia generant frigiditatem in iſtis inferioribus, & forſan inde eſt quod Saturni ſphæra ſit frigida, quæ deberet eſſe calidiſſima, cum ſit magna, & continens omnes planetarum ſphæras, & maximum agens motum. Poſſunt dici ponderoſæ, & fluctuantes: non formaliter, ſed effectiuè, quia fortè habent humectare hæc inferiora, quod conuenit aquis fluctuantibus, & ponderoſis. Poſſunt etiam dici vaporabiles, ideſt raræ, & tenues ratione diaphaneitatis, diaphanæ enim ſunt formaliter, licet effectiuè frigidæ, & humidæ, & comparantur à doctoribus præcipuis, aquæ illę: ſoliditati, non propter grauitatem, ſed propter ſtabilitatem, quia non fluunt, nec refluunt, nec deorſum deſcendunt, Aliqui per aquas ſupra cœlos, intelligunt cœlum cryſtallinum, quod aqueum dicitur propter diaphaneitatem, & ſimilitudinem aquę, ſicut empyreum dicitur, igneũ à claritate, & forſan in hanc opinionem veniunt, quia putant ex illis aquis factum eſſe cœlum cryſtallinum, & de eo intelligunt verſiculum, qui tegis aquis ſuperiora eius, vt ſit ſenſus, qui ſuperiora cœli, quod firmamentum dicitur, tegis aquis, ideſt cœlo cryſtallino, quod aqueum cœlum dicitur, vt puta ex illis aquis factum, quod eſt ſupra firmamentum, quod quidem ex aquis etiam factum fuiſſe creditur, & innuit magiſter ſent. nam & cryſtallinus lapis, cui magna

Firmamẽtũ continet ſup ſe aquas, ſed quam ob cauſſã: De' nouit.

Iob. 26. c.

Aquę ſuper cœli ſphęrã glaciali ſoliditate ſuſpẽduntur, & quomõ poſſint dici glaciales frigidæ, ponderoſæ, & vaporabiles.

pſal. 103.

In 2. diſt. 14

gna eſt firmitas, & perſpicuitas de aquis factus eſt, Aliqui etiã per aquas, quę ſupra cœlos ſunt, cum de eis ſcriptum ſit quòd laudent, & benedicant dominum. & tale quid nõ ſpectat (inquiunt) ad corporalia, ſed ad ſpiritualia, intelligunt angelos, & ſuper cęleſtes populos, qui benè poſſunt intelligi per aquas cum D. Ioan. in Apoc. dicat, aquæ multę populi multi ſunt, Huius opinionis videtur fuiſſe D. Auguſtinus. 13. confeſſ. c. 15. & 32. at. retractar. illam ſecundo retract. lib. c. 6 quam tenuit forſan motus: quia dicere, quod ſupra cœlos ſint aquæ corporales, videbatur eſſe contrarium capacitati humane, & ſcripturæ gentilium illi ſententię non concordabant, At nos dicimus cõcorditer, cũ omnibus orthodoxis doctoribus, quòd ſupra cœlos ſint aquæ corporales ſecundum ſenſum literalem, & hiſtorialem, non tales quales iſtæ ſenſibiles, quę ſupra cœlos naturaliter eſſe non poſſunt, ſed talis naturæ, vt ſint quinta eſſentia, & naturæ cœleſtis, & quod poſſint ſignificare angelos ſpiritualiter, & myſticè, quomodo autem ibi ſint, & quam ob rationem ibi poſitę ſint, licet multi multa dicant, & author hymni (vt dicemus) vnam rationem huius aſſignet, Deus tamen ſolus nouit, qui condidit, cui nihil eſt impoſſibile (vt diximus) quæ inuitantur ad laudandum, & benedicendum Deum ſuo modo, ſicut omnes aliæ creaturę corporales, terra, ymber, ros, glacies, & niues, vnaqueque enim clamat Deum factorem ſuum, & glorificare Deum dicuntur, nõ quòd ſint rationales creaturæ, ſed quia ab habentibus ſenſum, conſideratio earum prudenter contemplata, glorificationem perficit creatoris. *Firmans locum cæleſtibus*, vt ſit ſenſus, & os *firmans locum riuulis* cœleſtibus, & ſimul *riuulis terræ*, ideſt ſtabiliens locum aquis cœleſtibus, & inferioribus, & aquis terræ, & inferioribus hac ratione videlicet, *Vt vnda temperet flammas, ne diſſipent ſolum terræ*, Et licet vndæ nomen quandoque ponatur pro fluctu, & aquę globo in vnũ collecto, qui ſolet in mari ventis exagitato, excitari, Aliquando ponatur pro ſuperiori parte aquę, quæ per ſe non eſt aqua, ſed aqua in motu quodam, & agitatione, Aliquando pro aqua, vt pars pro toto, quo ſenſu accepit Ouidius primo metam. cum ait, & terris abſcidit vndas, ideſt aquas, vel mare à terris ſeparauit, hoc loci tamen non ponitur niſi pro aqua, vt ſit ſenſus, ad hoc enim conſtitutæ sũt aquæ ſub, & ſupra firmamentum, vt *temperent flammas*, ideſt AEſtũ, atque calorem aſtrorum, & ſiderum, & hoc, non, vt non exurant cœlos, qui incorruptibiles ſunt, & peregrinas nequaquã pati poſſunt impreſſiones, lite non concurrente in factione ipſorum, ſed amicitia tantum ſecundum empedoclem, neque enim hoc dicit authot

Pſal. 148. et Dani. 3. in cant. trium puerorum.

Apoc. 17.

Aquę corporales ſupra cœlos ſunt non tamẽ tales, quales iſtę ſenſibiles.

Vndæ nomẽ multiplex.

thor hymni(vt peſſimè illi attribuunt quidam) ſed ad hoc ne flammæ, & æſtus illorum, *diſſiparent*, ideſt conflagrarent, incenderent, & ruptum in puluerem, & in nihilum redigerent, & reducerent *ſolum terræ*, & per ſolum intellexit fundamentum, & quicquid ſuſtinet aliud, vnde aquę ſuperficies, nauis, & piſcium, dicitur ſolum, & fundamentum: Aer ſolum auium, qui illarum ſubſtentaculum, cœlum dicitur ſolum deorum, & ſtellarum, & terra dicitur ſolum ideſt fundamentum hominum, & animalium, & planta pedis, ſolum pedis dicitur, quia totam corporis molem portat, atque ſuſtentat, ſicque videtur aſſignare hymni noſtri author, cauſſam quare Deus conſtituerit aquas, ſub, & ſupra firmamentum, quã aſſignat etiam D. Baſilius dicens, adhoc ibi conſtitutas eſſe aquas, vt contẽperent calorem cœleſtium corporum, cuius accęperunt ſignum aliqui(vt refert D. Auguſtinus) nam ſtella Satutni propter vicinitatẽ ad aquas ſuperiores, eſt frigidiſſima, quę deberet eſſe calidiſſima prętacta iam ratione, Accedit ad hoc: nam ſol cum igneus ſit: præ nimio motu conuerſionis ſuæ amplius incaleſcit, cuius ignem aqua nutriri dicunt philoſophi, & è contrario elemento virtutem luminis, & caloris accipere, vnde videmus eum ſæpius madidũ, & rorãtem, & hoc ne æſtus illi, & calores, incenderent, & diſſiparent *ſolũ* ideſt fundamentum terrę, *infunde nunc*, ſenſus eſt, ò Deus, qui pijſſimus es, & cognoſcis figmentum noſtrum oramus te, *infunde nunc ſenſibus noſtris donum gratię perennis*, ideſt donum Spiritus. s. & perpetuum gratiæ munus, & hoc ad hunc effectum *ne error vetus atterat*, ideſt comminuat, & frangat nos *caſibus nouæ fraudis*, ideſt ne antiquus error, vel originale peccatum: cuius reatus licet tranſierit, baptiſmi gratia: manet tamen actus, qui ad peccatum inducit, quẽ peccatum appellat apoſtolus, ſi autem quod nolo illud facio, iam non ego operor illud, ſed quod inhabitat in me peccatum, ideſt fomes peccati, qui ad peccatum inducit, ſecundum quem, ſi operamur malum quantum ad impetus ſolum, non autem quantum ad conſenſum, non eſt mortale, ſed veniale peccatum, at ſi operamur malum, quantum ad impetus, & quantum ad consenſum, eſt mortale peccatum, vel præterita peccata, per pænitentiam non deleta, *atterant*, ideſt opprimant, comminuant nos *caſibus nouæ fraudis*, ideſt per nouas dæmonum fraudes, & inducant, attrahantque nos ad noua peccata perpetranda, vnde in profundum cum peruentum fuerit omnia contemnamus, ſicque ſequetur nos ignominia, & opprobrium, vt Salomon ait *Lucem fides inueniat*, sensus eſt, dona nobis ò Deus hanc gratiam, *vt fides noſtra inueniat lucem*, ideſt veritatem, qua

Solum terrę fundamentum eius eſt & quicquid ſuſtinet aliud ſolũ dici poteſt.

Rom. 7. c.

Pro. 18. c.

qua iuuenta, *ſic inuentæ lucis*, & *luminis*, ideſt veritatis, *iubar*, ideſt ſplendorem, & radios *ferat*, vt veluti ſol, & lucifer, qui ad modũ iubatis radios dirigunt, ob quod iubati videntur, & ipſa etiam iubata videatur, ideſt criſtata, & ceruicibus erecta, *Vt vana cuncta terreat:* ideſt cunctis vanis, quibus vani reduntur ſenſus hominum, timorem incutiat, & talem, vt fugiant, non ſecus ac animal venantiũ metu territum fugit, & tonitru, ac fulgure ſuo, totum terreat vanitatum orbem, ac ſuperſtitionum, & ſic appareat vera, & ſincera. i. ex toto ſalua, abſque macula, & ſine flexibilitate, pura, conſtans, firma, munda, & ſine vitijs, & operibus corruptionis, *vt eam nulla falſa*, vel dogmata, vel hæreticorum figmenta, prauitates, fabulationes, & non ſecũdum legem domini, vel dęmonum perſuaſiones, & tentationes, *comprimant*, ideſt conculcent, opprimant, vitient, eique vim faciant. Amen. *pſal.* 118.

Hymnus ad matutinum tertię feriæ. Conſors paterni &c.

SEquitur expoſitio hymni, qui dicitur feria tertia, ad nocturnum matutinum. *Conſors paterni luminis &c.* in quo author (quicunque ſit ille) inuocat filiũ Dei, vt ſicut nos quãdo ſurgimus, ſurgendo, & canendo rumpimus noctem, ſic Chriſtus ſurgendo in nobis per gratiam, rumpat noctem peccati, & auferat à nobis tenebras, ideſt cecitates mentium, fugat cateruas dæmonum, & tandem expellat ſomnolentiam, ne pigritantes obruat. Ait ergo. *Conſors paterni luminis &c.* ſenſus eſt, ò Chriſte *conſors*, ideſt ęqualis, eiuſdem ſortis, conditionis, ſimilis per omnia eiuſdemque naturę, *Paterni luminis*, i. deſt cum lumine patris, es. n. vnum lumen cum eo, non obſtante quod ſis, & diceris, & pręd icatis lumen de lumine: vel *paterni luminis*, ideſt cum patre luminũ, ſic. n. appellat patrẽ D. Iac. in canon. ſua. *lux ipſe lucis, & dies*. i. qui es, ipſe pro tu, lux lucis, ſine quo lux ipſa diurna non eſſet, niſi fultis obuoluta tenebris, *& dies*. ſine quo, dies quem ſol corporalis illuſtrat, nox eſſet, vel qui es, ipſe tu, *lux lucis*, ideſt lux de luce, & lumen de lumine paterno emanans. *Et dies myſtica*, ideſt ſpiritualis lux, & claritas mundi, qua illuminatur homo in hunc mundum veniens ita vt non offendat, & impingat, quaue manifeſtatur Deus, hinc in Euangelio Sancti Ioan. dicitur, Deum nemo vidit vnquam, ſed ipſe filius, qui eſt in ſinũ patris enarrauit nobis, & alibi, pater manifeſtaui nomen tuũ hominibus quos dediſti mihi, ipſe. n. eſt, qui pfectè patrẽ nouit, & p eius reuelationẽ manifeſtat etiã nobis *Iac.* 1. c. *Ioan.* 1. c. *Ioan.* 17.

Matt.11.c. ipſo dicente, Nemo nouit patrem niſi filius, aut cui voluerit filius reuelare. *Noctem canendo rumpimus*, ſenſus eſt, oramus, *aſſiſtas poſtulantibus*, & petentibus, vt ſicut nos *canendo, & laudando te rumpimus*, ideſt fugamus, & expellimus *noctem* videlicet corporalem, ſic tu *rumpas*, ideſt pietate tua, auferas, expellas à nobis noctem peccatorum: errorum: ſuperſtitionum, & directione lucis tuæ perueniamus ad veri, viui, & ſummi Dei agnitionem: propulſatis tenebris mentium noſtrarum, quas non ſolum oramus, vt auferas, & propulſes, ſed *vt fugas cateruas*, ideſt multitudinem dæmonum, & aduerſantium, ne decipiant, & præualeant contra nos], qui cateruarij, & cateruatim conglobati veniunt, currunt, & diſcurrunt cōtra nos, & tamquam Leones rugientes circumeunt, quęrendo nos, vt deuorent, & quia vigilare ſuper his monuit D. Petrus, & nos ſomno dediti ſumus: oramus, etiam vt *expellas* à nobis *ſomnolentiam*, vel corporalem, quę fugienda eſt in omnibus operibus noſtris, & pręſertim in officijs diuinis celebrandis, ne *pigritantes*, ideſt ignauos, & ſegnes, *obruat*, ideſt ſubmergat, & cōfuſione cooperiat nos, ac ſternat, vel ſpiritualem vt ſit ſenſus, *expellas*, oramus à nobis *ſomnolentiam* animi videlicet, & cordis pigritiam, & ignauiam, & concedas ſolicitudinem, & fortitudinem, vt poſſimus reſiſtere dęmonibus, & aduerſarijs cum vigili, & excitato corpore, vigil animus etiam Deo exhibendus eſt, & hoc ne *pigritantes animo, obruat*, vel ſomnolentia, vel dæmon aduerſarius, *Sic Chriſte nobis omnibus &c.* vt ſit ſenſus, oramus te domine Ieſu Chriſte, *ſic nobis omnibus* credētibus te eſſe conſortem paterni luminis, *indulgeas*, ideſt peccatorum veniam concedas, ac dones, parcas, & remittas noxas, & culpas, *vt exorantibus nobis proſit*, ideſt vtile ſit, & proficuum, quod *præcinentes pſallimus*, ideſt huius hymni cantus, quem ante alia, & ante pſalmos præſertim cantamus in principio matutinalis officij, & *proſit* quoad meritum condigni, ſcimus enim quod opera extra charitatem (quam excludunt peccata mortalia, & includit peccatorum remiſſio) facta, & ſi valeant ad temporalium conſecutionem, & diſpoſitionem ad gratiam, & ad aſſuetudinem bonorum, (quod attendēs vir quidam pius ait, Pars modica temporis fœnerata Deo, non ſolū ipſa non deperit, ſed cum magnis ab eo rependitur incrementis, & hoc ex merito congrui, ſunt enim actiones per quas efficitur, vt ſit debitum dandi in dante ſecundum decentiam ipſius, Decet enim diuinam bonitatem, vt vbicunque inuenerit diſpoſitionem, adiiciat perfectionem) non valent tamen vt meritoria ſint merito condigni: neque æterni, neque temporalis alicuius boni apud Deum, cū non ſint

1.Pet.5.c.

Somnolētia duplex, corporalis, & ſpiritualis.

Opera bona extra charitatem facta iuuant decōgruo.

ſint actiones per quas efficitur, vt agens ipſe habeat meritum recipiendi ex debito aliquod illorum, quod efficit in agente ſola charitas, & ideo oramus, vt Deus per Chriſtum *indulgeat*, parcat, gratis concedat, & remittat nobis peccata, quorũ remiſſio cum includat gratiã, & charitatem, prodeſſe poterit profectu meriti ex condigno, & quo ad temporalia, & quo ad æterna: quod præcinẽtes pſallimus. idest hymnus, quem præ, ideſt ante pſalmos cantamus in matutinali officio huius tertiæ feriæ. Amen. *Opera bona ex charitate facta, iuuãt de cõdigno.*

Hymnus ad laudes feriæ tertię. Ales diei nuncius.

SEquitur expoſitio hymni, qui dicitur ad laudes matutinales feriæ tertiæ. *Ales diei nuncius*, cuius author fuit Prudẽtius, in quo exemplo alitis, ideſt galli excitantis nos, vt ſurgamus cum proxima iam ſit dies, explicat, & Chriſtũ excitatorem mentium excitare nos, qui prenunciat nobis aſſidua ſcripturarum admonitione, vt à ſomno peccati ſurgẽtes vigilemus: & excitatorem audiamus, qui nos ad vitam vocat, & patefacit ꝙ iã in proximo venturus eſt, & quia peccatis noſtris ſic exigentibus: nõ ſolum cuſtodes angelos abigimus, & procul facimus à nobis, ſed & cuſtodientium cuſtodem, de quo pſaltes, niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam, Hortatur vt Chriſtũ vocibus flebilibus ſtudeamus ad nos vocare, & tandẽ orat, vt Chriſtus pietate ſua diſcutiat à nobis ſomnum, rumpat vincula noctis, ſoluat peccatum vetus, & lucem gratiæ nouã ingerat. Ait ergo *ales diei nuncius &c.* ſenſus eſt, ſicut ales ideſt gallus, qui ales dicitur (ſicut, & volucris quælibet) ab alijs gerendis, quia alas habet, & alis alta conſcendit, *Nuncius diei, præcinit*, ideſt ante canit, & prænunciat, *lucem propinquam*, & cum proxima ſit iam dies, excitat nos, vt ſurgamus, è lectulis corporalibus: ſic Chriſtus, qui & *ales* ipſe etiã aptè dicitur, ideſt velox *mentium* in peccato dormientium, *excitator* eſt, ſicut enim vigilia mentium, exercitium eſt bonorum operũ, & virtutum, ſic earundem ſomnus læthalis, & læthargus, vitia, & peccata ſunt, quæ ducunt nos in obliuionem omnium bonarum rerum, qui quidem Chriſtus excitator nedum *vocat nos* exterioribus per ſcripturam, & prædicatores, & interioribus vocibus ſtans ad noſtri cordis oſtium pulſans, & petens, vt ſibi tres illos panes accõmodemus, contritionem cordis, confeſſionem oris, & ſatisfactionem operis, & hoc non aliud eſt quam vocare *nos ad vitam*, venit enim, vt illam habeamus, & abundantius habeamus, ſed clamat intenſis altis

pſal. 126.

Chriſt⁹ ales et uelox mẽtiũ dormientium excitator eſt.

Ioan. 10. c.

altis, & propenſioribus vocibus, non ſecus ac gallus in profundioribus noctis partibus, & quid dicit? *Auferte*, ò deſides *ſopore*, ideſt ò pigri, ocioſi ſedentes, & nihil boni agentes, dulci ſopore languidi, *Auferte*, relinquite, dimittite *lectulos ægros*, ideſt corpora, quæ ſunt animæ lectuli, *Ægra*, ideſt immunda per peccatum, vel *ægra* ideſt infirma ab effectu, quia animam reddunt infirmam, peccata enim ſunt infirmitates, & ægritudines animæ, quas anima ſortitur ex vnione ad corpus, & ad carnem, ex cuius corruptione, cum infunditur anima maculatur, ex carne enim contrahit anima concupiſcentię vitium, nō ex ſe, & manet in carne, non quod caro ſit ſuſceptiua culpæ formaliter, ſed cauſaliter, per carnem enim cui anima eſt coniuncta informatiuè, cauſari poteſt in anima defectus, qui ſibi imputatur ad culpam, neque enim originale peccatum eſt in carne, vt culpa, nec vt poena, ſed vt defectus quidam, deficit enim caro ab illa diſpoſitione, vt ſit diſpoſita ad ſuſcipiendum animam cum illa pulchritudine, quę eſt originalis iuſtitia, & ideo recipit eā cum carentia eius, ex qua carentia dicitur contrahere peccatum originale, & manet in carne, non quod in anima non ſit, ſed quia per corruptionem carnis in anima eſt, hinc rectè D. Paulus ſcio, quia non habitat in me (ait) hoc eſt in carne mea bonum, ſed benè vitiū quo inficitur anima, peccati enim cauſſa in carne eſt, non ex anima, quia caro ex origine carnis peccati traducitur, cuius ratione fit cauſſa peccati, anima verò non traducitur, & ideo in ſe cauſſam peccati non habet, ſed benè caro, in qua dignoſcitur eſſe vitium, quia anima illi vnita maculatur, ſicut in vaſe dignoſcitur vitium eſſe, quum vinū inſuſum in eo aceſcit. Animæ igitur ęgritudines peccata ſunt: quas anima ſortitur ex vnione ad corpus, quod quidem ſi ſanum eſt, & anima ſana in corpore ſano, at ſi ægrum, & ipſa ægra efficitur in corpore ægro, cuius conſortio maculatur peccato. Et benè corpora noſtra, lectuli ægri dicuntur, tum quia in eis veluti in quibuſdam lectulis iacent animę peccatrices, tum quia reuera ægra ſunt, & infirma, vt pote ex primi hominis corpore per peccatum corrupto, traducta, vnde non mirum ſi non ſecus grauius agitemur, ac qui morbo corrupti ſunt, tum quia: ſicut quięger eſt non probè ſuis actionibus fungitur, ſic corpora noſtra infirma, & ægra per peccatum, non probè ſuis actionibus funguntur, ſed ſemper nituntur in vetitum, cupiuntque negata, & ſæuo ſenſualium amore ſauciata, concupiſcunt aduerſus ſpiritum, & rationem, quæ ſemper (etiam gentilium conſenſu) deprecatur ad optima, Et quid eſt auferte lectulos ægros? an poſſunt

Originale peccatū quo modo dicitur eſſe in carne.

Rom. 7. c.

Corpora noſtra lectuli ægri dicuntur, & quo modo.

ſunt forſan in hac vita, & lachrimarum valle corpora noſtra ab omni labe, & fœditate purgari? verum vtique eſt, quod baptiſmi myſterium duobus compleatur, aqua videlicet, & ſpiritu, & quod ibi duo purgentur, anima à reatu, & caro ab illa contagione, ſed non ita, vt totaliter extinguatur, gratia enim collata in baptiſmo: minuit quidem concupiſcentiam, & quanto magis augetur, magis minuit, ſed nunquam ſecundum modum quem videmus poteſt tantum augeri, quod omnino eam tollat, minui quamdiu viuimus poteſt, finiri non poteſt, quiſque enim experitur: quod non tantum pturitus coitus ſit in paganis, id quod palàm fecit dido, quum ait: ſolus hic inflexit ſenſus:animumq; labantẽ impulit, agnoſco veteris veſtigia flammæ:qua agitata Medea apud poetã dicebat, video meliora, & probo, deteriora ſequor, ſed etiam in chriſtianis, vnde D. Paulus ad Rom. non quod volo (ait) bonum hoc ago, ſed quod odi malum illud facio, & licet tollatur ita, vt amplius vim non habeat, vt ſit cauſſa originalis peccati in baptizato; remanet tamen, vt ſit cauſſa originalis peccati in prole, nam & ſi tollatur à parente: vt ſingularis perſona, non tamen vt principium eſt alterius perſonæ, remanet etiam fomes ille, tirannus, languor naturæ, lex carnis in membris, quam peccatum in ſe inhabitans appellat apoſtolus, in certamine, & ad exercitium, & quid eſt igitur quod clamat Chriſtus auferte lectulos ægros? Reſpondeo: ſenſus verborum eſt, ſurgite à paccato in quo deſides, & ocioſi veluti in quodam poenoſo lecto iacetis, & in quo læthargo ſomno dormitis, & caſti, recti, ac ſobrij, vel caſtè, rectè, ac ſobriè vigilate, & ſobrij ſitis, qui enim ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt inquit Diuus Paulus, vos autem: qui diei eſtis ſobrij ſitis, *Quia ego iam ſum proximus*, reddere videlicet vnicuique propria corporis, pro vt geſſit ſiue bonum, ſiue malum, ſum enim Deus non de longè, ſed de prope, & propior eſt veſtra ſalus, quam quum credidiſtis: hinc eccleſiæ in officijs aduentus monet propè eſt iam dominus venite adoremus, & D. Paulus dominus enim propè eſt. Vel ſenſus eſt *auferte lectulos ægros*, ideſt agite, vt non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius, vt non exibeantur membra veſtra, arma iniquitatis peccato, ſed exibeantur arma iuſtitiæ Deo, facite vt quod manet in vetuſtate carnis, tanquam ſuperatum, & peremptum, illicito conſenſu non reuiuiſcat, & in regnum proprium, dominationemque reuocetur, & certè non fiet, ſi ſicut vſque huc exibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ſic ex nunc

Non ſolum in paganis, ſed in chriſtianis eſt ſomes.

Rom. 7. c.

Ibi.

1. The. 5. c.

2. Cor. 5. c.

Rom. 13. c.

Philip. 4. c.

Rom. 6. c.

nunc exhibeatis membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationē, & caſti, recti, ac ſobrij, vel caſtè rectè, ac ſobriè vigilabitis in operibus iuſtis, rectis, ac ſobriis, qui antea deſides, & ocioſi fuiſtis in iſtis & ſoliciti in operibus laſciuis, obliquis, & ebrioſis, & certè deberetis hoc ipſum facere, Nam iam ſum proximus, ideſt de proximo venturus ad iudicium, in quo reddam vnicuique ſecundum opera ſua. *Ieſum ciamus*, ſenſus eſt, & quia hęc ipſa per nos ipſos facere nequimus, niſi auxilio eius adiuti, qui Ait. ſine me nihil pot eſtis facere, & alibi nemo venit ad patrem niſi per me, ſubdit author hymni monens quemquam noſtrum. *Ieſum ciamus*, ideſt ad nos vocemus *vocibus*, & præcibus *flentes*, ideſt vbertim lacrymas fundentes: inter flere enim plorare, plangere, lugere, & mœrere hoc intereſt, quia Męrere eſt cum ſilentio dolere, lugere, eſt cum aliquibus dictis miſerabilibus, & habitus mutatione flere, Plangere eſt cum lacrymis pectus, & faciem tundere, Plorare eſt cum voce flere, & flere eſt vbertim lacrymas fundere, & lacrymis fluere, & nō ſolum fletibus, & lacrymis debemus Chriſtum aduocare, qui peccatis noſtris exigentibus: quibu ſipſum contriſtauimus: receſſit à nobis cū Spiritu. s. ſuo, qui in animas ſanctas ſe transfert, ſed præcibus rogare ipſum *ſobriè*, ideſt ſine omni fęditate, & contagione ebrietatis, quod non ſolent, qui nec Deum, nec homines reuerentes, nec illis honorem debitum referentes & diuinam maieſtatem nihili facientes, quum orant, & ſtando, & ſedendo in ſtallis, in choro, extra chorum, vultibus, geſtibus, nutibus, oculorum, cachinnis, ructibus, ventris turpibus ſonis, quos ſtoici æque liberos, ac ructus (aiunt) eſſe oportere, ventoſis per os afflationibus aſſiduis (ac ſi non aliud facerent quàm anethum comederet quod ſolet ructus mouere, tormina ideſt inteſtinorum dolores ſedare, & ſingultus cohibere. ſecundum Plin.) crebris cruoribus ore ructatis, neruorum intēſionibus, & extenſionibus, quæ cruditatis ſigna ſunt omnia, & cibi, & potus in ſtomacho malè concocti, vociferationibus, & oblatrationibus, verbis obſcænis, deambulationibus, & diſcurſionibus, Deum inhonorant, & proximum ſcandalizant, ideſt facto illi occaſionem ruinæ dant, vel cadendi, Hoccine eſt (ò boni) ſobriè rogare Deum? nō eſt mirum ſi petimus, & non accipimus eo quod malè petamus: ſicine tractatur domus Dei, quam decet ſanctitudo? ò ſi nunc temporis ingrederetur ad nos, vt olim fecit apud ſynagogam, certè non vnum faceret flagellum de funiculis, ſed plures: & è templo ſuo nō vendentes tantum, & ementes eiiceret, ſed & eos, qui non ſunt cōtenti facere domum ſuam domum mercatus, & ſpeluncam latronum,

pſal. 61. *Ioan. 15. c* *Ioan. 14 c.* *Interflere, plorare, plāgere, lugere & mœrere quid interſit.* *Sap. 7. c.* *Abuſus in orando.* *Iac. 4. c.*

num, ſed domum omnis inhonorationis in quâ multo plures abominationes peſſimè fiunt, quàm, quę deſcribũtur in Ezech. ſiccine cor noſtrum, & caro noſtra exultant in Deum viuum? nec audimus ad nos verba illa dirigi, quid eſt quod dilectus meus in domo mea facit ſcelera multa? reboant in ore omnium verba illa Domine Domine, & Abba pater, & nihili facimus ipſum in Malach. dicere,& ſi ego ſum pater vbi eſt honor? & ſi ego ſum dominus vbi eſt timor meus? ò ſi infelices ſunt, qui cum Rachel, ſub ſtramine cameli abſcondunt idola laban: id eſt ſub aſpero religionis habitu abſcondunt cupiditatem, & auaritiam, quæ eſt ſimulacrorũ & idolorũ ſeruitus: quid de eis, qui palàm abominationes faciunt? reuertamur ergo, ad dominũ, & ſi receſſit à uobis multum, quia peccauimus multum, receſſit vt pater, appropinquauit, vt iudex, eia agite, lacrymis, & gemitibus vocemus illum ad nos ſobriè, & videbimus, quòd qui iudex erat quũ peccatis dediti eramus: pater efficietur ſi benè egemus. *Intenta ſupplicatio &c,* ſenſus eſt ſecundum aliquos, debemus rogare Deum ſobriè, vel ſobrij intenta ſupplicatione, ideſt ſolicita, & attenta, humilique oratione, nam talis oratio ſi perfecta eſt, *vetat.i.* pręcipit *cor* hominis *dormire mundum,* ideſt purum, & ſine aliquo mortali peccato: terrenaque contagione, & eſſet bona interpretatio (quamuis non ad mentem authoris hymni, qui non intendit cor hominis debere dormire, ſed potius vigilare) ſi non ſumeret rectum caſum: pro ſeptimo caſu, & verbum veto: pro præcipio, vetare enim idem eſt quod prohibere, & ne quid fiat præcipere, & imperare, vnde aptior verborum ſenſus eſt, *intenta,* ideſt ſolicita, & attenta, humilis *ſupplicatio,* & ad Deum mentis eleuatio, *vetat,* ideſt prohibet pręcipit, & imperat, vt cor hominis mundum, ideſt purum, & à cõtagione ſecretum, non dormiat, ſed potius, vt vigilet, etiam ſi corpore dormiat, ſicque imitetur Deum ſuum, qui ait ego dormio, & cor meum vigilat, ò beati qui audiunt Deum, & vigilant ad fores ſuas quotidie, & obſeruans ad poſtes oſtij ſui, iuſtus cor ſuum tradit ad vigilandum diluculo (ait) hebræus ſapiens, & vigilare debet, non ſuper iniquitate, nam tales ſecundum Iſaiam, Succiſi ſunt, ſed in orationibus (vt D. Petrus monet) vigilate (ait Chriſtus) omni tempore orantes, vigilate (ait alibi) & orate ne intretis in tentationẽ, infelices quibus dicet Chriſtus non potuiſtis vna hora vigilare mecum? beati qui vigilant, & cuſtodiunt veſtimenta ſua ne nudi ambulent, & videant turpitudinem eius. beati ſerui, quos quum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Et quia noſtrum non eſt vigilare, & diſcutere ab oculis noſtris corporalibus, & ſpiritualibus ſomnum,

Ezech.8.c *Pſal.83.* *Hier.11.c.* *Malach.1.c* *Gen.31.c.* *Col.3.c.* *Cant.5.c.* *Pro.8.c.* *Eccl.39.c.* *Iſai.29.c.* *1.Pet.4.c.* *Luc.21.c.* *Mar.14.c.* *Matt.26.c.* *Apoc.16.c.* *Luc.12.c.*

ſed

ſed munus Dei eſt : ideo hymni author ſubdit. *Tu Chriſte ſomnum diſcute*, & licet verbum hoc; diſcutio, ſignificet propriè id quod eſt

Quid ſignet verbum diſcutio.

in diuerſas partes quatio, cóncutio, & deiicio, tamen hic pro remoueo ſumitur, vt ſit ſenſus, tu Chriſte ſomnum, vel corporalem, vel ſpiritualem *diſcute*, ideſt remoue ab oculis, & corporalibus, & mentis noſtrę, in quo toti quandoq; dormimus, ac per hoc videturꝙ ſomnus noſter non ſit quies laſſi, ſed ſepultura corporis ſuffocati, non reparatio, ſed. ſpiritus extinctio, nam quantum ad debitum continui profectus: nihil temporis tam perit de vita noſtra, quàm quod ſomno deputatur. *Tu rumpe noctis vincula*, ideſt peccata quibus veluti quibuſdam funibus: viminibus, & vinclis religamur, & veluti

Pro. 7. c.

ſtulti trahimur, & ignoramus, in nocte magis, quàm in die, vt poſſimus dicere cum Dauid, dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo ob

pſal. 115.
Hier. 30. c.

id hoſtiam laudis, & ad te verba dirigimus, quia tu dixiſti per prophetam tuum, conteram iugum tuum de collo tuo, & vincula dirumpam. *Tu ſolue peccatum vetus*, quod ſi per peccatum vetus intelligere volumus originale peccatum, vel fomitem, tyrannum, & naturæ languorem (de quo ſupra) verbum *ſolue* eam ſignificationem puto habere, vt ſignificet nobis idem quod molleſcere, & miteſcere, vnde ſicut de cera dicitur ꝙ igni, vel ſole ſoluatur, & de hyeme dixit Hor. ſoluitur actis hyems, ideſt molleſcit, & miteſcit, ſic de concupiſcentia, quæ veteris flammæ veſtigium eſt, quæ quandiu viuimus quotidie minui poteſt, finiti non poteſt, dicitur *ſolue*, ideſt fac vt gratia tua, ò Chriſte molleſcat, & miteſcat languor ille, & tyrannus: quo inclinamur ad peccatum actuale mortale : At ſi per peccatum vetus volumus intelligere peccatum, ꝙ nondum pęnitentia deletū eſt, quod quidem ſuo graui pondere ad aliud trahit, verbum, ſolue, ſignificabit nobis idem quod liberare, diſcutere, & ſatisfacere, vt ſit ſenſus, tu ò Chriſte *ſolue peccatum vetus*, ideſt antiquatum in nobis, nec dum per pænitentiam dilutum, quod nedum propè interitum duxit nos, ſed traxit in mortem, diſcute remoue: à nobis, libera nos ab illo, oſtende te ſatisfeciſſe pro illo, debitūq; reddidiſſe, vel *ſolue*; ideſt diſſolue *peccatum vetus*, quo per multum temporis religati fuimus. *Et ingere nobis nouū lumen*, ideſt mitte, importa, infer,

Concupiſcētia dicitur peccatū vetus.

Gratia Spiritus. s. dicitur nouū lumen, & quare.

porrige lumen nouum, ideſt gratiam Spiritus. s. quæ nouum lumē dicitur, eo quoniam à nobis aufert vetuſtatem peccati, & nouos facit homines, quibus dicitur: deponite veterem hominē, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris, renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus

Eph. 4. c.

eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis, & expoliantes vos veterem hominem

minem

minem cum actibus ſuis, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitione Dei ſecundum imaginem eius, qui creauit illum, (Et ad te ò Chriſte verba dirigimus, quia & nec hoc vllo pacto ſcimus effici poſſe ſine tuo auxilio,) & gratia. Amen. Coloſ. 3. c.

Hymnus ad veſperas tertiæ feriæ. Telluris ingens conditor &c.

SEquitur expoſitio hymni, qui dicitur ad veſperas tertiæ feriæ diebus ferialibus. *Telluris ingens conditor &c.* in quo author (quicũq; is fuerit) laudat Deũ ab opere tertiæ diei, & tandẽ orat, ac deprecatur, vt gratiæ ſuæ toto expurget mẽtẽ noſtrã à peccatis, & illa *reuireſcat*, quæ vitiorũ ac peccatorum æſtu valdè vſta eſt, ſicq; fletu, & exitu aquarum ab oculis malefacta diluat, prauos motus atterat: iuſſis diuinis obtẽperet, nullis malis approximet: bonis gaudeat repleri: & tandẽ actũ mortis neſciat. Ait ergo. *Telluris ingens conditor*, ſenſus eſt, ò factor, & *ingens cõditor telluris:* nõ ſolũ magnus, ſed ingens, plus. n. eſt ingens: quã magnus id eſt cõſtans, fortis, & immenſus, creator elementi terræ, quæ licet in principio, ſecundũ ſe facta ſit, & creata cũ cœlo: obuoluta tamen aquis, & tenebris, quibus tenebris obuoluta erat etiã aquarũ facies, quã Moſes appellat faciem abyſſi, quibus omnibus tãquã quibuſdã velaminibus operiebatur, inculta, inanis, vacua, informis incõpoſita; & inuiſibilis erat, at tertio die diſcooperta aquis, quę erãt ſub firmamento: quas iuſſit coire deus in vnã matricẽ: in locũ vnũ; & in congregationẽ vnã: apparuit, & viſibilis facta eſt, & quæ prius aquis cooperta: limoſa: inanis, & vacua erat, & germinibus inepta: & incõpoſita: facta eſt aquarũ diſgregatione arida germinibus: apta: .i. cõpoſita: & arboribus, & plantis coniuncta, & hoc eſt quod ait hymni author, *Mundi ſolum, qui eruens, vel exuens, pulſis aqua moleſtijs, terrã dediſti immobilẽ*, ſenſus eſt, qui *pulſis moleſtijs aquę*, quæ nimiũ moleſtæ erant, inter ſe cum eſſent confuſæ: vel quæ terram infeſtabant: inquietabant: turbabant, reddentes illam limoſam: & germinibus ineptã, quibus cũ eſſet cooperta: videbatur ſibi nõ aliud, quam tunica moleſta puniri, (Moleſta enim olim illa tunica dicebatur, quæ alimentis ignium illita, & intexta erat, qua reos in pœna induebant antiqui) *Mundi ſolum eruens*, id eſt firmamentum mũdi, quod eſt terra, *eruens*, id eſt in apertum ducens, quod prius erat aquis obrutum: & coopertum, ita vt non appareret, vel *exuens* (vt habent alij tex.) ſolum mundi, id eſt terram deſpolians aquis, quibus veluti quibuſdam velaminibus, & amictis, & veluti inepta, &

Aquarũ faciem appellat Moyſes faciem abyſſi.

inculta quadam veſte, amiciebatur, veſtiebatur, & obtegebatur,
pſal. 103. abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius (ait Dauid) quorum ratione
decora facies eius apparere non poterat, vt & capilla in ſiccū eluc
Gen. 1.c. prorumperet, quod & *Moſes* ait, vidit Deus quod eſſet bonum, &
tunc pepulit, & abegit à terra (non ſumendo terram pro toto ele-
mento quod factum eſt in principio) ſed à terra habitabili, aquæ
Gen. 1.c. moleſtias, cum tertia die (ait Deus) congregentur aquæ in locum
Iob 26. c. vnum, & in fortitudine illius repente congregatæ ſunt (Iob in quit)
pſal. 103. per cuius increpationem, & iuſſum fugerunt de loco in locum, quæ
moleſtæ erant non ſolum terræ, ſed alijs elementis, ita.n. rauæ erant
& nebuloſæ, quod cooperiebant totam terram habitabilem, inficie
bant totum aerem, & aliquam partem ignis, at illis in locum vnū
congregatis, & apparente arida, omnia apparuerunt diſtincta, *Ter
ram dediſti immobilem*, quę prius aquis coopetta limoſa erat, appa-
ruit arida, & facta eſt mundi ſolum immobile, ita vt ſuo loco fixa
perpetuò quieſcat, Dices, à quo? Reſpondet author hymni, à con
pſal. 42. ditore ingenti, cuius reſponſio conſonat dictis Dauid, qui ait,
pſal. 103. Deus firmauit orbem terræ, qui non commouebitur, & alibi qui fun
daſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam non inclinabitur in ſeculum ſe
culi, cuius partes, & ſi extra locum exiſtentes agitabilitatem habe-
re poſſint, ipſa tamen in propria ſede, ac regione immobilis, ac ſtās
Eccl. 1.c. perſeuerat, hinc ſapiens Solomon, ait terra autem in æternum ſtat,
& ſtat ſuper ſtabilitate, ſuper quam fundata eſt, immobilitas enim
Dubium. eius eſt ſtabilitas, & fundamentum ipſius. Dices quomodo im-
pſal. 135. mobilis eſt terra, & ſtabilis: cum ſecundum quod dicit ſcriptura,
Solutio. Deus fundauit eam ſuper aquas? & iſtæ labiles ſint, & fluibiles? Re
ſpondeo quod non dicit ſcriptura terram fundatā ſuper aquas, ita,
vt aquarum pondus quaſi ſubiectum eſſe quis putet ponderi terræ
naturali ordine, nam elementorum omnium fex, & infimum, terra
pſal. 103. eſt, non aqua, & de aqua dicitur abyſſus ſicut veſtimentum amictus
Terra ſuper eius, ſunt enim aquæ, vt cooperimentum, & pallium terræ, non vt
aquas quo- ſubiectum, ſed debet intelligi dictum illud myſticè: primo, vt ſit
modo dici- ſenſus, fecit Deus cælos in intellectu, & fundauit terrā ſuper aquas
tur fundata ideſt ſapientes fecit vt vigerent intellectu, & ſapientia. in his enim
minimum de fortuna cum ſit, oportet ſit plurimum de intellectu,
terram autem: ideſt ſimplices fundauit ſuper aquas baptiſmales, vn
de habent firmitatem, ſecundo vt ſit ſenſus literalis, fundauit terrā
ſuper aquas, quia ex fundamento ſuo, habet aliquas partes altiores
aquis, & ordinauit Deus, vt terra in aliquibus partibus ſuperemi-
neat aquis, vt homines viuere poſſent ſuper terram, nec hoc eſt cō

ita naturam vtriuſq; (vt putant quidam) vel vt ſit ſenſus: fundauit
terram ſuper aquas, ideſt vltra aquas, & pluſquam aquæ, quia eſt
ſolidior, & firmior aqua, & hæc expoſitio literalis potiſſime habet
veritatem, quia iſtam ſoliditatem, & firmitatem non poteſt habere
terra, niſi per aquas, vt quia eſt conglutinata per humidum aqueum,
nam humidum per ſe, non eſt ſtabile: quia non eſt benè terminabi
le termino proprio, & ipſum ſiccũ ſine humido, totum eſt puluis,
conglutinatum autem ſiccum per humidum, fit ſtabile, & ſolidum,
terra ergo fundata eſt ſuper aquas, non quantum ad natationem, ita
vt aquæ ſupportent eam, ſed quantum ad admixtionem, quia admi
xta aquis, dicitur habere ex hoc quoddam fundamentum, quia ha-
bet inde quandam ſoliditatem, & firmitatem, & ex grauitate ſua ha
bet illum locum, quod ſit in centro, & in medio, nam grauiſſimum
omnium eſt, quod in medio, & ita vt non declinet ab illo in ſeculũ
ſeculi, ſed ſemper ſic in æternum ſtet, & non ab alio hoc habet, ex
quo exponi poteſt alia ſcriptura, quæ dicit terram appenſam ſu- *Iob. 26.*
per nihili, pro quanto nihil, & aliud à terra: quod ſuſtineat eam,
ſed de ſe competit terræ, locus quem habet. Et ſi dices quis eſt ille lo *Dubium.*
cus, in quo iuſſu Dei congregatę ſunt aquæ? Reſpondeo in matri- *Solutio.*
ce, ideſt in toto illo ſpatio circa terram, vſq; ad ſummitatem gibbo
ſitatis eiuſdem, quod poteſt dici concauitas quædam, matrix enim
aquarum, terrę concauitates ſunt, vbi omnes aquę concurrunt, vt *Locus ĩ quo*
iterum fluant, quam communi nomine vocamus Oceanum, vbi *iuſſu dei cõ*
eſt Mare magnum, qui locus eſt medius inter terram, vnde aſcen- *gregatę ſũt*
dunt aquæ, & inter aerem, vnde deſcendunt, quæ & ſi deſcendant *aquę, ma-*
ab aere, & ſint ſituatæ inter terram, & aerem, non tamen ob id coo- *trix eſt quã*
periunt terram, & hoc tum propter gibboſitatem terrę, quę quidẽ *cõi nõie vo*
gibboſitas eſt altior, quam alia reliqua terra, in cuius ſumitate eſt *camus Ocea*
terra habitabilis, & hæc ſupereminet aquis, deditq; Deus terræ illã *num, vbi ẽ*
gibboſitatem, quã non poſſunt cooperire aquæ, cum ſupereminent *mare ma-*
eis, cuius ratione dicitur Deum fundaſſe terram ſuper aquas, vt ho *gnum.*
mines, & animalia reſpirantia poſſent habitare in illa, tum quia *pſal. 135.*
aquę, quę prius rariores erant, & totam terram cooperientes, con-
gregatione facta, iuſſu: & increpatione Dei, factæ ſunt ſpiſſiores,
& denſiores, ac per hoc non occupantes tantum locum, ſed minorẽ,
ob quod remanſit pars terrę diſcooperta aquis, quibus etiã præbuit
terra ſubſidens concauitates ſuas, in quibus aquarum congregatio-
nes (quas appellauit Maria, vel mare magnum) receptæ ex tunc fue
runt, quibus poſuit terminum iuxta ſententiam Dauid (claudendo *pſal. 103.*
Oceani aquas litoribus) quem non traſgredientur (ſed manebunt

M 2 con-

concluſę intra terminos ſibi deſtinatos) neq; conuertentur operire terram, quantumlibet augeantur, & eleuentur, de quibus apud Iob:
Iob. 38. c. quis concluſit oſtijs mare, quando erumpebat quaſi de vulua proce dens? ego(ait dominus) qui circumdedi illud terminis meis, & po ſui vectem, & oſtia, & dixi vſque huc venies, & non procedes am-
Prou. 8. c. plius, & apud Solomonem dicitur, quando circumdabat mari ter- minum ſuum, & legem ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos, &
pſal. 32. apud Dauid, congregans ſicut in vtre aquas maris, ponens in theſauris abyſſos, quas ſententias libenter adducimus, non quod velimus tenere eorum ſententiam, qui dixerunt iuſſu Dei congregatas eſſe aquas in locum vnum, quaſi in aceruum, ac montem, & increpatione, & iuſſu Dei teneri ne labant, & occupent terram, nam licet libenter concedamus, & fateamur mandato ipſius congregatas eſſe
Aqua mādato dei utiq; congregata ſunt in locū vnum, nō tamē eius iuſſu tenentur nè labāt, ſed … aquas in locum vnum, non libenter tamen concedimus teneri eiuſdem iuſſu, ne labant, & occupent terram, quia hoc dicere non eſſet niſi recurrere ad miraculū, & incōueniens eſt in operibus ſex dierū, vbi inſtituta eſt natura, recurramus ad miraculū cōtra naturā, naturale.n. eſt aquę: q ab aere deſcēdat, & à terra aſcendat, & cōtra naturā tāto tēpore teneretur ſic ligata, ne tenderet ad infima, & vbi veritas illius dicti cuiuſdam doctoris ſummi, Deus ſic adminiſtrat entia, & res, vt eorum curſus proprios agere ſinat? decet bene diuinam ſapientiam quandoque, & ad tempus res ſuſpendere à ſuis curſibus, & actionibus(vt patuit in igne fornacis, in qua coniecti ſunt tres
Dan. 3. illi pueri, quos non combuſſit, nec tetigit ignis, & de mari quod fuit yſraelitis quaſi murus ad dexteram, & lęuam eorum, quando trā-
Exo. 14. c. ſierunt per mare rubrum ſicco veſtigio, ſemel Deus conuertit mare in aridam, & in flumine pertranſierunt pede yſraelitę, ſemel ma-
pſal. 65. re vidit yſraelem, & fugit, & ſemel iordanis conuerſus eſt retrorſū)
pſal. 113. at quod perpetuò ſic teneantur aquę, & contra naturam non decet diuinam ſapientiam, ob quod dicimus iuſſu Dei congregatas fuiſſe aquas per alterationem, quia inſpiſſatæ: ac per hoc quæ raræ exiſtētes, magnum occupabant locum, inſpiſſatæ minorem occupauerūt, quod fieri non potuit abſque alteratione, & per receptionem, quia tota fuit recepta in concauitatibus terræ, quas ſubſidens terra præbuit, quæ ſunt tantæ, quod aquę ſic in illis receptæ non poſſunt ope-
Aqua in decuplo eſt maior terra, et quare. rire terram(de habitabili loquor) etiam ſi in decuplo ponatur aqua maior quam terra, & ratio eſt, quia terræ forma rotunda eſt, & ſuper hanc formam eſt magna gibboſitas alta, & eleuata, & in hac gibboſitate in forma rotunda terrę, ſunt etiam multi montes, & multę gibboſitates, & concauitates, & hæc gibboſitas propter ſui altitudinem

adinem, & elevationem, remanet arida, vt aqua non poſſit coope-
rire totum ſpatium, terræ habitabilis, quæ gibboſitas eſt pluſquam
quarta pars terræ, de qua, & ſi aliquid aqua cooperiat, ob quod di-
citur de terra minus habitari, quam quarta pars, non tamen totam:
nec illam partem, quę eleuatur, vel eleuari poteſt aliquantulũ pluſ-
quam medietas diametri terræ eleuetur, quæ naturaliter remanet
diſcooperta aquis, quã ſi aqua cooperiret, aſcenderet, cum ſuper-
emineat aquis, & ſcimus aquas naturaliter tendere ad inferius pro-
pter naturam grauis, nunquam tamen ad ſuperius, ſed dices ſi vera *Dubium.*
ſunt hæc quę dicis, ad quid dicit in ſcriptura, Deũ poſuiſſe terminũ, *pſal. 113.*
quẽ nõ transgredientur neq; conuertuntur operire terrã? cur certa le-
ge, & gyro vallauit abyſſos? quare circũdauit mari terminũ ſuũ, & le- *prou. 8. c.*
ge poſuit Deus aquis, ne tranſirent fines ſuos? quare cõgregauit eas *pſal. 32.*
quaſi in vtre? Reſpõdeo ꝙ hoc dicit ſcriptura propter gibboſitatẽ, & *Solutio.*
denſitatẽ eius, quã cũ Deus illi dederit, poſuit ſibi terminos ne am-
pliaret ſe dimittẽdo gibboſitatẽ, & accipiẽdo planitiẽ, nã ſi aqua ma-
ris eſſet plana, vt eſt gibboſa, & eſſet rara ſicut prius, maiorem locũ
occuparet quã modo, legẽ itaq; dedit aquis Deus ne dilatarẽt ſe per
planitiẽ, ſed cõſtringerent ſe per gibboſitatẽ, quã legem, acceperũt
accipiendo naturã grauis. Sed dices, Mare recipit ſemper flumina vn- *Dubium.*
de creſcere dicitur, ergo poteſt in tantũ creſcere ꝙ ſuperet altitudinẽ *Solutio.*
terræ? Reſpondeo ꝙ nõ poteſt tantũ creſcere ꝙ ſupereminear altitu- *Mare cur*
dini terræ: hinc dicitur ꝙ mare habeat eſſe infimũ reſpectu terræ ha- *creſcẽdo nõ*
bitabilis, etiã dico ꝙ verũ eſſet quod dicis, ꝙ ſi ſicut recipit vñ creſcat, *operit terrã*
nõ madefaceret terrã vnde decreſcit, fluit. n. & refluit, & habet hoc
ex motu lunæ, cui aqua naturaliter ſubditur, vnde ſicut ex vna par-
te creſcit, quũ flumina intrãt in mare, & quũ infrigidat aerẽ circa ſe:
& cõuertit ipſum ad ſe, & in ſe in partibus frigidis, nõ redũdat tñ,
tũ quia, & ſi omnia flumina intrãt ad locũ vñ exierũt, reuertũtur, vt
iterũ fluãt inquit Salomõ, tũ quia actione ſolis multũ de aqua ma- *Eccl. 1. c.*
ris euaporat, & quantũ creſcit ſuſcipiẽdo flumina, & infrigidando
aerem circa ſe, & conuertendo ipſum ad ſe, tantum diminuitur, &
decreſcit actione ſolis, & madefaciendo terram, & quia Deus hanc
actionem maris, & ſuſceptionem limitauit, dicitur poſuiſſe, &
concluſiſſe oſtijs mare, & vectem, ne creſcat in tantum, quòd tran-
ſeat fines ſuos, & quia quòd hoc faciat habet à Deo, non mirum ſi
Dauid, attribuit hoc Deo principali agenti, non terræ, nec aquæ di- *pſal. 64.*
cens, viſitaſti terram & inebriaſti eam, & hoc facit per aquam:
ymbrem, & niuem, de quibus Eſaias, quomodò deſcendit ymber *Iſaia. 55. c.*
de cœlo, & nix, & illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, &

inſun-

infundit eam, & geminare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panẽ
comedenti, *Vt germen aptum proferens &c.* ſenſus eſt, qui videlicet
terræ iam diſtinctæ ab alijs elementis, & diſcoopertæ aquis, dedit
Deus virtutem, & vim producendi, & germinandi fructus, & partus
Gen. 1. c. tus ſuos: quum ait, germinet terra herbam virentem, & ferentem
ſemen &c. quod & fecit, & quod ſuum erat fecit, mox vt audiuit
præceptum domini, nec alio cooperatore eguit, non homine; qui
nondum creatus erat: non aratro: non bobus: non ſole, ſatis enim
ſuffecit ei pro omnibus his: verbum illud quod ſibi factum eſt, germinet
minet terra &c. ſine quo nec nunc (etiam ſi in colendis agris ærum
næ ſint multæ) fructuum prouentus nobis concederet, vbi ſunt igi-
tur, qui dicere audent, abſque ſolis cooperatione, temperie cœli,
& aſtrorum aſpectibus: terram non poſſe partus ſuos maturare, &
ad germinanda ſemina ſeipſam ſolicitare? inepta vtique erat quum
aquis coopatiebatur, at pulſis moleſtijs aquæ; quibus inficiebatur,
data illi à Deo immobilitate, & accepta virtute ab eodem: & vi pro
ducēdi, verbo illo germinet terra &c. mox *aptum germen protulit,*
apparuit decora, id eſt pulchra: honeſta, & decens: *floribus fuluis.* i.
rubeis, & non rubeis tantum: ſed mixtis ex ruſo, & viridi colore,
nam & Aquila fulua dicitur, Aurum etiam fuluū, Arena fulua leo
fuluus: & tamen hæc omnia colore differunt, Iaſpis etiam fulua di-
citur à poeta: & tamen eſt viridis coloris, & non ſolum apparuit pul
chra floribus fuluis: ſed & ornata multiiuga varietate florum: arbo
rum: & herbarum: & ex tunc *Siſtens*, id eſt exiſtens *fecunda*, id eſt
abundans *fructu* acceptabili, cœpit reddere non ſolum pro homini-
bus: *paſtum,* & Pabulum *gratum,* & congruum: ſed & pro omni-
Dubium. bus animantibus, quibus ornauit terram Deus ſexta die. Dices &
Solutio. quis eſt iſte paſtus gratus, & congruus hominibus, & animantibus?
Gen. 1. c. Reſpondet Moſes in perſona Dei, Ecce dedi vobis omnem herbā
Ante dilluuium cibus hominū herba fuit, ac poſt additus eſt piſcum, et carnium paſtus. afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſe
met ipſis ſementem generis ſui, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis
animantibus terræ, omnique volucri cœli, & in quibus eſt anima
viuens, vt habeant ad veſcendum, at poſt dilluuium additus eſt pa-
ſtus piſcium, & carnium, ſed ait dominus quod quaſi olera viren-
tia tradiderit omnia in manibus noſtris, ſed dices, arbores ne prius
herbas, & plantas produxit terra, ex quibus ſemina: an ſemina ex
quibus arbores, herbæ, & plantæ? Reſpondeo quod cum ſcriptura
Gen. 5. c. dicat dixiſſe Deum: germinet terra herbam virentem, & feciſſe Deū
Dubium. omne virgultum agri antequam oriretur in terra: & omnem herbā
Solutio. regionis priuſquam germinaret, ex hoc poſſumus accipere terram

acce-

ac cepiſſe vim germinandi, & producendi, & mox germinaſſe, & produxiſſe arbores, & plantas, quantum ad ſuum perfectum eſſe, cum folijs, & fructibus, ita vt ſemina ex herbis eſſent in principio, non herbæ ex ſeminibus, & decuit ſic fieri: nam ſi imperfectæ plantæ, vel arbores fuerunt principio productæ: & à principio vt ſpinæ, & tribuli, quamuis hæc ante peccatum germinaret terra: non vt laborem homini inferrent, quæ poſt peccatum ſunt ad laborem: afflictionem: & pœnitentiam, multò magis fuerunt productę perfectę arbores, & plantæ etiam ſecundum ſe: non ſecundum rationes ſuas ſeminales (Dei enim perfecta ſunt opera) vnde ſicut Adam creauit, non in puerili etate, ſed perfecta, ſic decuit Deũ facere arbores perfectas cum folijs, & fructibus: vnde dicimus: quòd ſicut gallina præceſſit ouum, ſic arbores præceſſerunt ſemina, & ſi non tempore, quia ſimul tẽpore facta fuit arbor cũ folijs, & fructibus, in quibus sũt ſemina, origine tamen, & natura, quia prius dicit ſcriptura dixiſſe Deum, germinet terra herbã virentem, & poſtea facientem ſemen, hanc opinionem: quę communis eſt apud omnes ſanctos: tenere videtur author hymni, & ideo dicit Deum dediſſe terram immobilẽ: vt germen aptum proferret, decora, & pulchra fuluis floribus, exiſteret fęcunda fructu, & paſtum gratum ac congruum redderet hominibus, & animalibus. *Mentis peruſtæ vulnera, &c.* in hac parte (quum deſcripſiſſet congruenter hymni author opus tertię diei), ob quod rectè, & congrue canitur, & ponitur in officio veſpertino tertiæ ferię, & diei tertiæ hebdomadæ, quia mẽtionem fecerat de aqua, qua fætores, & ſordes mũdantur, & de terra: quæ diſcooperta aquis & illarum moleſtijs exuta, vim accepit producendi fructus, & paſtũ gratum hominibus, & animantibus) orat, ac deprætatur Deum, illumque obſecrat, ac veluti iratum rogat, vt virore gratię mundet, mentem fętidam: ac peruſtam æſtu: flammiſq; peccatorũ, quę ſunt vulnera: quibus veluti flammis, valde vritur mens, & anima, vt ſic poſſit producere fructus, & reddere Deo gratum, ac congruum bonorum operum paſtum: quibus cibatur Deus, non ſecus ac homines, adipe frumenti, vt ſit ſenſus, ò Deus, qui es conditor ingens telluris, ſicut exuens eam à moleſtis aquę: dediſti illam immobilẽ, & vt proferret nobis aptum germen, & paſtum redderet gratum hominibus: & animantibus: feciſti illam fęcundam fructu multiplici, & vario: ſic oramus te, & eo quo poſſumus affectu deprætamur te factorem omnium, vt concedas nobis *mentem* ſtabilem, & firmam ad omne opus bonum, pellendo ab ea lubricos humores, quibus veluti quibuſdam æſtibus, & ardoribus, *peruſta*, id eſt valdè vſta videtur,

In principio ſemina ex herbis, non cõtra fuerũt & perfecta facta ſunt omnia.

Deut 32. c. 4

dentur, *Et mūda eam virore gratiæ tuæ*, quo quidem virore reuiuiſcat & innouetur, Aliqui tex. habent *munda vigoris gratia*, ideſt per gratiam tuæ virtutis *munda* mētis noſtrę vulnera, *peruſtæ* aeſtu vitiorū: & bonum habent ſenſum hæc verba, ſed melior lectio eſt, & magis quadrans ad herbam virentē, quam tertio die iuſſu domini germinauit terra, ſi legatur *virore gratiæ*, quam ſi legatur *vigoris gratia*, quamuis numquam æque vigeant plātę, atq; cum virides ſunt: & ad hunc finem munda, *Vt facta fletu diluat*, ideſt lauet, purget, extenuat, quo veluti medicamine quodam: temperantur vulnera mentis. Et per facta intelligit, malefacta, errores, & culpas, quibus Deum offendimus: quas lachrymæ purgant, & humores ex flentiū oculis manantes, modo veniant ex animi laceratione, dolentes, ꝙ non cuſtodiuimus legem Dei, neq; .n. omnes lachrymæ purgāt delicta, quia nō lachrymę indignationis, & irę cōtra proximū: vt fuerūt lachrymę Eſau, & ideo nō inuenit locū pęnitentiæ: quāuis cū lachrymis exquiſiſſet eā (ait S. Paulus) ſed benè lachrymæ cōpunctionis, vt fuerunt lachrymę Dauid: Magdalenę, Petri, & aliorum in Chriſto regeneratorum, & quale peccatum eſt tam graue, vt cum pudore cōfiteatur, ꝙ lachrymæ non lauent, quæ debent eſſe arma clericorum 23. q. 8. conueniorꝫ lachrymę pænitentium, vinum ſunt angelorū, iucunditas, & ſerenę conſcientię ſuauitas, Fletus eſt cibus animarum, corroboratio ſenſuum, abſolutio peccatorum, refectio mentium, lauacrum culparum, hęc lachryma: ab oratione differt, nam iſta lenit Deum, illa cogit, iſta vngit, illa pungit, *Motuſque prauos* ſenſualitatis, & malarum cogitationum: quas veluti ſpinas, & tribulos producere nō ceſſat hęc maledicta terra carnis noſtrę *atterat* .i. frangat, rumpat, comminuat, & ad petrā Chriſtū allidat, ne grā deſcant per illicitum conſenſum, & ſic iuſti ſimus, qui: & ſi malum operentur quantum ad impetus, qui à fomite peccati oriuntur: legi Dei repugnantes, non tamen quantum ad conſenſum: in quo non eſt peccatum mortale: ſed veniale, immo ſi benè refrenentur huiuſmodi impetus, plus eſt ibi de merito, quàm de demerito. *Iuſſis tuis obtemperet*, ideſt mandatis, & decretis tuis complaceat, obediat, morem gerat, omniaque ad nutum tuum faciat, non ad nutum animi ſui (libido enim eſt homini, ſuo animo obſequi, ſuoque ſenſui indulgere) *Nullis malis approximet*, quibus ſic affligimur, dum appropinquamus illis, vt nulla nos iam fortuna poſſit efficere felices: niſi Chriſti gratia. *Donis repleri gaudeat*, ideſt honeſtis, & vtilibus animæ, & corpori, & per bona: hic non intelligit author, fortunę bona (vt opes) quæ ſunt irritamenta malorum, ſed bona gratiæ, & virtu

Non omnes lachrymæ purgant delicta.

Heb. 12. c.

Arma clericorū lachrymæ ſunt, de quibus multa prę clara dicuntur.

Non bonis fortunę mēs gaudeat repleri, ſed bonis gratię, & virtutū,

virtutum, quibus ſi repleti fuerimus, mox & alia ſequentur, quæ tanti facit mundus, quæ apparentia bona ſunt, non vera bona, quis enim dicat vera bona eſſe corporis voluptatem, & delectabilia, quæ tamquam bona experiuntur? at nos bonum illud dicimus: cui non præualet malum, quo repleri gaudeat mens vigore, & virore gratię roborata, & innouata, *Et actum mortis neſciat*, id eſt vel terrorem, ac timorem mortis, cuius facies terret illos: qui contempſerunt Deũ, vel *non ſentiat actum mortis*, id eſt diſceſſum animæ à corpore: qui mors eſt, quæ à poeta quodam vltima rerum linea dicta eſt, vel *non guſtet actum mortis*, id eſt factum morte æterna dignum, quæ omnia exequitur mens ſana in corpore ſano, & mens viriditate gratiæ Dei innouata, eiuſq; florenti vigore prędita, quod nobis concedat Deus: qui Trinitate perfecta viuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen. *Vltima rerum linea, mors.*

Hymnus ad matutinum ferię quartæ Rerum creator optime &c.

Sequitur expoſitio hymni: qui cantatur ad matutinum feria ſe feria quarta, in quo author (quicunq; ſit ille) precatur Deum, vt ſicut nos ſurgendo à ſomno corporali, moras noctis rumpimus, & ad laudandum eum prompti ſumus: ſic ipſe dignetur nos merſos ſopore liberare à quiete noxia, id eſt à ſomno peccati: rumpendo noctem peccatorum noſtrorum, delendo culpas noſtras, & dimittendo nobis, quod peccauimus, & hoc exequi in nobis, vt bonis actibus inuigilemus, Ait ergo. *Rerũ creator optime &c*, ſenſus eſt, ô optime quod eſt ſuperlatiuum à bonus, qui optime iure immunis es ab omni malo, eſq; omnis boni bonũ: *creator omnium rerum*, entium, & naturarum, *& rector noſter*, qui regis nos, gubernas nos, conſeruas nos, rector enim, dicitur à rego regis, qui & gubernator, & conſeruator, *aſpice*, intuere, & oculos in nos intende, & voluntate inſpice introrſum, & extrorſum, & cõſpice circumquaque nos, & libera per gratiam tuam nos, *merſos*. i. ſubmerſos, demerſos, obrutos, inuolutos *ſopore*, quo placamus artus languidos, ac ſi nunquam feciſſemus aliud quàm ſomniſerum, ſoporiſerumq; papauer comedere, hinc palàm, curam vllam non eſſe in nobis, quæ cor edat, & excruciet, nam hæc remoueret ſoporem, neq; enim membris dat cura quietem, *vel obuolutos* ſopore carnalis concupiſcentiæ, quo Deum obliuiſcimur, & rem ſalubrẽ omnem obliuione conterimus, *A quiete noxia*, neq; enim petimus nos liberari à quacũnq; quiete, ſed à *noxia*, id eſt à nociua tentatione diaboli, qua tentamur in quiete noctis, quando dormientes ab

omni opere, vacant, & ceſſant, quieti, ocioſi, & nihil agentes, vel à peccatis, quę reddunt quietem, & ſomnum noxium, & nocentem, quæ quies deberet eſſe grata, & veluti primus ſomnus in horam delectare, cum à non rudibus, mors laborum, & miſeriarum dicatur.

Primus ſõnus mors laborũ, & miſeriarũ eſt.

Te Chriſte ſancte poſcimus &c. ſenſus eſt ò Chriſte ſancte, qui peccatum non feciſti, nec dolus inuentus eſt in ore tuo, quem non tantum ſanctum eſſe fatemur, ſed ſanctorum ſanctus diceris à Daniele, *Te poſcimus,* ideſt non pro merito noſtro depoſcimus, ſed rem debitam, & honeſtam petimus, & quærimus, & quanuis plus ſit expoſcere, quã poſcere, quia poſcũt, qui ſimpliciter petũt, expoſcunt aũt, qui deſiderant, & enixè aliquid petunt, cauſſa metri tamẽ author hymni, vſus eſt potius verbo poſcimus: quam expoſcimus.

1. Pet. 2. c.

Dan. 9. c.

Expoſcere magis ẽ quã poſcere.

Ignoſce tu criminibus &c. ideſt tu qui benè ſcis crimina, & delicta noſtra ſcientia ſimplicis notitiæ, non approbationis, neque enim, illa approbas, ſed punis, & deteſtaris, vultus enim tuus ſuper facientes mala, vt perdas de terra memoriam eorum, pſal. 33. *ignoſce* ex luto ſumus, Da veniam, cui ſumus excuſatos nos habe: filij ancillę tuę ſumus: æquo animo parce, an neſcis forſan figmentum noſtrum? ſcelerum pœnam prætermitte, æternam, ſpiritualem, & temporalem, nam & ſi non punire culpam culpa ſit 28. diſt. quia ſunt, vera eſt propoſitio in rectoribus particularibus, non in totius mundi vniuerſali gubernatore, crimina .n. noſtra (ò domine) eius generis ſunt, vt in eis culpa non ſit, relaxare vindictam, & ſi dicas, non eſt confeſſi cauſſa tuenda rei: Dicam & ego verum hoc eſſe in foro fori, non in foro Dei, & poli. *Ignoſce igitur tu criminibus:* nam & ſi benè ſciamus, quòd regi cœleſti nunquam placuerint ſceleſti, vt ſimus tamen cœleſtes tentabimus, non aſſimilari ſceleſtis, cuius rei ſignum extat, *Nam ad confitendum ſurgimus,* & ſenſus eſſe etiã poteſt, ſi dimiſeris, & ignoſces nobis peccata, tunc de virtute in virtutem eundo, ſurgemus ad confitendum tibi, & licet confeſſio triplex ſit, actus videlicet exterior fidei, vel iuſtitię cum quis confitetur Deum, & Chriſtum coràm hominibus, nec ab illa reflectitur, etiam ſi capitis periculum immineat, actus pęnitentiæ, vt confeſſio peccatorum ad aures ſacerdotis, & actus latrię, vt gratiarum actio, & laudatio Dei, hic tamen ſumitur confeſſio pro laude, & gratiarum actione, vt ſit ſenſus, ad *confitendum nomini tuo ſurgimus,* ideſt ad laudandum te, & ad gratias agendum nomini ſancto tuo, vt nos, vel ex hoc oſtendamus acceptorum beneficiorum non inuiti, ſed vltronei memores eſſe, qui in referendis gratijs, non commodum proprium cernimus: ſed teipſum cui gratiam referimus

Scit De⁹ crimina ſcientia ſimplicis notitiæ, non approbationis.

pſal. 102.

Non punire culpam, culpa eſt, in rectoribus particularibus: non in totius mundi gubernatore.

Dubium.

Solutio.

Confeſſio triplex eſt.

mus, ſicut & tu: non meritum noſtrum in conferendo illa reſpe-xiſti, ſed gratis exibuiſti, & ſine præmio, vel pretio, vltroneaque fuerunt, & ideo grata, & ad te laudandum, & ad gratiam pro beneficijs referendum non lenti ſumus, ſed ſolicitè ſurgentes, *Moras noctis rumpimus*, ideſt abſque temporis dilatione frangimus: & ſcindimus: corpori etiam laſſo vim inferendo, *moras noctis*, ita, vt non quantum durat nocturnum tempus ſomno indulgemus. Sed ante finem ipſius, ſtratum relinquimus non ſegnes, ſed cum feſtinatione. Hoc enim propriè eſt rumpere moras noctis, auferre moras, & dilationes noctis, & feſtinare, egredi è lecto ante finem noctis, dicimusque: diutius non neceſſe habemus morari *Mentes manuſq; tollimus*, ideſt extollimus: in altum tollimus veluti leue quoddam eleuamus: ſurſumque erigimus Primo *mentes*: *deinde manus* extollende ſunt, quia Hier. hunc ordinem ponit, leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum in cœlos, *Propheta ſicut noctibus &c.* ſenſus eſt, ſurſum erigere debemus mentes, & manus: noctibus ideſt in noctibus, ficut propheta Dauid præcipit nobis gerendum, quum ait, in noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite dominum: Alij tex. habent *propheta ſicut nouimus*, & bona lectio erit, ſi ly nouimus referamus ad manus, vt ſit ſenſus *mentes, & manus* extollimus ſicut nouimus extollendas eſſe, & propheta regius Dauid præcipit nobis gerendum, & à nobis faciendum, & ſuo exẽplo docuit ſic eſſe faciendum: qui ait media nocte ſurgebam, & Sanctus Paulus cenſuit ideſt iudicauit, & demonſtrauit eſſe faciendum geſtis, ideſt actionibus, & factis, ſuis, nedum ſcriptis, verbo docuit, quum ait: hora eſt iam nos de ſomno ſurgere: & cum ait: ſurge qui dormis: & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus, facto docuit, & opere: nam cum in carcere eſſet cum ſila: media nocte adorantes, laudabant Deum. *Vides malum, quod geſſimus &c.* ſenſus eſt, malè putant, aut docent, qui dicunt: quod circa cardines cœli perambules, & noſtra non conſideres. Nos autem cum veritate dicimus, quòd ſi acta mortalium non fallebant Deos gentilium, qui dęmonia, aſpiciunt (ait quidam poeta) oculis ſuperi mortalia iuſtis, & alibi Dij pia facta vident, quanto magis dicendum eſt de Deo noſtro viuo, & vero, quòd (cum ſit totus oculus) videat, & bona, & mala: quæ facimus? rectè igitur dicit author hymni, *vides domine malum quod fecimus*, non vt punias cũ furore, ſed vt dimittas cum amore, *Occulta noſtra pandimus*, & tibi per mentis cõfeſſionem, quę contritio eſt, ad Sancti Dauidis inſtar, qui ait, delictũ meũ cognitũ tibi feci, & iniuſtitias meas nõ abſcondi, qui noſti oĩa

Tren. 3. c.

pſal. 133.

pſal. 118.

Rom. 13. c.

Eph. 5. c.

Act. 16. c.

Iob. 22. c.

Orandũ vt Deus uideat malum noſtrum nõ vt puniat cum furore, ſed vt dimitta cum amore.

pſal 31. antequam fiant, cui nuda ſunt omnia, & aperta oculis tuis, qui ſcru-
Dan. 13. *c.* taris corda, & renes: & ſacerdoti per oris confeſſionem, quæ auri-
Heb. 4. *c.* cularis, *pandimus* manifeſtamus, patefacimus, aperimus *occulta no-*
pſal 7. *ſtra*, quæ ſi præuenimus & præoccupamus faciē tuam in confeſſione
pſal. 94. generali, & plenaria, ideſt integra omnium delictorum, quæ omi-
ſimus, & quæ commiſimus, pro frumento non orietur nobis tribu
Iob. 31. *c.* lus, nec pro ordeo ſpina, & ſeminantes triticum non metemus ſpi-
Hier. 12. *c* nas, ſed è ſpinis colligemus roſas, & triticum reſeruandum in hor-
Mat. 13. *c.* reum domini, & miſericordiam conſequemur, quia ſcriptum eſt:
prou. 28. *c.* qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, qui autem ea confeſſus fue-
rit: miſericordia conſequetur, quæ occulta dicuntur, & noſtra.
Noſtra, quia nos illa perpetrauimus. Ego ſum qui peccaui, ego ini-
2. *Reg.* 24. *c* que egi dixit Dauid Rex: qui alibi (ait) dixi cōfitebor aduerſum me in-
pſal. 31. iuſtitiā meā: non aduerſum Deum (vt Adam) qui ait: mulier quam
Gen. 3. *c.* dediſti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi: non aduerſum diabo-
Ibi. lum (vt Eua) quæ ait: ſerpens decepit me, non aduerſum fatum (vt
Aſtronomi, & qui dicunt ſe nō poſſe abſtinere à peccato, quia ſunt
talis complexionis: aut nati ſub tali conſtellatione) ſed aduerſum
prou. 18. *c.* me, iuſtus enim in principio accuſator eſt ſui ait Solomon, ſed ad-
uerſum me, quia ego dixi domino miſerere mei, ſana animam meā:
pſal. 40. quia peccaui tibi, ſuper quo D. Auguſtinus. Ego egi non fatum,
non fortuna, non conſtellatio, non diabolus, non Deus. noſtra n.
ſunt: non aliena, liberi enim arbitrij ſumus, & tales condidit nos
Deus, vnde nec ad virtutes, nec ad vitia trahimur neceſſitate, qui-
bus ſi cōſenſum nō pręſtamus: nō peccamus: peccatū .n. ideo pecca-
tū, quia voluntarium, & dicit *occulta noſtra pandimus*. i. peccata, &
iniuſtitias, quæ in occulto fecimus ſemotis arbitris, viſu, verbo, co-
gitatione, & opere, quę ſi non pandimus, & palàm non facimus,
aut ſacerdoti per ſacramentum reconciliationis humiliter accuſan-
tes nos, aut Deo ſupplices in cordis noſtri ſecreto gementes, cum
propoſito tamen confitendi, non ſolum non dimittentur, ſed viriſi-
cabitur: quod in tenebris dixiſtis in lumine dicentur, & quod in
Lucę 12. *e.* aure locuti eſtis in cubiculis, prædicabitur ſuper tecta: & tunc, quū
Rom. 2. *c.* iudicabit Deus occulta hominum, tu feciſti abſcondite (ait domi-
2. *Reg.* 12. *c* nus ad Dauid per Nathan) ego autem faciam verbum iſtud in con-
Peccata nō ſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu ſolis huius. Et aduertendum
bona opera quod dicit *occulta*, ideſt peccata eſſe manifeſtanda, & confitenda,
confiteri de non autem iuſtitiam, & bona (vt fecit phariſeus) quod & faciunt
bemus. hypocritæ noſtri temporis, qui in confeſſione celant peccata, & di-
Lucę 18 *c.* cunt bona, ſignificati per Iacob, cuius mater pelliculas Hædorum.
circum-

circumdedit manibus eius, & colla nudi protexit, ſic mater hotum vanagloria(quæ paſcit eos) opera pœnitentiæ prætendit exterius, & talibus, quando veniunt ad confeſſionem, poſſet dicere ſacerdos, ſi benè palparet eos, vox quidem, vox Iacob eſt, at manus ſunt Eſau. Nos autem non ſic facere debemus: ſed bona reticere, & occulta: ideſt peccata, quæ in abſcondito fecimus pandere, & vulnera hæc animæ detegere, ſi medicinam volumus, expectare, & ab his curàri, & gementes, & ſuſpirantes debemus ſundere preces domino dicendo illi: Dimitte domine, quod peccauimus. Amen. *Gen 17. c.* *Ibi.*

Hymnus ad laudes feriæ quartæ, Nox, & tenebre &c.

SEquitur expoſitio hymni, qui dicitur feria quarta ad laudes, cuius author ſecundum quoſdam fuit D. Ambr. & ſecundum aliquos prudentius, in quo. quo ad literam deſcribit ſolis ortū: & rectè in fine officij matutini dicitur, & canitur hic hymnus deſcribens ſolis ortum, & apparitionem, quia tale tempus propinquum eſt ortui ſurgentis auroræ, & ſolis, quibus ſurgentibus, nox expellitur, caligo terræ ſcinditur, & rebus color redit, & tandē applicat dici illuſtrationem præſentia ſolis, tenebras, & noctem diſpellentis, apta metaphora ad illuminationem animarum, quæ præſentia veri ſolis Chriſti noſtri, tenebras, & peccatorum caliginem vultu ſerenæ, remouentis, illuminantur, ludideq; redduntur, & illuceſcūt. Ait ergo. *Nox & tenebræ &c.* vt ſit ſenſus, ò *Nox*, quæ terræ vmbra es, quæ ſoli officiens, noctem efficis, & *tenebræ, & nubila*. i. nubes, & obſcuritates, & ò *mundi omnia confuſa*, ideſt perturbata, noctis confuſione, & *turbida*, ideſt turbidine inducta, conturbata, & procelloſa, vocatiui enim caſus ſunt omnia prædicta nominat *Diſcedite, nam lux ſolis intrat, & albeſcit polus*, inter lucem, & lumē diſtinguit ſeruius dicens, in lumine ſplendorem eſſe, at cum fumo, in luce verò ſplendorem ſolis eſſe, ſed hęc ſeruij differentia non eſt perpetua, nam ſol, & luna, lumina ſunt, & cætera cœleſtia corpora tali nomine digna cenſemus, quæ tamen fumi expertia ſunt, at nos cum alijs ſi volumus diſtinguere: dicimus lumina eſſe corpora lucida omnia, quę de ſe claritatem diffundunt, at lucem appellandā putamus claritatem à ſole perfectam, Alij verò dicunt, lucem eſſe ipſam ſubſtantiam, lumen autem à luce manans: ideſt candor, & ſplēdor lucis, quamuis vnum pro alio, etiam poſſe ſumi putemus. *Per polum*, intelligit cœlum, quod politum eſt. varijſq; ſtellis ſculptum, & poſſunt per polum intelligi cœli ſiue in ſingulari: ſiue in plurali *Lux à lumine differt.*

ſumatur polus, quamuis propriè polus in numero pluri ſint duę ſtellæ in capite axis, qui dicuntur à poliendo quia plani, & rotũdi ſunt, vel duo puncta immobilia in cœlo circa quę, tamquã circa cardines quoſdam totum cœlum volui videtur, *Albeſcit* inchoatiuum verbũ eſt, & idem eſt ac ſi dicatur *iam polus albeſcit*.i. cœlum incipit albeſcere, *Chriſtus venit*, quæ particula cũ hoc loci connectatur, vel ſubnectatur, liquido apparet, ꝙ verſus præcedens, nedũ de corporali luce, terrenisq; tenebris debeat intelligi, ſed de ſpiritualibus luce, & tenebris, Polo, & ſole, vt ſit ſenſus, ſicut quia intrat lux corporalis, & polus albeſcit, diſcedant oportet nox, tenebræ, nubila, & cõfuſa, & turbida mũdi, ita vt cędant lumini, & luci, ſic quia venit Chriſtus verus iuſtitiæ ſol, cũ luce gratiæ ſuæ, diſcedant oportet nox.i. diabolus, & tentationes eius, & tenebrę, nubila, confuſa omnia, & turbida.i. peccata quibꝰ trahimur ad tenebras exteriores, ad obſcuritates, ad perturbata, & procelloſa, & ita, vt cędant lumini gratiæ, & Chriſto vero ſoli iuſtitię, quem plus fugit diabolus, quã nox diem, colũba accipitrem, & puer ſerpentem, præ cuius timore ſubſiſtere loco nequit, & ſicut luce intrante cælum albeſcit, ſic ingrediẽte Chriſto ad animã per gratiam, albeſcat oportet bonis operibus, quæ nomine lucis ſignificantur à Chriſto, quum ait luceat lux veſtra coràm hominibus, & per eius redundantiam corpus, vt ſicut cũ corpore peccante pœnas patitur, ſic cum eodem bonis actibus inſiſtendo: præmietur præmio, quod pro rectè factis datur. *Caligo terrę ſcinditur*, ſenſus eſt *caligo*.i. obſcuritas, & aeris ſpiſſitudo, *percuſſa ſpiculo*.i. radio *ſolis*, quem ſpiculum vocat.i. miſſile telum, ad cuius ictum milites exercebantur, vel ſagittam, nam ad ſpiculi, & ſagittę inſtar: ſolis radij recta iaculatione à ſole excuſſi ad terram porriguntur, *ſcinditur*.i. diuiditur, non ſecus ac cuneis fixile robur, & remus rigidas: ideſt præ frigore duras ſcindit aquas: quando.n. ſol oritur ſuo ſpiculo.i. radio ferit terræ obſcuritatem, & illa obſcuritas annihilatur. *Et rebus iam color reddit &c.* ſenſus eſt, *vultu*.i. aſpectu, vel facie ſideris nitentis ideſt ſolis ſplendentis, *color*, qui calore ignis, & ſolis conficitur, & ideo à caleo cales, dicitus color, quo, cum ſit obiectũ viſus: omnia corpora, vel perſpicua redduntur, inter quos pręcipui ſunt albus, & niger, cęteri autem alij colores, non dicuntur tales niſi per participationem, & albus præcipuè decorus Deo eſt. Alij legunt *Calor redit rebus*, ſed recta eſt lectio (ſi ad ſenſum ſpiritualem aptetur) ita vt ſit ſenſus, *caligo terræ*, ideſt obſcuritas terreni cordis per peccatum obſcurati *percuſſa ſpiculo*, ideſt ictu, & ſagitta Chriſti ſolis iuſtitiæ *ſcinditur*, ideſt annihilatur per contritionem, & con

Chriſtũ plus fugit diabolus quàm columba accipitrem, & puer ſerpentem.

Mat. 5. c.

feſſio

feſſionem, *& rebus*, ideſt animabus per peccatum coagulatis, *iam calor gratiæ redit*, *vultu nitentis ſideris*, ideſt ſplendore Spiritus ſancti. Deinde cum dicit *Te Chriſte ſolum nouimus &c.* orat, ac deprecatur Chriſtum, vt luce ſua purget, & illuminet ſenſus noſtros vulto ſuo ſereno, vt ſit ſenſus, ò Chriſte quem nouimus eſſe ſolum redemptorem, & illuminatorem noſtrum, & non alium: *Iſai. 9. c.* de quo propheta., populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, *te mente pura*, ideſt ſine ſorde, ſine macula, & *ſimplici vera* videlicet, & ſincera, non fallaci, & vafra, vt eſt eorum qui duplici corde ſunt, & animo, ſed vt eſt eorum, quorum ætas nondum doli capax eſt, & ideo ſimplices dicuntur anni eorum, quę ſimplicitas ſi ſit prudens, inter alia facit vitam beatiorem, vltra enim hanc vitam beatiorem reddunt, res non parta labore, ſed relicta, Ager non ingratus, Focus perennis, pares amici, *Flendo, & canendo queſumus*, ideſt rogamus. *Intende noſtris ſenſibus*, applica animũ: & veluti rei alicui arduæ totis viribus incũbe, & attende, *Nam ſunt multa fucis illita*, Aliqui tex. habent *ſunt multa fuſcis illita*, & poteſt habere bonum ſenſum lectio hæc, quamuis non placeat aliquibus, eſt igitur ſenſus quo ad ſecundam lectionem, ſunt multa in nobis *illita*, ideſt tincta *fuſcis*, ideſt atris, & ſubnigris coloribus, qui natiuum colorem obtegunt, non ſecus ac faciunt tenebræ rebus, & caligo terræ, idcirco oramus, vt *vulto ſereno* tuo redeat natiuus color. Quoad vero lectionem primam, quæ legit *fucis*, aduertendum ꝙ quandoque ſumitur fucus pro genere herbę, quæ alga marina dicitur, quę naſcitur in aquis marinis, dicta ab algore aquę, quę vulgò alega dicitur, qua fit tinctura quędam, quę ſimiliter dicitur fucus, qua veſtes in creta tinguntur, & præſertim illa, quæ eſt criſpis folijs. Dicitur, & fucus etiam animal maius ape, minus ſcabrone, quod non mellificat, ſed conſumit alimenta, quæ apes congeſſerunt, & dictus eſt fucus quaſi fur, quia furtim mella deuorat, vel quia fucũ facit apibus, & prætextu concalefaciendi aluei (neque enim aliquã operam prębet in faciendo opere, niſi quod adiuuat ad fouendos fętus concaleſaciendo) illarum mellificia abſumit, & naſcitur ex mulorum excrementis, ſicut veſpę ex aſinorum, apes ex boum: & crabrones ex equorum fimo, Dicitur etiam fucus medicamen, quo mulieres faciem tingunt, vt corporis vitia occultent. Hoc loci autem per translationem, & ſimilitudinem quandam, ſumitur pro deceptione, & fraude, quæ ſuper ponitur veritati cœlandæ, vt ſit ſenſus, ſunt multa in nobis ò domine *illita*, ideſt tincta, & infecta *fucis*, ideſt deceptionibus, fraudibus adumbratis

Nomẽ hoc fucus multipliciter ſumitur.

Fucus mellificia abſumit, & naſcitur ex mulorũ excrementis.

colo-

coloribus adulterinis, & ementitis falſis, & fictis non veris, ſuper poſitis natiuo, & naturali colore, quibus occultamus ad egregiorũ hypocritarum inſtar, ſub ouina pelle, lupinam vitam, & vitia corporis, & animæ, quibuſue veluti fucis mella bonorum operum deuorantur, ſunt etiam multa alia in mundo, vt opes, honores, & alia quæ pręſeferunt boni ſpeciem, quæ tamen nec vera bona ſunt, nec exiſtentia, ſed apparentiã, quæ boni imagine, incautos fallũt, & decipiunt, Sunt, & dogmata, opiniones, & ſententiæ, quę alienum mentiuntur colorem, & rubicundum faciunt ſuis fucis colorem, velut Chriſti ſanguine, & merito, tinctæ, quibus prędicant ſe nolle meſſiæ glorię derogare, at ſub melle, quia latet venenum, & ex ore illorum prodeunt, qui ex mulorum excrementis, fimoq; naſcuntur ideſt ex noſtris, qui cum in honore eſſent, non intelligentes comparati ſunt iumentis inſipientibus, & ſimiles facti ſunt illis, ideo oramus domine, vt caligines hæ, & deceptiones, falſi, & ementiti colores, luce tua purgentur, & ſicut vultu ſuo ſol corporeus, reddit colorem rebus, expulſa nocte, tenebriſq; fugatis, ſic *vulto tuo ſereno*, ideſt tranquillo, felici, & lęto, ò tu lux ſideris eoi, ideſt orientalis ſideris: qui lux es, ideſt ſolis, qui ſicut in parte occidentis occiduus eſt, ſic in parte orientis oritur quotidiè, & verè dicitur Chriſtus lux ſolis, vel vt iacet in operibus prudentij (ob quod puto, quod ipſius ſit hic hymnus non D. Ambr.) *Rex ſolis*, tum quia creator eſt ſolis, & orbem ſolis regit, tum quia ſine eo ſol corporeus nõ illuminaret, *illumina*, & expulſis tenebris errorum, deceptionibus, & adumbratis coloribus redde cordibus, & ſenſibus noſtris calorem, & colorem verum, qui color à caleo cales dicitur, ob id, quia calore ignis Spiritus. s. & ſolis orientalis, qui tu es, de quo dicitur, ò oriens ſplẽdor lucis ęternæ, & ſol iuſtitiæ, efficitur, & conficitur, non ſecus ac colores rerum, qui calore ignis, & ſolis conficiuntur (vt dictum eſt) cui ſit gloria in ſecula, ſeculorum. Amen.

Hęreticorũ dogmata fuci dicuntur *Sap. 13 c.* *pſal. 48.* *Chriſtus lux & rex ſolis dicitur, & quare,*

Hymnus ad ueſperas quartæ ferię Cęli Deus ſanctiſſime &c.

SEquitur expoſitio hymni, qui dicitur ad veſperas in quarta feriali die, in quo author (quicunque ſit ille) laudat Deũ ab opere quartæ diei, vnde benè cãtatur hic hymnus ad veſperas quartæ diei hebdomadę, quia hac die ornauit Deus Spiritu ſancto ſuo, & verbo, quo dixit, & facta ſunt, luminaribus illis magnis, ſole videlicet, & luna, & tandem orat Sãctiſſimum Deum cœli, vt corda hominum illuminet, mentium ſordes abſtergat, vinculum culpæ

reſol-

reſoluat, & criminum moles euertat. Ait ergo, *ô ſanctiſſime Deus cæli*: Et quanuis apud veteres nihil ſanctum dicebatur niſi, quod ſanguine hoſtiæ erat conſecratum, vel reſperſum, vnde qui purificari volebãt ſanguine hoſtię vngebãtur, & ſancti poſtea dicebantur quaſi ſanguine vncti, & modo ſanctus dicitur, qui in Christi fide eſt cõfirmatus, & ſanctum, quod violare, & corrumpere nefas eſt, & ſanctum, quod Deo dicatum eſt, quodue ab hominum iniuria defenſum, atq; munitum eſt, & ſanctus locus: vbi ſancta reponuntur, & res ſanctæ geruntur, vt applicatur Deo hoc nomen, & ſuperlatiuum eius, idem ſonat ac ſi dicamus firmum, & firmiſſimum: conſtans, & conſtantiſſimum, purum, & puriſſimum, innocens, & innocentiſſimum, & ab hominum iniuria defenſum: atq; munitum, vt ſit ſenſus, *ô ſanctiſsime*. ideſt firmiſſime conſtantiſſ. puriſſ. innocentiſſ. & ab hominum iniuria defenſe: atq; munitè, *Deus cæli*, creator, rector, ac gubernator, qui veluti alter maximus atlas: axem humero torques, cœlum ſuſtines, gubernas, & gyro celeri rotas, *qui pingis igneo candore centrum poli lucidum*, vbi notandum, ꝙ licet centrum quandoque ſumetur pro puncto in medio circuli, vel alterius rei: à quo equaliter diſtat qualibet pars pariferię, vel circumferentiæ, & a quo ad circumferentiam omnes lineæ ductę ęquales ſunt ſecundum philoſophos: vel pro orbis medio, *quod* eſt terra, vel quod habet, terra, quod quidem, cardinem mundi appellat apuleius: vel pro nodo duriori, qui in marmoribus iuniperis, & quibuſdam arboribus inuenitur, qui ſunt centroſa ſcobe. ideſt limatura dura, quę centra dicuntur inimica ſerris, Et poli licet ſumantur pro punctis immobilibus circa quæ tanquam circa cardines quoſdam, totum cęlum volui videtur, orbiſque rotari, quorum alter atticus ſeptemtrionalis dicitur, & nunquam occidit, ſed ſemper conſpicitur, & nobis ſemper ſublimis, & borealis, alter auſtralis, & antarcticus, quẽ ſtix atra, & manes profundi vident, qui terræ obiectu à nobis cerni nequit, & auſtronotus dicitur, & ex diametro opponuntur, qui occupãt extrema lineæ imaginariæ ab vno horũ ad alterũ ductę, quã axẽ appellant Hoc loci tñ per centrum intelligimus ipſius cęli ſpatiũ, & per polũ intelligimus ipſũ cęlũ, ꝙ politũ, & ſculptũ eſt varijs ſtellis, vt ſit ſenſus, *qui pingis* .i. ornas *lucidum*, ideſt clarum perſpicuũ, *centrum* i. ſpatiũ cęli & orbis, *candore*, ideſt ſplendore, vel albedine ſplendori coniuncta, *igneo*, ideſt qui naturã ignis habet: vel ignem imitatur eſt enim ſolis candor illuſtrior, quam vllus ignis. *Augens illud decoro* .i. pulchro, & decenti lumine, nã & ſi lux triduo ante factum ſolem, irradiabat diem, non ita clarè lucebat: & ita

Sãcti nomẽ quid ſignificabat apud veteres, & quid ſignifi cet apudnos modo.

Centri, & poli nomen licet multipliciter dicatur, hoc loco tamen ſumitur centrum pro cę li ſpatio. & polus pro cælo.

O ſplen-

ſplendidè tunc, vt nũc, nam ſole facto diei fulgor auctus eſt, & amplori luce radiauit dies poſtea, quàm ante, *Quarto die, qui flammeam &c.* vt ſit ſenſus, *qui quarto die conſtituens flammeam rotam ſolis*, flammæ videlicet colorem referentem, accenſam, & ignitam, ſi enim ſtellæ, natura ſunt flammeæ, cur hoc non erit dicendum de ſole, & ſolis rota? & benè ait *quarto die*, quia reuera mũdus per tres dies ſtetit ſine ſole, prima enim die diuiſit lucem à tenèbris, ſecunda die fecit firmamentum, diuiſitq; aquas ab aquis, tertia die diuiſit aquas, quæ ſub firmamento, & iuſſit illas coire in locum vnum, & apparuit arida, quarto die diſtinxit cœlum claris luminibus, fecitq; hæc luminaria duo magna, ſolem videlicet, vt præeſſet diei, & lunam, & ſtellas in præfecturam noctis, quæ, & poſuit in firmamẽto, vnde dies illi tres præcedentes hunc quartum: in quo ornauit Deus firmamẽtum luminaribus his magnis, & ſtellis, illuſtrati sũt à luce, quæ prima die facta eſt, & ad faciendum diem ſufficiebat: & vicem, ac ſolis locum tenebat, quæ motu ſuo circumagitata: noctẽ: & diem diſcernebat, & ad occaſum deſcendens, veſperam faciebat: & reuocata ad ortum manè illuſtrabat, diemq; faciebat, licet Dion. dicat, quod lux illa ſolaris eſſet, ſed cum quadam informitate: quia non lucebat ita clarè, & ſplendidè, vt nunc lucet, quia nunc lucet in ſe, & facit alia luminaria lucere, & hoc quarto die, in quo ita partes cœleſtes: vnde factæ ſunt ſtellę, & luminaria condenſatæ ſunt, vt recipiendo lumen à ſole lucere poſſent, & ita lux illa de qua factus eſt ſol, eſt condenſata, vt luceret in ſe, & faceret alia luminaria lucere: & noctes illæ tres: quę præceſſerunt lunæ, & ſtellarum factionem, fuerunt omnino tenebroſæ, & ſine lumine aliquo: quæ

Dubitationes. nox: poſt creata ſidera: aliqua luce claruit. *Sed dices:* ſi verum eſt, quòd qui viuit in æternum creauit omnia ſimul, quomodo dicis: quòd

Eccl. 18. quarto die creata ſunt luminaria? item ſi à principio creata ſunt elementa ſecundum ſuas ſubſtantiales formas: multo magis dicendum eſt hoc de luminaribus cœli, quòd producta ſint ſecundum ſuas ſubſtantiales formas in primordio, item ſi vno, & eodem die facta ſunt

Gen. 2. c. omnia (vt patet per lib. Gen. vbi habetur: iſtæ ſunt generationes cœli, & terræ, quando creatę ſunt in die, quo fecit Deus cœlum, & terram, & omne virgultum agri) quomodo tu dicis quarto die fuiſſe

Sol. facta luminaria? Reſpondetur quòd debemus diſtinguere, quod res primo creatæ ſint: poſtea diſtinctæ, tandem ornatę, vnde ſi loquamur de opere diuino creationis, clarum eſt quòd in ipſo primordio omnia fuerunt ſimul producta, & de opere diuino creationis intel-

Eccl. 18. c. lexit ſapiens cum ait, qui viuit in ęternum &c. at quamuis omnia

fuerint

fuerint creata ſimul, & ſub ſubſtantialibus formis: ſub quadam tamen informitate, & confuſione, & indiſtinctione creata fuerunt, quia cœli non apparebant diſtincti, & elementa propter immixtionem aquarum non videbantur diſtincta, elementum enim aquæ ita ratum erat, & nebuloſum, quòd cooperiebat, totam terram, inficiebat totum aerem, & aliquam partem ignis, non tamen omnia ſimul fuerunt perfecta, & ornata, ſed in ſex voluminibus dierũ fuerunt omnia diſtincta, perfecta, & ornata, hinc Moſes narrato opere ſextę diei, recapitulando, non recapitulauit aliquid de opere creationis: quod non fuit factum ſecundum pluralitatem dierum, ſed in ipſo primordio omnia ſimul creata ſunt, ſed recapitulauit opus perfectionis, & ornatus, dicens igitur perfecti ſunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum: & ita in ſex diebus fuerunt diſtincta omnia, & ornata, ita vt tres dies aſſignentur ad diſtinctionęm, & tres ad ornatum, quorum primus, qui quartus in ordine: aſſignatur ad ornatũ cœli, in quo poſita ſunt luminaria magna, & ſtellæ, vt lucerẽt ſuper terram, pręeſſent diei, ac nocti, & diuiderent lucem, ac tenebras. Patet igitur ex his ſolem, & lunam, & ſtellas, fuiſſe facta quarto die ad ornatum cœli, quæ in primordio creata ſunt cũ alijs, vnde ſicut de terra dicitur, ꝙ tunc facta fuerit, quando apparuit aquis diſcooperta (licet in principio facta fuerit) ſic de luna, ſole, & ſtellis: dicitur tunc fuiſſe producta, quum lucere ceperunt, & pręeſſe diei, ac nocti, ita vt ſol lumine ſuo augeret diei fulgorem, & luna, & ſtellę, aliqua luce, mutuata ſibi, & alijs luminaribus, à ſole (ſine quo nec nunc lucerent) illuſtrarent noctem, quæ in illo triduo: antequã hæc lucere cepiſſent, omnino tenebroſa fuit, non ꝙ à principio ſimul cum alijs non fuerint producta: hanc veritatem ſonare vidẽtur verba ſcripturæ in Gen. cuius authoritas maior eſt: quam totius ingenij humani perſpicacitas, quæ dicit Deum dixiſſe: fiant luminaria in firmamento cœli, vt luceant, & illuminent terram, adhuc enim vſum Deum poſuiſſe illa in firmamento cœli (ait ſcriptura) quæ forſan cum luce illa primo die facta, illuminabant, & illuſtrabant ſuperiores partes tantum, non iſtas inferiores, aut ſi iſtas, non ita plenè, vt nunc, nam cum ſol, & luna, & ſtellę ceperunt lucere ſuper terrã, lumine ſolis fulgor diei auctus eſt, & nox per lunam, & ſidera, aliqua luce claruit. Et ſi dices ad huc, quomodo quarto die factus eſt ſol vt luceret ſuper terram de die, & luna, & ſtellæ ſuper terram in nocte, cum ſcriptura dicat: ꝙ vno, & eodem die creata ſint omnia? hic eſt liber (ait Moſes) creaturæ cœli, & terrę, quum factus eſt dies In quo fecit Deus cœlum, & terram, & omne viride agri? Reſpondeo

Dubium.

Gen. 2. c.

Solutio.

deo, ꝙ per diē debemus intelligere diē: quo factę ſunt res factione pfectionis in quo vidit Deus cũcta q̃ fecerat, & erãt valde bona, ſiue talis dies ſit ſextus, vel ſeptimus: nõ quo factæ ſunt factione bonitatis, in quo dicit ſcriptura: vidit Deus ꝙ eſſet bonum. verum eſt n. ꝙ vno, & eodem die factione perfectionis fecit Deus cœlum, & terram &c. in quo Moſes loquens ait, igitur perfecti ſunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum, at non vno, & eodem die fecit Deus omnia prædicta, factione bonitatis, ſed per volumina ſex dierũ, in quorum quolibet (ait) vidit Deus ꝙ eſſet bonum, vel poſſumus dicere ꝙ per diem ibi debeamus accipere totum illud tempus, in quo opera ſex dierum facta ſunt, nec hoc eſt rarũ in ſcriptura, cũ & D. Paulus dicat, ecce nunc dies ſalutis, & per diem intellexit totum tẽpus quo hic viuimus, & in ſcriptura legitur ſicut in exacerbatione ſecũdum diem tentationis in deſerto, vbi per diem intellexit totum tempus tentationis per 40. annos, & amplius, & in D. Ioan. Euangelio me oportet operari (ait Chriſtus) opera eius, qui miſit me, donec dies eſt, vbi per diem intellexit totũ tempus vitæ ſuæ, quare & hoc loci dicimus, ꝙ dies ſignificet nobis totum tempus: quo primo dialis natura facta eſt. Reuertamur igitur vnde digreſſi ſumus, & dicamus ꝙ omnia ſimul, & vno die. i. tempore creata ſint, & in principio, ſecundum ſuas ſubſtantiales formas, ſed quia habuerũt illas in quadam informitate, & in eſſe confuſo, & indiſtincto, per ſex dierũ volumina, fuerunt diſtincta, perfecta, & ornata, quorũ tria aſſignamus ad rerum creatarum diſtinctionem, & tria ad ornatum, quorũ triũ vltimorũ, primũ q. eſt quartum in ordine ſpectat ad ornatũ cœli, in quo facta ſunt luminaria, vt lucerent ſuper terram, quæ antea non lucebant, & vt per ea illuſtraretur inferior pars, ne eſſet habitãtibus tenebroſa, ſicque infirmitati hominum prouiſum eſt, vt circumueuntę ſola: potirẽtur homines diei, & noctis viciſſitudine, propter dormiendi, vigilandiq; neceſſitatẽ, & ideo etiã, ne nox indecora remaneret, ſed luna, ac ſideribus conſolarẽtur homines, quibus in nocte operãdi neceſſitas incũberet, & quia quædã animalia ſunt, q̃ (vt ſupra diximus) lucẽ ferre nõ poſſunt: & debuit prius ornari cœlũ, quã cetera elementa: tũ quia cæteris elementis nobilius eſt, & ſpeciẽ pręſtat, tũ quia prius alijs factũ eſt, & ſi nõ tẽpore: natura tñ. Sed dices: quomõ prius alijs ornatũ eſt cœlũ, cũ ante quartũ diẽ ornata fuerit terra, & ex quo apparuit, herba virenti, arboribus, & plantis? Reſpõdeo ꝙ nõ fuit ornata terra tertia die, & ante cœlum, ſed ſexta die, & ꝙ dicit de herba virẽti, arboribus, & plãtis, Dico ꝙ & ſi ea die qua terra apparuit aquis diſcooperta, & ipſa oĩa apparere debuerint

2 Cor. 6 c. pſal. 94. & Heb. 3. c.

Ioan. 9. c.

Cœlum prius ornatum eſt alijs elementis.

Dubium.

Solutio.

Terra ornata fuit ſe-

cum

cũ ſint connexa terræ, & radicibus, fixa cõtinuentur, nõ dicũtur tñ ornamenta terrę, quia habet alia ornamenta ijs lõge nobiliora quibus ornari debebat ſexta die, vt aĩalia, & homines, quæ vltra genus vitæ, ꝙ eſt vegetatiuũ, hñt alia genera vitæ excellẽtiora, vt ſenſitiuũ: motiuũ ſecundũ locũ, & intellectiuũ: nõ obſtãte ꝙ homines nõ ſint propriè, & ſimpliciter ornamenta terræ, quia licet ſint facti de terra, & in terra: nõ ad terrã tñ, & propter terrã, ſed ad cœlum, & propter cœlũ, fuerũt vtiq; arbores, & plãtę ornamẽta terræ pro tunc, quia ſic vocãt illas ſancti, at aduenientibus alijs ornamẽtis, nobilioribus, & potioribus illa perdiderũt nomẽ ornamẽti. Sed dices admiſſo ꝙ ſol, luna, & luminaria alia ſint facta quarto die: mõ quo dictũ eſt ſupra, & explicatũ: quęro nũc vnde eſt, ꝙ ſcriptura dicit ſolẽ, & lunã eſſe luminaria magna, ſi. n. verũ eſt hoc de ſole, ꝙ eſt luminare maius qñtitate, quã aliquod aliud: ꝙ reperiatur in cœlo, de luna quomõ hoc erit verũ, cũ ſtellæ fixę viſu notabiles ſint maiores tota terra, & hæc ſexies maior eſt luna, quod oſtẽditur nã cum eclypſatur tota clauditur in vmbra terræ, & ego Reſpõdeo, ꝙ non dicitur luna poſt ſolẽ maior quãtitate, quã ceteræ ſtellæ, ſed benè maius luminare, quã ceteræ ſtellę, nã propter ſui propinquitatẽ ad lucendũ nobis & ad illuminandũ terrã, poſt ſolem (à quo mutuat ſuũ lumen, & ſine quo lucere nõ poſſet) plus hoc facit, quã ceteræ ſtellæ, *Lunę miniſtras ordini &c.* ſic habet vna litera, Alia habet *lunæ miniſtras ordinem vagoſq; curſus ſiderũ*: quæ & ſi nõ placeat quibuſdã, expoſitionẽ ego vtriuſq; in mediũ proferã, & quo ad primã dicunt, qui non poſſunt ferre ſecundã lectionẽ referẽdo tertiũ, & quartũ carmen ad lunã, & totũ verſum tertiũ huius hymni, ac ſi ꝙ ſcriptura dicit de omnibus luminaribus præſertimq; de ſole, fiant luminaria in firmamẽto cœli, & diuidãt diẽ, ac noctẽ, & ſint in ſigna, in tẽpora, in dies: & in annos, vt luceant in firmamẽto cœli, referre debeamus, & aptari debeãt ad lunã, ꝙ nõ eſt ſani capitis dicere, ſenſus igitur eſt ſecũdũ hos, qui primã lectionẽ, totis vulnis amplectuntur, Qui Deus ſanctiſſime cœli, *miniſtras ordini ipſius lunę vagos recurſus ſiderũ*, & dicitur Deus miniſtraſſe ordini lunæ vagos recurſus ſiderũ, qñ ipſi lunæ aſſignauit varios motus p ſigna cęleſtia. q̃ ꝓpter ſtellas ipſis infixas interdũ nõe ſiderũ, & aſtrorũ noĩnãtur, hinc Virg. p duodena regit mũdi ſol aureus aſtra: & per aſtra intellexit duodecim ſigna cęleſtia, & hoc ideo, vt daret ipſa *terminũ dirẽptionis*. i. diſtinctionis, diuiſionis, ſeparationis, & ſeiunctionis. *noctibus* (vt à verbo dirimo is, proficiſcatur: non à verbo diripio. is. quia non benè ſtat direptionis, ꝙ ſonare videtur violẽtã ablationẽ) *& luminis, & daret notiſſimũ.*

ſignum.

xta d e, & quomodo ante.

Dubium.

Solutio.

Luna nõ dicitur maior quantitate poſt ſolem, ſed benè maius luminare, quo ad lumen.

Gen. 1. c.

ſignum primordijs, ideſt principijs, & exordijs *menſium:* ad hoc.n.
formata videtur luna, vt præbeat metam, limitem, vel terminum di
ſtinctionis diei, & noctis, & vt det ſignum notiſſimum initijs men-
ſium, in cuiuſq; enim menſis principio luna renouatur, quod qui-
dem principium menſis græcè neomenia dicitur, ideſt nouilunium
pſal. 80. vel innouatio lunę: hinc Dauid, buccinate (ait) in neomenia tuba, iu
dæi enim in legitimis ſuis, lunationes pro menſibus habebant ex le
ge, & ideo dies nouæ lunę ſolennis erat apud eos, Hæc de expoſitio
ne lectionis primæ, Quo ad ſecundam, ſenſus eſt *Lunæ miniſtras or
dinem, & vagos curſus ſiderum*, ideſt tu ò Deus ſanctiſſime cœli, eodé
die, quo conſtituiſti flammeam rotam ſolis, conſtituiſti etiam alia lu
minaria, ſtellas videlicet, & lunam: eaſq; imperaſti, vt eſſent in cœ-
lo, non fixiſti (videmus enim eas vnico temporis momento magnū
tranſire ſpatium, & nunquam in vno loco ſtare, ſed ſuum curſum
perficere, quem illis dominus pręcepit) cui *lunæ miniſtras ordinem:*
quem non tráſgreditur, ſed diſpoſitionem, & ordinem domini cu-
ſtodit ſuū opus faciens, *& vagos curſus ſiderum* aſſignans illi varios
motus per ſigna cœleſtia, quę propter ſtellas (vt dictum eſt) ipſis in
Inter ſtel-las, ſidera & Aſtra, diſcrimen. fixas, interdum nomine ſiderum, & aſtrorū nuncupantur, licet ſit
inter ſtellas: ſidera, & aſtra differentia, nam ſtellę dicuntur à ſtando,
quia ſtare videntur, & proprię ſtellæ dicuntur, quæ ſunt in firma-
mento, quæ ſingulę ſunt, ſidera ſunt in quibus plurium ſtellarum
collectio fit, & ſigna ſunt ex pluribus ſtellis compoſita, quæ & ſigna
cœleſtia vocantur, duodecim enim illa ſidera, quæ in Zodiaco ani-
malium figuris imaginamur: ſigna dicuntur, ſunt enim notę quæ-
dam, quę ad naturam ſolis referuntur, quorum nomina ſunt Aries
Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Saggitta-
rius, Capricoruus, Aquarius, Piſces, Aſtrum vero grandis ſtella, &
Vagi cur ap pellentur ſi derū ncur-ſus. grande ſidus dicitur, quibus vagi nomen aſſignatur, *& vagos curſus
ſiderum* (ait author hymni) & lucanus ſtellaſq; vagas miratur: & a-
ſtra, quia erratici ſunt curſus illorum, & huc atq; illuc diſcurrunt,
incerti: inſtabiles, non firmi, nec ſemper currunt eodem curſu, om
ni enim menſe mutant curſum ſuum, quod ſi quęres ad quem vſum
ordinata eſt luna? Reſpondet author hymni, vt *noctibus vel lumini
diremptionis terminum &c.* ſenſus eſt, ad hunc vſum ordinata eſt, vt
det *terminum*, & metam diſtinctionis, & ſeparationis, *lumini, & no
ctibus, & daret ſignum notiſſimum primordijs*, ideſt principijs menſiū:
vnde, & apud hebræos menſęs legitimi: nō ex ſolis circulo, qui iter
ſuum peragit in diebus 365. qui faciunt annum, ſed ex lunæ curſi-
bus enumerantur, quę per 30. dies iter ſuum percurrit, qui menſem
faci-

faciunt, quod eſt de noua ad nouam, quanuis ægyptij primi, propter lunæ velociorem curſum,& ne error computationis eius velocitate accideret, ex ſolis curſu, diem menſis adinuenerint, quo tardior ſolis motus, facilius poterat cōprehendi. At quia ab hunc vsū: non ſolum ordinata eſt luna, ſed & ſtellę, & pręcipuè ſol ipſe (qui princeps eſt omnium ſiderum, temporum diſpenſator, moderator & dux, quem, & heraclitus fontem cœleſtis lucis appellauit) ait.n. ſcriptura, dixit Deus fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidāt diem, ac noctem, & ſint in ſigna &c. ideo non inconuenienter dici poteſt: authorem hymni in illa parte *vt noctibus, & lumini &c.* reddere cauſſam, & reſpondere ad quæſitum, Poſſet enim quis quęrere, ad quem vſum, & ad quid factam flammeam ſolis rotam putamus, & Deum dediſſe ordinem lunę, & ſideribus vagos recurſus? & Reſpondens ait, hæc eſt cauſſa, & ad hunc vſum facta fuiſſe dico: *vt noctibus vel lumini &c* vt ſit ſenſus hæc facta ſunt ad hoc: non ſolum vt luceant ſuper terram, ſol videlicet ex ſe non mutuando ſibi lumē ab alio, ſtellæ, & luna à ſole hoc accipiētes, hinc luna dicitur, quaſi aliena luce lucēs, quæ ſolis diſcipula obſequitur ſupernis curſibus, & pro vt accedit ad ſolē, vel recedit, creſcēs, aut ſeneſcens diſpenſat lumen, ideoq; ſemper eſt inſtabilis, nam nec par, aut eadem nocturnæ forma dianæ eſſe poteſt vſquam (dixit Ouidius) ſed vt diuidant diem, ac noctem, & ſint in ſigna: in dies, in tempora, & in annos, & hoc ſiue accipiantur ſecundum motus cœleſtes diurnū, qui eſt motus primi mobilis ab oriente in occidens, & redit ad oriens infra diem, & noctem, vel ſecundum motum proprium huic vel illi, & prout eſt proprius ſoli, quia ſecundum motū eius potiſſimè hæc ſunt accipienda: Nam ſi accipiantur ſecundum motum cœleſtē diurnum, qui completur in vno die naturali ſecundum partes ſuas, quæ ſunt arcus diei ab oriente in occidens, & arcus noctis prout ab occidente redit in oriens, ſic luminaria, & præſertim ſol: diuidit inter diem, & noctem, nam ſol motu diurno peragit arcum diei eūdo ab oriente in occidens, & arcum noctis ab occidente, in oriens: ſi autem accipiantur ſecundum motum cœleſtem diurnum ſecundum totam reuolutionem, ſic luminaria cœli, & præſertim ſol, ſunt in dies, quia quælibet reuolutio cōpleta: facit diē naturalē, vñ ſol eſt in dies, quia faciendo completam reuolutionem ſecundum motum diurnum facit diem, & quod dicimus de ſole dicimus de alijs luminaribus, quod motu diurno diu'dant diem, ac noctem, & ſint in dies, diuidunt diē, ac noctem. quis ſol lucet in die, factus eſt enim vt pręeſſet diei, & alia luminaria in nocte, cū ſint facta vt præſſent nocti.

bo&i ſunt in dies, quia ſicut ſol in motu diurno apponit 24, horas, ſic quilibet planeta, & omnes ſtellæ ſecundum motum diurnum cõplent reuolutiones ſuas in 24. horis, ſi autem accipiantur ſecundũ motum proprium. ſic ſunt in ſigna tempora, & annos, & præſertim ſol, quia ſicut ſol eſt in ſigna, quia peragit ſigna, eſt in tẽpora, quia peragit tempora: eſt in annos, quia peragit annos, circulus enim quem deſcribit ſol motu proprio, poteſt tripliciter accipi, vt diuiditur in 12. partes, vt diuiditur in quatuor, & vt accipitur ſecundum ſe totum, Primo modo ſol eſt in ſigna, & menſes, quia facit 12. mẽſes, & agit 12. ſigna: in menſe Martij enim ſol eſt in ſigno Arietis, in menſe Aprilis, in ſigno Tauri, in menſe Maij, in ſigno Gemini: in menſe Iunij, in ſigno Cancri, in menſe Iulij, in ſigno Leonis, in menſe Auguſti, in ſigno Virginis, in menſe Septembris, in ſigno Libræ, in menſe Octobris, in ſigno Scorpionis, in menſe Nouembris, in ſigno Sagittarij, in menſe Decembris, in ſigno Capricorni, in menſe Ianuarij, in ſigno Aquarij, in menſe Februarij, in ſigno piſcium, ſecundo modo ſol eſt in tempora, quia deſcribit quatuor tempora, ver calidum, & humidum, AEſtatem calidam, & ſiccam, Autumnum ſiccum, & frigidum, Hyemem frigidam, & humidam: tertio modo ſol eſt in annos, quia quum complet reuolutionẽ ſuam facit annum, & quod dicimus, de ſole dicimus de alijs luminaribus. ſunt itaq, luminaria, & præſertim ſol in ſigna tempora, dies, & annos, quia motibus ſiderum fiunt dies, anni, & viciſſitudines aereæ qualitatis, & propterea diſtinguimus quatuor tempora anni, & sũt in ſigna ſerenitatis, & tempeſtatis, & in tempora, ideſt diſtinctionẽ horarum, nam priuſquam fierent, nullis inditijs notabatur ordo temporum, vel meridiana hora, vel quælibet hora, & hæc primo cõpetunt ſoli, vt qui aduentu ſuo diem, receſſu vero noctem efficiat, qui ſol dicitur, ideſt ſolus, reuera enim vnus eſt, & non plures, & ſi quandoque legatur in numero pluri, intelligas id dictum pro diebus, vel ardoribus ſolis, vel dicitur ſolus, quia tantam claritatem ſolus obtineat, vt ſolus cum exortus fuerit obſcuratis alijs appareat: qui cum ex planetis ſit vnus, non fixus in cœlo manet, nam ſi ſic omnes dies, & noctes equales exiſterent, ſed ex ipſo ſunt horę, ex ipſo dies cum aſcenderit, ex ipſo nox cum occiderit, ex ipſo menſes, & anni numerantur, ex ipſo viciſſitudines fiunt temporum, vadens lõgius ad meridiem hyemem, facit, vt humoribus hibernis, ac pruinis terra pingueſcat, Accedens propius ad ſeptemtrionem, æſtatem facit, vt fruges maturitate *durentur*, & quæ ſunt in humidis inconcocta, feruefacta miteſcat, cui ideo Deus diuerſos curſus conſtituit, loca,

loca, & tempora, nedum ſemper in iiſdem motaretur locis, quotidiano vapore eius vniuerſa conſummarentur, curſus diuerſos accipit, inquit clemens, quibus aeris temperies pro ratione temporum diſpenſetur, & ordo viciſſitudinum, permutationumque ſeruetur, nam dum ad ſuperiora conſcenderit ver temperat, vbi ad ſummum cœli venerit, æſtiuos accendit calores, Deſcendens rurſus, autumnum temperat, & cum ad inferiorem redit circulum, ex glaciali cõpage cœli rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit, & cum ad circulum himerinum peruenerit, qui æquinoctialis dicitur à latinis, & per ſignum libræ currit, æquinoctium facit, hic præter motum illũ primi mobilis, quo ab ortu ad occaſum rapitur, vnà cum alijs planetis habet peculiaré quandá illi contrariã conuerſioné, vnde & planetæ dicũtur ab errare, ꝙ à motu aliorũ ſiderũ aberrare videantur, & latini græcorũ imitatione, errantia ſidera, & erraticas ſtellas appellant, nã interdũ in auſtrũ, interdũ in ſeptemtrioné, plerumq; cõtra mundum, nonnunquã cũ mundo feruntur: non ꝙ ipſi errent, quia eundem motum, & mouendi legem, habent nunc, quam ab initio ſuæ conditionis habuerunt, ſed errare faciunt homines, cũ ita variẽt ortus, & occaſus per diuerſa loca, ꝙ nos circa eorum motus errare faciant, & ideo benè dixerunt quidam, ꝙ deberent potius dici planunte, ideſt errare facientes, quam planetę, ideſt errantes, quorum nomina græca ſunt, phæton, phęnonca, pyrion, heſperus, ſtilbon, quos romani nominibus deorum ſuorum Saturni, Iouis, Martis, Veneris, & Mercurij ſactauerunt, non legi eos de ſole, & luna, feciſſe mentionem, quę etiam inter planetas computantur: nam ſol poſt Martem ſituatur, & luna poſt Mercurium vltima, terriſque citima, quæ ideo, & non recto curſu incidit vt ſol, ſed obliquo, ne incidat in centrum terræ, & frequenter patiatur eclypſim, quæ creſcens orientem cornibus ſpectat, decreſcens occidentem, quia occaſura, & amiſſura eſt lumen. Volui hæc hoc loci enarrare: non quod ſententiæ explicatio enarrationem hanc requireret, ſed vt oſtenderem non ad illum vſum tantum factum fuiſſe orbium ſecem hanc, & planetarum omnium vltimam in cœlo iuſſu Dei poſitam (id quod ſentire videtur quidam ex hymnorum expoſitoribus) ſed ad illũ vsũ facta fuiſſe alia luminaria, & præſertim ſolem, ac per hoc: ꝙ verba verſuum in hymno ſic benè poſſint referri ad ſolem, ſicut ille expoſitor ad lunam tantum referri poſſe docuit, Motus forſan, quia author hymni vtitur verbis ſingularibus. *Terminum, & ſignum*, quia debebat animaduertere: ꝙ in ſcriptura nõ eſt rarũ qñq; poni ſingulare pro plurali. *Illumina cor hominũ &c.* in hac parte cũ laudaſſet Deũ

Cur planet. errantes dicantur.

author hymni ab opere formationis luminarium in cœlo, orat Deũ vt ſicut illuminauit cœlum, ſtellis, & luminaribus, quibus tenebras effugauit, ſic dignetur illuminare corda hominum ſpirituali lumine gratiæ ſuæ, quo ab illis tenebræ peccatorum expellantur, vnde ſenſus eſt, *illumina* ò Deus luminarium creator in cœlo radijs ſpiritualibus gratię tuę plus ſplendentibus, quam ſolent radij ſolares, cor prauum, & benè à corde incipimus, quia inter viſcera præcipuũ eſt, & vitæ ſedes: *Abſterge*, ideſt purga munda, *ſordes* , ideſt immũditias mentium, in quibus iacemus, & nimio animi dolore ſqualle mus *reſolue*, ideſt diſſolue culpæ vinculum quo ligamur; tua enim

Pſal. 145. eſt iſthæc potentia, de quo Dauid, dominus ſoluit cõpeditos, *euerte* ideſt dirue, deſtrue, diripe moles criminum, quæ nobis ſunt ingentis ponderis, quod præ magnitudine ponderis curui, & inclinati incedimus, & non ſolum non audemus: ſed nec poſſumus ſurſum reſpicere, vtinam dicas nobis, quod, & mulieri illi habenti ſpiritum

Luca. 12. *c.* infirmitatis annis decem & octo dixiſti (domine) Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua, quod vt facias oramus. Amen.

Hymnus ad matutinum in quinta feriali die.

SEquitur expoſitio hymni. *Nox atra &c.* qui dicitur feria quinta in feriali officio ad matutinũ: in quo author (quiſquis ille fuerit) deſcribit qualitatem nocturni temporis: quæ talis eſt, quod cõtegit rerum omnium terrę colores, & quia ſicut nox obſcuritate ſua abdit colores rerum terrę, ſic nox peccati: & culpę, non ſolũ abdit, ſed aufert colores, & calores ſpirituales: (quibus calefit anima) & veluti diuinis muneribus ornatur, Ideo orat tandem, vt Deus caliginem mentis expellat à nobis: auferat piacula, & illuminet, ita tamen vt in beato munere gaudeat ſe collocari. Ait ergo *Nox atra*, ſenſus eſt, *Atra*, ideſt obſcura, & nigra nox, *contegit*, ideſt ſimul tegit, cooperit: abdit, aufert *colores rerum omnium terræ*, pro quanto non reddit illos conſpicuos, & ad conſpiciendum habiles, ſic enim intelligitur Poeta quum ait, Nox

Quomodo nox auferat colores rerum. abſtulit atra colores. Pro tãto enim nocte auferre colores dicimus: quia tunc temporis non poſſunt eſſe conſpicui, non quod per illud tempus auferantur à rebus, ita quod eis non inſint, inſunt vtiq; at non ita, vt conſpici poſſint: quia in lumine videntur: hypoſtaſis. n. coloris lumen eſt, & vt forma ipſius, quodam enim modo facit lu-

3. *de anima. tex.* 18. men potentia colores, actu colores: ideſt actu motiuos viſus, quem actu mouere nõ poſſunt ſine lumine: quod facit colores actu viſibi-

biles, non autem actu colores. Et quia non ſolum tempore nocturno, nox abdit colores rerũ, ſed & peccati nox colores mentium auferſ; atque deperdit, ideo *Nos confitentes* peccata noſtra, & nomẽ tuum inuocantes (ò domine Deus) *Poſcimus* precamur te, ò *iuſte index cordium*, ideſt Chriſte: qui es index iuſtus: & ſecreta cordiũ ſcrutaris, & renes: *Vt auferas piacula*; non hic piaculum pro pœnitentia, & ſacrificio, quod pro peccatis fit: accipitur (vt in mantuano Homero, ea prima piacula ſumpto) ſed pro peccato, & flagitio, vt ſit ſenſus *Poſcimus, vt auferas piacula*, ideſt peccata grauia, crimina: flagitia, quæ mentem: cor, & corpus maculant, ac polluunt, ita (vt rectè dicant quidam) venit nomen hoc à verbo pioas. quod ſignificat maculare: contaminare: polluere. *Sordeſque mentis abluas*, ideſt laues animam, & mentem à ſordibus, ideſt à peccatis, & malis cogitationibus, quibus immundę, & vndique ſordidatę ſerentur quamuis (qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis) putent: peccata amictus eſſe pluſquam nobiles, bonoq; odore, ſed reuera nõ eſt ſic: nã ſordidi amictus ſunt, & fœtere faciũt odorem noſtrum corãm Deo: & ſeruis eius, ò nos felices, ſi lauet nos dominus à peccatis noſtris in ſanguine ſuo *Doneſq; Chriſte gratiam vt arceantur crimina*, ideſt expellantur à nobis mortalia: quibus ſemel propulſatis, oramus etiam vt prohibeantur, ne rurſus accedãt, quod fiet ſi occurret armata gratia ad arcendam vim eorum, quę, ſicut non poſſunt ſtare cum gratia, & charitate: ſic nec charitas, & gratia cum eis (oppoſita enim ſunt, & valdè contraria) vnde ſimũl ſtare nequeunt: illis enim clauditur diabolo: & aperitur Chriſto: ijs autem prohibetur Chriſto ingreſſus ad nos: & diabolo conceditur à quibus quum expellitur per charitatem, & Chriſti digito: torquetur: ipſorũ teſtimonio, qui in ipſa è corporibus eiectione dicebãt quid nobis, & tibi fili Dei benedicti? veniſti ante tempus torquere nos, concede igitur ò domine nobis gratiam, vt *arceantur crimina*, quibus veluti quibuſdam ſeris: ac vectibus, vitæ ianua nobis clauditur: & Chriſto cordis oſtium, ne ingrediatur ad ipſum *Mens ecce torpet impia*, ideſt ecce quod mens impia: ſcelerata, crudelis: nefaria, quæ de Deo malè meretur: & peccatrix, quæ peccatis irritare non ceſſat irã Dei, *torpet*, piget, languet, deficit, & mortis metu, timoreq; afficitur. *Quam culpa mordet noxia*, ideſt quam mentem: *noxia*, ideſt nocens culpa *mordet*, & morſu in tantum decerpit veneno ſo, vt ducat illam ad mortem, quamuis morte careat. *obſcura geſtit tollere*, *Geſtit*, ideſt cupit, eſt enim geſtire lętitiam animi: corporis geſtibus exprimere: vehementer cupere: & geſtibus cupiditatem

Piaculum quid, & vnde veniat.

Crimina nõ poſſunt ſtare cũ gratia et charitate

Torquetur diabol⁹ quũ expellitur. ab anima.

Mat. 8. c.

Geſtire quid ſit.

P 2 prœſe

præſeferre, & deſiderium: vt ſit ſenſus, mens ipſa *geſtit*, ideſt vehementer cupit: & geſtibus cupiditatem, & deſiderium quod habet: prǽſefert, & tale deſiderium eſt *tollere*, ideſt auferre à ſe *obſcura*, ideſt peccata difficilia: ignobilia, vilia, & peccatorum, & tenebrarū opera, quæ humanam mentem, & animam, obſcurant, & obtenebrāt, ignobilem reddunt, ac vilem. vt verè propheta dicat, quàm vilis facta es: iterans vias tuas, ita vt propriè neſciat quo vadat, *Et te Redēptor quærere*, ideſt geſtit, corporis geſtibus exprimens animi lætitiā, & deſiderium, quod habet *quærere te ò redemptor* omnium, & maximè fidelium, & quæſitum, & inuentum tenere, ita tamen, vt nec per ſomnium, animum habeat dimittere te: niſi prius benedixeris ei, qua benedictione ibit de virtute in virtutem. At quia, & ſi mens ipſa cupiat à ſe abijcere, & tollere obſcura, per ſeipſam tamen hoc efficere nequit, ideo in ſequenti verſu orat, & præcatur Deum, vt auferat, & repellat hanc caliginem à ſe, vnde dicit, *Repelle tu caliginem &c.* vt ſit ſenſus, ò Deus, qui es nobis intimior intimo noſtro, oramus, vt gratia tua repellas à mente, & anima noſtra, intrinſecatam ſibi *caliginem*, ideſt obſcuritatem, & intellectus, & affectus cæcitatem, qua nedum neſcimus quo vadimus: ſed nec etiam ſcimus, quo tendere, quid appetere, quid petere: quid intelligere, & tandē quid velle debeamus. *Vt quā maximè gaudeat ſe collocari in beato lumine*, & quid enim aliud eſt repellere à mente caliginem, quàm illuſtrare eam lumine gratiæ ſanctę ſuę? ſic. n. fiet, vt mens: quę prius in obſcuris exiſtens, timore mortis, vehementiq; dolore concutiebatur. pulſis, & effugatis obſcuritatibus gaudeat ſe vitam habuiſſe, & conſtitutam in lumine gratię Dei, quod lumen beatum appellat hymni author, quia reuera nos beatos efficit, ꝙ vt fiat oramus. Amē.

Hier. 2. c.

Gen. 32. c.

Pſal. 83.

Hymnus ad laudes in quinta feriali die.

SEquitur expoſitio hymni. *Lux ecce ſurgit aurea &c.* qui cātatur ad laudes matutinas feriales quinta feria, cuius author creditur fuiſſe prudentius: in quo breuiter tractat de auroræ ortu: & inde tranſit ad lumen gratię, oratq; vt per eam auferatur cæcitas à nobis, quæ errore deuio traxit nos diu in ruinam: & multa alia conferantur, quæ in expoſitione dilucidabuntur. Ait ergo. *Lux ecce ſurgit aurea*, non loquitur author de quacunque luce: quia non de claritate, quæ à ſole diffuſa, orbem illuſtrat, ſed de prima, quę præcedit ſolis exortum, ideſt de aurora vbi primū ceperit illuceſcere. quæ aurea lux dicitur, vel quia auri colorem præſefert

De qua luce intelligatur quū dicitur lux ecce ſurgit aurea.

ſelerr, vel ab eo: quod ab igne ſolis, auro aer aureſcit, vt ſit ſenſus *ecce lux aurea ſurgit*, ideſt aurora, quæ ortum ſolis anteuertit : & preuenit: relicto cubili mariti tithoni, quem ſenem eſſe fabulantur poetę, & in cicadam verſum audita morte Memnonis quem genuit ex ea.

Cur aurea lux aurora dicatur.

Pallens faceſſat cęcitas, ſunt qui legunt *fatiſcat:* quod verbum abborrent quidam : ita vt putent : ſignificationem huic loco non eſſe accomodam, & per Deum, ſi fatiſcere ſumamus pro eo quod eſt deficere, & abundanter aperiri, non video: quomodo literę quadrare non poſſit, vt ſit ſenſus, *Pallens cęcitas fatiſcat*, ideſt deficiat, & abundanter aperiatur: Melior tamen lectio eſt, *Pallens faceſſat cęcitas*, vt ſit ſenſus, *Pallens cæcitas*, quæ pallere dicitur pro quanto cæci ſemper ſunt in timore: metu & tremore: vnde ſicut rubor ſequitur pudorem : ſic pallor terrorem conſequitur, quum enim homo pro aliquo timet, ſanguis fugit, recipitque ſe ad interiora : & pellis ſanguine deſtituta: liueſcit: fitque pallidus homo, ſicut è contra: quum homo pænitet ex aliquo delicto: ſanguis naturę amicus : quaſi cooperturus delictum. tendit ad exteriora : & ita fit rubeus.

Cæcitas dicitur pallens: & cur.

Faceſſat, ideſt abeat: diſcedat recedat, & quæ cęcitatis ſuut facere ceſſet, & propter ſuperuenientem lucem euaneſcat, ſat prata biberunt (ò domine) ſat prata biberuut, ſat fuimus in operibus tenebrarum: ſat vim habuit ſupra nos hęc cęcitas, quæ *traxit*, ideſt cum feſtinatione aduxit nos etiam inuitos, quis enim volens patietur à cęco duci, vt in foueam cadat: & in laqueum? *Errore deuio*. ideſt à recta via remoto: & quid poteſt eſſe tam deuium, quàm animus eius, qui ad alterius non modo ſenſus, ſed etiam vultum, ac nutum: conuertitur? *errore deuio*, quo approbauimus falſa pro veris, incerta pro certis, mala pro bonis: diabolica pro diuinis. *Diu*, ideſt per multum tempus, *in præceps*, ideſt in ruinam, & ò vtinam corporis tantum, & non animæ, & quia *cæcitas* mentis non abſcedit : & procul ſe facit à nobis virtute diurnæ, & corporalis lucis, ſed bene virtute ſpiritualis lucis, quę eſt gratia Chriſti, ab illa ad hanc ſe conuertit hymni author: vnde ſubdit, *Lux hæc ſerenum conferat*, vt ſit ſenſus, *lux hęc*, quæ procul fecit à nobis *cæcitatem* : quæ veluti amentes nos præcipites dedit ad pœnam : & exitum, *ſerenum conferat* : colorem videlicet lucidum, atque tranquillum : animumque pacatum : vt ſicut corporalis lucis medio : cœlo perfruimur ſereniore, ſic lucis ſpiritualis medio conferatur nobis cor ſerenum : atque tranquillum : animuſque pacatus, & ſicut ſerenum tempus ſationi maximè aptum eſt, ſic in ſereno corde ſeminante Deo, qui exij. ſeminare ſemen ſuum

Cæcitas mentis abſcedit à nobis uirtute ſpiritualis lucis.

veluti in terram bonam cadens, fructum reddat, non ſolum trigeſi-
Lucæ. 8. c. mum: & ſexageſimum: ſed etiam centeſimũ *Puroſq; nos præſtet ſi-
bi,* ſenſus eſt; & vt *puros* corde, & corpore: *præſtet nos ſibi.* i. Chri-
ſto: qui lucis huius largitor eſt. *Nihil loquamur ſubdolũ,* ideſt quod
fraudulentiam, aſtutiam, doloſitatem latentem ſonet, varietatem
atque deceptionem, id quod ſolent ſimulatores, qui ore decipiunt
Prou. 1. c. amicum ſuum, & qui per linguæ blandimenta: decipiunt, & qui
Prou. 28. c. lingua ſua concinnant dolos: & qui linguis ſuis doloſè agunt: nam
pſal. 49. ſi de omni verbo ocioſo reddituri ſumus rationem in die iudicij:
pſal. 13. quid erit de verbis, quæ exeunt de ore pleno maledictionibus, ama-
Mat. 12. c. ritudinibus, & dolo? & de his quorum verba oris, non ſunt niſi ini-
pſal. 9. quitas, & dolus? *Obſcurum voluamus nihil,* ideſt cogitemus, conſide-
pſal. 35. remus: verſemus in animo nihil, quod ſonet ignobilitatem, vilita-
tem, & cætera, quę ſolent reddere homines obſcuros (etiam ſi cele-
bres ſint) id quod ſolent impij qui ſ quod fortunę tribuit quidam ſa-
piens) ſibi ipſis aſcribunt, aſſignant: qui res cunctas ex libidine
magis: quam ex vero celebrant, obſcurantq;. *Sic tota decurrat dies,*
vbi per diem intelligere poſſumus totam diem, quam ſolis præſen-
Dies pro præ- tia illuſtrat, ac facit, vel totum tempus vitæ noſtrę (de quo ſupra la-
ſentia ſolis, tius in expoſitione hymni quartæ ferię ad veſperas) vt ſit ſenſus, *ſic*
& pro toto *tota decurrat hodierna dies,* vel tota pręſens hæc noſtra vita deorſum
vitæ noſtræ currat, currendo acceleret, ac feſtinet, & ad finem ipſius vſque pro-
tēpore pōt peret, *vt nec lingua ſit mendax,* ideſt fallacijs: deceptionibus, & mē-
intelligi. dacijs dedita: & contra id quod in mente eſt loquatur: ſicut enim
Boni viri eſt boni viri eſt non mentiri, ſic prudentis eſt non dicere mendacium,
non mentiri nec vllum decipere mendacijs blandæ linguæ, *Nec manus tangant,*
& pruden- quæ non ſunt tangenda, ſed benè pectus illis percutiant, & dolen-
tis non dice- do de peccatis dicant, Deus propitius eſto mihi peccatori. *Oculi nec*
re mēdaciũ. *peccent lubrici,* qui noſtram animam deprędari ſolent, per quos tā-
Lucæ. 18. c. quam per patentes feneſtras mors à principio ingreſſa eſt. *Nec no-
xa corpus inquinet,* ideſt maculet, quę (& ſi à nocendo dicatur) pol-
Noxa pol- luit etiam: ac foedat: & contaminat nedum corpus: ſed animam, ò
luit, & ſi à felices: qui ponunt ori ſuo cuſtodiam, vt non delinquant in lingua
nocendo di- ſua, ò fęlices: qui per totam diem manus ſuas extollunt in *Sancta,*
citur. & benedicunt dominum, ò felices: qui auertunt oculos ſuos ne vi-
pſal. 48. deant vanitatem, & corpus præſeruant ab omni labe peccati: Hi cer-
pſal. 143. tè non ſunt huius opinionis: ꝙ Deus circa cardines cœli perambu-
pſal. 118 let, nec noſtra conſideret, ſed benè, ꝙ quæ faciunt: perficiant ante
Iob. 22. c. conſpectum omnia contuentis Dei: vnde benè profundant ſe in vl-
timo huius hymni verſu. *Speculator aſtat deſuper,* ideſt iuxta ſtat: in

con-

conſpectu ſtati erectus ſtat, & ex eminenti loco veluti è ſpecula cõtemplaiur, atque proſpectat, & militum ſuorũ offenſas: & ſtrenua facta ſpeculatur: inueſtigat, ſcrutatur, nec ad momentum deſinit, ſed *diebus omnibus*, ideſt horis atque vitę noſtræ momentis, *proſpicit nos*, & actus noſtros, tam diurnos, quã nocturnos, tam bonos, vt coronet: quàm malos, vt puniat, acriterq; caſtiget, ſed non vltra condignum: nam, & ſi præmiat vltra condignum, punit tamen, & caſtigat citra condignum. Et proſpicit nos, actiones, & opera noſtra, non ſolum *A prima luce* diei vſque *ad veſperam*, & à ſolis ortu vſque ad occaſum: ſed à prima luce vitæ noſtrę, vſque ad extremum eiuſdem, à cuſtodia matutina vſq; ad noctem, & à die exitus de ventre matris, vſq; in diem ſepulturæ omnium, & Hunc iudicem laruis ſuis hominum nullus fallere poteſt, intuetur, enim quicquid humana mens concipit, omnes viæ meæ inquit Dauid, in conſpectu tuo, ideſt non latent te cogitationes meæ: deſideria mea, & opera mea, quibus itur ad cælum, vel ad inferos, in omni loco oculi eius contemplantur bonos, & malos: omnes viæ hominum patent oculis eius, nec vt homo conſiderat ea, quę foris parent, ſed bene intuetur cor, & probat renes, quapropter magna nobis neceſſitas indicta eſt probitatis (ſi diſſimulare nolumus) cum omnia fiant ante oculos iudicis cuncta cernentis, & Dauid ait, intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite, qui plantauit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non cõſiderat? quẽ debemus omnes amare, quia Pater eſt, vereri: quia dominus eſt, Honorificare: quia beneficus eſt, & metuere, quia ſeuerus eſt. ſi igitur ſic eſt (quia ſic eſt) noſtrũ erit ex nunc vitam noſtram, & mores emendare, & ſic ordinare, vt qui aſtat, & erectus ſtat deſuper tanquam ſpeculator, ſtet vt cuſtos, & cuſtodiat introitum, & exitum noſtrum, ex nunc, & vſque in ſeculum: Amen.

Premiat Deus ultra condignum, & punit citra.
pſal. 129.
Eccl. 40.
Laruis ſuis nullus Deũ fallere poteſt.
pſal 118.
*Prou.c.*15.
*Pro.c.*16.
1. *Reg.* 16.
pſal 93.
Debemus amare bonorare uereri & timere Deum, & cur.
pſal. 120.

Hymnus ad veſperas in quinta feriali die.

SEquitur expoſitio hymni *Magna Deus potentiæ*, qui cantatur in feriali officio quintæ feriæ ad veſperas, in quo author laudat Deum omnipotentem ab opere quintę diei, in qua (ſimul productis auibus, & piſcibus, animalibus aquaticis, & aereis, ornauit elementum aquæ, & aeris ex eis, & licet vtrunque hoc ſenſibilium genus ex aquis factum fuiſſe legamus, & naturę humidę i. aquæ deputetur, piſces tamen ad aquas pertinere dicimus, & aues & volatilia ad ornatum Aeris, non totius: ſed iſtius ſolum humidi, & va-

Aues nō pertinent ad ornatū totius aeris.

&c vaporoſi: qui multum terræ: & aquæ vicinus eſt, & tandem author ad piſcium: & auium conditionem alludendo: Petit, & orat Deum, vt nec iactantia in proſperis: animiq; elatione extollamur: & ad alta ſubuehamur(vt aues per inane volantes) ſic appellat aerē Virgilius: nec aduerſis deijciamur & ſubmergamur(vt piſces) Ait ergo. *Magnæ Deus potentiæ,* ideſt ò Deus magnæ potentię,& dominationis, qui dominaris à mari vſq; ad mare, & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarum, qui tantæ maieſtatis es, vt cuncta concludas immenſitate poteſtatis tuæ: *Qui ex aquis ortum genus*, vt ſit ſenſus, qui *ortum*, ideſt productum *genus* ſenſibilium: piſcium, videlicet & auium, *ex aquis*, quibus Deus Talem proportionem: & diſpoſitionem dedit, quum ait: Producant aquę &c. qualem requirit natura piſcium, & auium, non ꝙ aquæ poſſent ex ſe producere piſces: & volatilia, vnde ſicut terra dicitur ꝓducere animalia, & hoc non facit niſi mediante ſemine, quantum ad ea quæ generantur ex ſemine, vel mediante cœleſti corpore: tanquam mediāte principio actiuo, quantum ad ea, quæ ex indigeſta materia fiūt, de qua re magnus comm. Auerr. in com. 18. 12. *Met.* ait, ſolis calor, & ſtellarum: diffuſus in aqua, & terra: generat animalia ex putrefactione generata, & vniuerſaliter oīa, quę nō fiunt ex ſeminibus: ſic aqua produxit piſces, & aues mediante diuino verbo: tāquam mediante principio actiuo, qui Deus virtute diuina ſua æque faciliter potuiſſet producere ex aere, ſicut produci voluit ex aqua, at quia ratione corpulentiæ: aues maiorem conuenientiam habent cum aqua: quàm cum aere, ideo voluit potius ex aqua, quàm ex aere producere. *Partim remittis gurgiti,* ideſt remandas gurgiti(vt piſces) vel locis in mari, vel fluminibus profundis, in quibus vertitur: vel pro omni aquarum congerie, *partim leuas,* ideſt tollis in Aera veluti leue quiddam, eſt enim aer propriè ſpatium medium inter elementum ignis, & terrā: plus multo habens raritatis, quam inferiora elementa, cum videantur pertinere ad ornatum eius, & non totius aeris(vt dictum eſt) ſed humidi, & vaporoſi: qui eſt multum terrę, & aquæ vicinus: immo quantum ad iſtam partem inferiorem humidam, aer ad aquas pertinere videtur: in quo poſſunt viuere, nam ſupra partem illam in qua volitant aues, non poſſunt viuere. & ideo bęnè dicebat philoſophus in 4. metheor. ꝙ & in terra, & in aqua, animalia ſolū ſunt: in aere autem, & in igne non ſunt: & intelligas nō eſſe in aere: quia non accipiunt victum ex aere, & in aere, nam cum non ſint aues in aere niſi laborando, & non quieſcant in eo: nō dicuntur eſſe in aere quia victum accipiant in aere, niſi fortè aliquę aues ratione timoris: & per

pſal. 71.

Gen. 1.

Non potuerūt aquę ꝓducere piſces ex ſe: ſicut nec terra animalia

Produxit Deus aues ex aquæ, & cur.

Aues ſupra illam partē in qua uolitant non poſſunt uiuere.

& per paruum temporis ſpatium hoc facerent, magis tamen eſt eis commodum, victum accipere in terra vbi quieſcunt, quã in aere. Et ſi dices, ſi factę ſunt aues ex aquis: quare non pertinent potius ad ornatum aquę: quàm aeris? Reſpondeo ꝙ licet aues ratione corpulentię maiorem videantur habere conuenientiam cum aqua, quàm cũ aere, ob quod forte voluit Deus illas pròducere ex aquis tamẽ quia plus abundat in eis elementum aeris, & plus conuerſantur in aere, quàm alia animalia, credibile eſt: ꝙ plus appropinquent, & magis ſapiant naturam illius elementi, quàm alia animalia: ac per hoc: ꝙ magis ſpectent ad ornatũ aeris: quàm alterius elementi: & quum pertinent ad ornatum aeris, pertinere videntur etiam ad ornatum aquæ, cum aer quantum ad iſtam partem inferiorem humidam, & vaporoſam: & caliginoſam propter terræ exalationes: terrę, & aquæ vicinam, ad aquas pertinere videatur etiam ſecundũ D. Aug. *Demerſa lymphis imprimens*, vt ſit ſenſus, *imprimens*, ideſt calcans, *demerſa*, ideſt ſubmerſas & ſub aquas deorſum merſa aquatilia, *lymphis*, ideſt aquis, piſces enim, & aquatilia ſub aquis merſi, & merſa, viuunt in eis: nec ſic laborant in aqua ſtando, non attingendo terram, cum aqua ſit quid palpabile, & quid ſpiſſum, ſicut laborãt aues in aere, & ideo commodius piſces poſſunt accipere victũ ſuũ in aquis: quibus Deus imprimit, & veluti cuipiam rei molli, indu cit nedum demerſorum, & aquatilium figuram, ſed demerſa ipſa, & aquatilia, quæ reptando mouent ſe in aquis, & firmando ventrẽ ſuper vnam partem aquæ, mouent ſe ad aliam partem, *Subuecta coelis irrigans*, vt ſit ſenſus, *irrigans*, ideſt adaquans, humectans, *ſubuecta coelis*, ideſt volatilia eleuata ſurſum in aere, vel in partibus aeris humidi, & vaporoſi (neque enim hoc loci, cæli, pro orbibus ponũtur cœleſtibus, quos nec aues habitare nouimus, nec ad eos peruenire poſſint volando) ſed pro aere, aut partibus aeris: non quibuſcunque, ſed inferioribus, & terræ, & aquæ vicinioribus, quę ad aquas pertinere videntur, qui aer vnde grandines ſunt: pruinæ, ymbres, procellæ, turbines ventorum, & in quo nubes, ymbres, ventiq; coguntur: in ſcriptura cæli nomine deſignatur, quum ait, volucres cęli, Alij tex. habent *ſubuecta coelis irrogans*, & ſecundum hanc lecturam ſenſus erit, *irrogans*, ideſt imponens, inferens volatilia *ſubuecta coelis*, ideſt eleuata ſurſum in aere, *vt vna ſtirpe prodita diuerſa rapiant loca*, ſenſus eſt, vt *prodita*, orta, producta, *vna ſtirpe*, ideſt vno: eodemque principio, origine: radice materialiter: quia ex aquis tam aquatilia, quàm volatilia prodierunt, & comparuerunt, *diuerſa rapiant*, ideſt ſortiantur ſuæ

Dubium.

Solutio. ... acta ſunt ex aquã tamen pertinent ad ornãtum aeris, et cur.

Aues aliquo modo videntur pertinere ad ornatũ aquę.

Non ſic laborãt piſces in aqua ſicut aues in aere

Aer quãdo que dicitur coelũ in ſcriptura. pſal. 8. & Luc. 8. c.

Aues, & piſces ex aqua prodierũt in quadrageſima [illegible] in alijs ieiunij temporibus interdicitur nobis ab eccleſia vſus, & eſus auium, ſed non piſcium, vide cauſſam.

habitationis loca: piſces: & aquatilia: aquam, & aues: & volatilia: cœlum, ideſt aerem, in quo omnimoda his ventorum fit, & fulminum. Sed dices, ſi piſces, & volatilia ex vna, eademque ſtirpe, materialiq; principio, ideſt ex aquis prodierũt: vnde eſt, quod in quadrageſima, & in alijs ieiunij temporibus vetatur nobis ne aues comedamus, non autem piſces? Reſpondetur ſecundum quoſdam, quia piſces ex coitu non naſcuntur, piſcium enim nullus teſtes, nec intus, nec extra habere compertum eſt, nec ex his aliquid: quæ pedibus carent, at aues naſcuntur ex coitu: & ideo, piſcium comeſtio nullo vnquam tempore vetatur (etiam ſi quidam delectabiliter comedantur, ſicut & animalium carnes) auium autem, & volatilium, & animalium carnes habentium, & etiam eorum: quę oriuntur ex animalibus carnem habentibus (vt oua, & lacticinia) horum comeſtio interdicitur, & præſertim in quadrageſimali tempore, etiã ouorum, & lacticiniorum comeſtio. Sed hæc Reſponſio non placet: nã & ſi verum ſit, quod piſces quidam naſcantur (vt piſcium genus, quod nõ eſt mas, nec femina, vt anguillæ, & mugilum genus quoddam in fluuijs lutulentis) ſine coitu: & ſemine: non tamen hoc eſt verum de omnibus; quia eſt generatio piſcium ex ouis, & ſecundũ Plin. lib. 9. c. 50. piſces attritu ventrium coeant, & femina piſcis: coitus tempore marẽ ſequitur, ventrem eius roſtro pulſans. & licet nullus teſtes nec intus, nec extra habere compertum ſit: nec ſerpentes, nec ex his aliquid: quæ pedibus carent, eius vice tamẽ meatum excremento: generationique accomodatum eundẽ habent (vt patet. 4. de partibus anim. c. 11. propè finem) quare ſecundum hanc reſpõſionem oporteret dicere. ꝙ quorundam etiam piſcium eſus prohibetur: quod non eſt ſani capitis dicere: & ideo dicendum, quod nõ interdicatur eſus nullorum piſcium, quia carnem non habent: at benè vſus, & eſus auium: quia carnem habent, & ad humorem (qui ad actum generationis concurrit, quemadmodum & calor, & ſpiritus) maxime cooperatur vſus carnium, ex quibus multũ de alimento generatur, & ideo magis interdicitur ieiunantibus vſus carnium, quàm aliarum rerum. Accedit ad hoc, nam & ſi eſus quorundam piſcium in quibusdam ſit magis delectabilis, communiter tamen eſus carnium eſt magis delectabilis quam eſus piſciũ, & ideo eccleſia ſancta ieiunium inſtituens, quia intendit ad id: quod communius accidit, prohibuit magis eſum carniũ, & auium: ieiunantibus, quàm eſum piſcium, non obſtante quod aues, & piſces, ex vna ſtirpe prodierint, carnes enim quaſi caloris fomenta, & libidinis incrementa ſuge (ait vir admodum pius Ambr. in ſer. de ieiunio, &

habetur

habetur diſt. 35. ſexto die, *Largire cunctis ſeruulis*, in hac parte hymni author (deſcripto opere quintę diei) orat, vt Deus largiri dignetur cunctis ſeruulis ſuis, quos ex aqua, & ſanguine regenerauit, & lauit à peccatis: hoc videlicet: quod eſt neſcire lapſus criminum, & mortis tædium non ferre, & alia: quę in expoſitione literę dilucidabuntur, vnde ait, *largire &c.* vt ſit ſenſus ò Deus qui es magnæ potentię oſtende ſuper nos ſcintillam hanc, *& largire*, ideſt profuſè da, dona: concede, *cunctis ſeruulis tuis*, & filijs ancillæ tuæ, *quos vnda ſanguinis mundat*, ideſt ſacramentum baptiſmi regenerat, & lauat, cuius materia propria, quæ communiter inuenitur apud omnes, aqua eſt, non aliquis alius liquor, quod ſignauit aqua, quæ de latere Chriſti iã mortuï manauit, & hoc, vt nullũ inopia excuſaret (quod poſſet fieri, ſi in vino, vel oleo fieret) & vt intelligatur, ꝙ ſicut aqua ſordes corporis, ac veſtium abluit, ſic baptiſmus maculas animæ: & vitiorum ſordes emundãdo abſtergit, quibus aquis vim regeneratiuam contulit contactu mundę carnis ſuę Chriſtus noſter, quando à Ioanne inter natos mulierum maiore, in Iordane baptizatus eſt. At quia baptiſmus emundandi efficaciam non habet ſi in præcioſo Chriſti ſanguine non ſit conſecratus, & regni nobis aditum nõ aperit, niſi per hoſtiam ſaluatoris, rectè addidit hymni author, & vtrũque complexus eſt, vndam videlicet & ſanguinem, quia reuera baptiſma in aqua miniſtratur, ſed in Chriſti ſanguine conſecratur, & non ſolum hoc ſacramentum, ſed omnia efficaciam habent ex paſſione, & ſanguine Chriſti, & merito ſuæ paſſionis ſortiuntur effectum indeque vim ſanctificandi ſuſcipiunt, & vtrumque ex latere Chriſti dormientis in cruce ictu lanceę militaris effluxit, ſanguis videlicet, & aqua, quamuis ſanguis alterius ſacramenti ſignum fuerit (vt magiſter ſen. ait) Hinc D. Ioan. de Chriſto loquens ait, hic eſt, qui venit per aquam, & ſanguinem, & non in aqua ſolum: ſed in aqua, & ſanguine, & hoc vt oſtenderet ſe non eſſe legalem mundatorem, aut victorem ſordium carnis, ſed vt declararet: ſe eſſe noui teſtamẽti mundatorem, & victorem ſordium conſcientię, Moſes.n. venit in aqua ſolum, à qua nomen illi impoſitum eſt: Ioannes Baptiſta venit in aqua ſolum, & pura, vnde dicebat ego baptizo in aqua, & hic baptiſmus nõ fuit verus baptiſmus regenerationis, ſed veri baptiſmi figura, & typus: & inde eſt, quod baptizati baptiſmate ſolo eius, baptizandi erant baptiſmo Chriſti, at Chriſtus non venit in aqua ſolum, ſed in aqua, & ſanguine, hoc eſt in aqua habente virtutem ſanctificatiuam: regeneratiuam, refectiuam ex ſanguine eius, baptiſmus enim vicem gerit crucis, & reſurrectionis Chriſti

Aqua eſt materia ſacramenti baptiſmi, & cur

Mat. 11. c.

Omnia ſacrã efficaciã habẽt à paſsione Chriſti.

Magiſter 4. ſen. diſt 3.

Ioan. 1 can. cap 5.

Chriſtus venit per aquã & ſanguinẽ & cur.

Baptizati baptiſmate Ioannis baptizãdi erãt baptiſmo Chriſti, vide cauſſam.

Rom 6. (vt D. Paulus oſtendit) An ignoratis fratres, quia quicunque bapti
Baptiſmus zati ſumus in Chriſto, in morte ipſius baptizati ſumus? conſepulti
gerit vicem enim ſumus cū illo per baptiſmum in mortem, vt quomodo Chri-
crucis, et re ſtus reſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vi
ſurrectionis tæ ambulemus, quod ſignat immerſio, & ab immerſionibus eleua-
Christi, tio, & non ſolum hęc duo, aqua, & ſanguis ſunt in baptiſmo: ſed &
Tit., 3 c. ſpiritus, hinc D. Paulus appellat ſacramentum hoc lauacrum rege
In baptiſmo nerationis, & renouationis ſpiritus .s. vt verum ſit quod D. Ioan. 1.
non ſolū ſūt can. cap. 5. intonuit, & tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra:
aqua, & ſā ſpiritus, aqua: & ſanguis. quia in ſacramento baptiſmi eſt ſpiritus
guis, ſed & viuificans, & mentem renouans: eſt aqua abluens, & proficiens ad
ſpiritus. lauacrum, eſt ſanguis virtualiter operans, & emundans, & ſpectās
ad pretiū: Spiritus nos per adoptionem Dei filios facit, in quo cla-
Rom. 8. c. mamus abba pater: ſacri fontis vnda nos abluit, & ſanguis domini
Heb. 9. c. nos redimit, ſine cuius effuſione non fit remiſſio, & hi tres vnū ſunt:
idest ad vnam, & ad eandem rem, & ad eiuſdem myſterij operatio-
nem tendunt, & diriguntur, & vnum effectum habent: qui eſt in-
terior munditia: quę eſt res ſacramenti baptiſmi. Et quid petendū,
vt gratia ſua largiatur nobis Deus? Reſpondet author hymni hoc vi
delicet. *Neſcire lapſus criminum &c.* vt ſit ſenſus, Da largiter do-
mine ſeruulis tuis, *neſcire*, ignorare, non approbare, *lapſus*, ideſt
ruinas, caſus: præcipitia, defectus & progreſſus, *criminum*, ideſt
errorum enormium, quibus facti ſumus opprobrium viciniſ no-
pſal. 78. ſtris: ſubſannatio: & illuſio his, qui in circuitu noſtro ſunt, qui-
bus grauati homines lubrico, & nutanti gradu incedunt, & qua-
ſi in lubrico veſtigia figentes, in terram ruunt. *Et non ferre*,
ideſt ſufferre, tolerare, *tadium* ideſt moleſtiam, & grauamen,
Mors du- & anxietatem, *mortis*, non de prima intelligit morte, quæ eſt
plex. animæ à corpore ſeparatio, cuius tædium: & dolorem, indigna-
tionemque ſentire neceſſe habent quotquot naſcuntur in mun-
pſal. 88. do, quis eſt homo, qui viuet ſemper, & non videbit mor-
Heb. 9. c. tem? ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, nemo enim eſt qui
Eccl. 9 c. ſemper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam, ſed de ſecunda:
Apoc. 21. c & æterna, quæ erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure, cuius graua
men, & tædium à nobis auferri petimus à Deo, qui ſolus pōt erue-
Oſeæ 13. c. re: & ſaluare animam noſtram de manu: & poteſtate inferorum,
Eſai. 49. c. qui apud Oſeam, ait, de manu mortis liberabo eos, de morte redi-
mam eos: & per Eſaiam dicit, etenim captiuitas à forti tolletur, &
quod ablatum fuerit à robuſto: ſaluabitur, & per fortem, & robu-
ſtum, intellexit diabolum, quo fortior eſt Deus noſter, qui ſolus po
teſt

teſt à manu alienorum eripere oues ſuas: at nemo poteſt eas de ma- *Ioan. 10. c.*
nu ſua rapere (vt in Euangelio legitur) de quo Iob. ſi fortitudo quę- *Iob. 9. c.*
ritur robuſtiſſimus eſt, *Vt culpa nullum deprimat &c.* Hoc loci au-
thor hymni alludendo ad piſcium, & auium conditionem (de quo
rum ortu ſupra) orat, & petit, vt nobis concedatur à Deo hoc do-
num, vt nec aduerſis deiiciamur: atque ſubmergamur (vt piſces: &
aquatilia: quæ lymphis, & aquis demerguntur) nec in proſperis,
& ſecundis, iactantia: vel animi elatione extollamur: & ad alta ſub
uehamurq; vt aues, & volatilia: quę per inane volitant) vt ſit ſenſus,
Largire etiam, & liberaliter concede nobis ò Deus hoc donum, *vt
culpa grauis nullum deprimat,* ideſt in inferiorem partem demittat:
piſcium, & aquatilium more, quæ aquis, & gurgiti ſubmerguntur,
cum præponderet in eis grauitas, & *iactantia*, ideſt animi elatio, *Quid ſit ia-*
ſuperbia, & inſolentia, eſt enim propriè iactatio voluptas geſtiens, *ctatio pro-*
& ſe efferens inſolentius, *nullum leuet*, ideſt extollat, efferat, ſuble- *priè.*
uet inaniter, auium, & volatilium more: per aera volantium, &
tandem concede etiam nobis hoc donum, *Vt mens eliſa*, ideſt vel ten
tata, vel valdè, & euidenter læſa: vi quadam, & impetu fracta,
vel depreſſa mole criminum, *non concidat*, cadat, ruinamque ſu-
ſtinere cogatur, ſed potius erigatur à te, qui erigis omnes eliſos, ve-
rificeturque impulſus euerſus ſum, vt caderem, & dominus ſuſce- *pſal. 145.*
pit me. *Et mens*. elata proſperis, rebuſque ſecundis, non cor- *pſal. 117.*
ruat, ſimulque lapſu grauiore ruat per ſuperbiam, & arrogantiam,
verificeturque, & tu capharnaum numquid vſque in coelum exal- *Mat. 11. c.*
taberis? vſque in infernum deſcendes, ſed benè humilietur, vt
poſſit poſtea cum fructu exaltari: quia ſicut qui ſe exaltat inani-
ter, humiliabitur. ſic qui ſe humiliat plenè, exaltabitur, dicet- *Lucæ 18.*
que tandem, vt verè humilis, bonum mihi, quia humiliaſti me. *pſal. 118.*
Amen.

Hymnus ad nocturnum matutinum in feria ſexta.

SEQVITVR Expoſitio hymni: qui canitur ad noctur-
num feriale matutinum feria ſexta. *Tu Trinitatis vni-
tas*, in quo author inuocat Deum vnum in eſſentia, &
trinum in perſonis, & orat, vt exaudiat nos è lectulo ſur
gentes, & attendentes ad cantica laudum, & clemens è coelo ab-
ſtergat id in quo fraude dæmonum nocte errauimus, vitiorum me-
delam conferat ſalutarem, & animi torporem à nobis auferens,

replcat

Vnitas naturæ non præiudicat perſonarũ trinitati, neq; trinitas vnitati.

repleat nos ſuo lumine, cuius ductu nullis cadamus actibus prauis. Ait ergo *Tu Trinitatis*, ſenſus eſt, tu Deus, qui es vnus in eſſentia, & trinus in perſonis, neque enim in diuinis vnitas naturæ, & ſubſtantię trinitati præiudicat perſonarum, nec trinitas perſonarũ vnitati eſſentiæ, in vnitate enim diuinę naturæ tres perſonæ ſunt, & in tribus perſonis vnitas eſſentiæ, atque ſubſtantię eſt, ſed hoc ſcrutari temeritas eſt, credere pietas, noſſe vita æterna eſt ſecundum D. Bernar. *Orbem potenter qui regis*, alij tex. habent *orbem potenter quæ regis*, & vtraque lectio bona, ſi ly qui referatur ad Deum non expreſſum, ſed ſubintellectum, nam vnitas trinitatis, vnus Deus eſt. & ly quę referatur ad vnitatem, ſed ſi legatur *qui*, ſenſus eſt: tu Deus qui es vnus in eſſentia, & trinus in perſonis, *quique potenter*, ideſt plenè *orbem regis*, ideſt gubernas, & veluti alter atlas humero torques: cuius tibi poteſtas ſumma ſeruandi, & gubernandi datur, ideſt quẽ potes ſeruare, & gubernare perpetua ratione, *Attende laudum cantica*, ideſt aduerte, conſidera, & ad cantica laudum intende animũ, *Quæ excubantes pſallimus*, ideſt vigilantes, & vigilias agentes, concinimus, & ſimul canimus, excubare enim idem eſt quod vigilare, & ſuper cuſtodiam ſuam ſtare, at inter vigilias, & excubias hoc differt, quia vigilię tantũ nocturnæ dicuntur, iuxta illud paſtores erant in regione eadem, vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum, & circa quartam vigiliam noctis, venit ad eos ambulans ſupra mare, at excubiæ: & diurnę, & nocturnę ſunt. Nã *vel iam lectulo conſurgimus &c* i. nam quieto tempore noctis, quum lectus fatigatos ad quieſcendum magis allicit, *e lectulo* libero videlicet, quo nihil eſſe iudicamus iucundius: Dicitur enim lectus à lego .is. quia antiqui ſolebant legere in lectis ſuis, circa quos habebant parietes illitos cera, vt ſi aliquod dignum memoria occurreret animis eorum, ſtatim graphio in illa cera illud deſignarent: ne poſſet tradere obliuioni, *conſurgimus*, ideſt ſimul ſurgimus. Et ſi dices ad quid? Reſpondet author hymni, *vt flagitemus vulnerum à te &c.* ideſt inſtanter petamus, exigamus, & quaſi iure quodam noſtro depoſcamus, habetque flagito maiorem vim in ſe: quàm poſtulo, *à te*, vero chirurgo, & vulnerario, medelam: medicinam, medicamentum omnium vulnerum, tum corporis, cum animæ: vulnera enim propriè ſunt hiantes, patenteſq; corporis apertuię ictu aliquo inflictæ, quæ ſi ad mentem, & animum referuntur, tranſumuntur ita, vt accipiantur pro angore, & mœſtitia animi, & pro peccatis culpis, & criminibus, quibus veluti quibuſdam morriferis ictibus, & vulneribus ſauciatur anima. *Quo fraude &c.* vt ſit ſenſus, *quo* i.

Quid ſit excubare.

Diſcrimẽ inter vigilias, et excubias.

Lucæ 2. c.

Mar. 6. c.

Vnde dicatur lectus.

vt

vt quicquid, ideſt totum, & omne quod *fraude*, ideſt deceptione, im poſitu a dæmonum, qui veluti vulpeculæ doloſæ, quærunt nos deci pere, & res noſtras nunc vi, & aperte ad leonis inſtar, nunc occul tè (vt draco) nunc fraudibus vulpecularum more interuertere nitū tur, *in noctibus deliquimus*, ideſt peccauimus, errauimus, prętermit tendo ea, quæ præteriri non debent, quod verè peccare eſt. *abſtergat* mundet, nitidum faciat, deleat, illud totum, & omne, *cæluus*, ideſt è cœlo, *Poteſtas*, ideſt diuinitas: *gloriç tuæ, ne corpus &c. adſit*; ideſt maneat *ſordidum* immundum, tœtidum, & pollutum, *nec torpor*, ideſt ocordia, tarditas, deſidia, tepiditas, pigritia *cordium inſtet* i. ſuperſtet nobis, & vrgeat nos *nec criminis contagio &c.* vt ſit ſenſus *& ardor ſpiritus*, & animi *non tepeſcat*, ideſt tepidus fiat; quia ſic di ci poſſet, vtinam frigidus eſſes, aut calidus, at quia tepidus es: inci piam te euomere ex ore meo, *contagio criminis*, nam ſicut elementi ignis ardor, & feruor: aquæ infuſione: non ſolum imminuitur: ſed extinguitur: ſic feruor, & ardor ſpiritus, animi, & humani cordis vigor, *contagio*, ideſt labe, & morbo *criminis* refrigeſcit; & elangue ſcit, & ly contagio, ablatiuus, vel ſeptimus caſus eſt nominis ſecun dę inflexionis contagium ij. & ſignificat labem, vel morbum, qui ex contactu ſolo rei ad alteram, contrahitur, *ob hoc redemptor quęſu mus*, ſenſus eſt, & vt non fiat hoc in nobis: *ob hoc*, ideſt propter hanc cauſſam ò *redemptor quæſumus*, ideſt cum deſiderio quęrimus, rogamus, & obſecramus, *reple*, ideſt imple *nos tuo lumine, per quod* ideſt cuius luminis ductu, atque ducatu, *dierum noſtrorum circulis*, ideſt reuolutionibus *nullis* prauis *actibus ruamus*, ideſt cadamus, & veluti pręcipites feramur in peccatum, quo diuinam maieſtatē tuā ad iracūdiam prouocemus, & nomine dierum intelligere debemus totum vitę noſtræ ſpatium: & tempus diurnum pariter, & noctur num, neque enim ſolum orare debemus, vt Deus liberet nos, ne ca damus in peccatum de die, ſed hoc magis orandum eſt, vt ſiat id no cte, Hinc eccleſia in oratione ad primā docet, vt oremus Deum dicē tes, tua nos hodie domine ſalua virtute, vt in hac die ad nullum de clinemus peccatum. Et in completorio dicitur, Dignare domine no cte iſtà ſine peccato nos cuſtodire, oremus igitur vt nullo vi tæ noſtræ tempore, vel momento, Deus lumine ſuo nos priuet, cuius pręfectura nullis prauis actibus rua mus, quibus Deum offendere, & ipſum ad iracundiam prouocare peſſimus, quod vt faciat oramus, Amen.

Apoc. 3. c.

Contagium quid ſit, quid ue ſignificet.

Semper debemus orare Deum ne cadamus in peccatum.

Hymnus

Hymnus ad laudes feria ſexta.

SEquitur expoſitio hymni, qui dicitur ad laudes matutinas ſextia ſexta, in feriali officio. *Æterna cœli gloria &c.* in quo author orat Chriſtum vt det dextram ſurgentibus, concedatq́; illis mentem, quę flagrans in laudem Dei, rependat debitas grates, & deſcribens ortum ſurgentis auroræ, dieiq; viſibilis, rogat: vt lux diuina, & ſancta, depulſis malorum tenebris, & nocte ſeculi, non ſolum nos illuminet, ſed manẽs in ſenſibus, & cordibus noſtris, ſeruet pectora purgata, & tribus illis diuinis, ac theologicis virtutibus, fide: ſpe: & charitate, nos muniat, fulciat, & veluti triplici muro, valloque circundet, quibus velut triplici funiculo ligati non facile rumpamur. Ait ergo. *æterna cœli gloria &c.* vt ſit ſenſus: ô Chriſte de quo hæc quatuor prædicantur, Primum ꝙ ſis *æterna gloria*, ac perpetua *coeli*, ideſt cœleſtium, & cœlitum animalium optimam: & cœleſtem vitam ducentium (vt continens pro contento ſumatur) ſecundum; ꝙ ſis *mortalium* hominum in terra viuentiũ: *beata ſpes*, certa, & vnica, in quo ſolo ſperandum eſt, & per ſpem non intelligit hymni author virtutem vnam ex tribus Theologicis, quæ eſt in appetitu intellectiuę partis, ſed rem ſperatam: de qua D. Paulus expectantes beatam ſpem, ideſt rem ſperatam; & vitam æternam, vt ſit ſenſus, eſque etiam *mortaliũ* hominum *beata ſpes*, ideſt æterna vita. Tertium, ꝙ ſis *vnicus* filius *celſi*, alti, & excelſi *tonantis Dei*, quem tonare, & tonitruo percutere dicit author hymni, non ſicut poetæ fabulantur de Ioue, ſed quia hoc verbum tonare Deo noſtro viuo, & vero attribuit pluribus in locis ſcriptura ſacra. Quartum, ꝙ ſis *caſtę virginis*, non religioſæ tantũ, ſed immaculatę, & ab omni libidinis labe ſemotæ, *proles*, ideſt ſoboles, progenies, ſtirps ſ filius, oramus te *Da dexteram*, ideſt tu qui es æterni patris dextera, quæ inuenit omnes, qui eum odio habent, iuxta quod dicitur: dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem, & Manus: per quam omnia pater operatur, quę de ſinu Moyſi extracta apparuit leproſa, & in ſinũ reducta apparuit ſana, ſic Filius Dei de ſinu patris in mundum veniens. reputatus eſt vt leproſus Eſai. 53. ſed reſurgens, & ad cœlum aſcendens omnino apparuit ſanus, *Da dexteram*, ideſt præſta nobis *ſurgentibus* opem, auxilium, & fauorem, hæc enim manus, nos protegit, ſub vmbra manus ſuę protexit me (ait propheta) hæc manus nos eripit, & liberat, emitte manum tuã de alto, eripe me, & libera me de aquis multis (ait Dauid) hanc igitur manum porrige: & dexteram operi manuum

Eccl. 4. c.

De Chriſto quatuor prę dicantur.

Tit. 2. c.

Spes capitur interdũ pro re ſperata.

pſal. 20.

pſal. 117.

Manus Moyſi ſana, & leproſa qd ſignificauerit.

Eſai. 49.

pſal. 143.

unum tuarum ò domine (inquit Iob.) ſic enim fiet: vt non ſolum de luto, & cenoq; extrahemur: ſed *mens ſobria exurget, & flagrans in laudem Dei, &c.* ſenſus eſt *vt mens:* qua nil velocius (vt ait Thales) per vniuerſa enim diſcurrit, *ſobria,* ideſt abſtinens, & menſuram habés, ſobrius enim à ſe, & bria cōponitur: quod eſt menſura, & dicitur ſobrius, quaſi ſebrius, ideſt ſecum habens briam, ideſt menſuram, *exurgat,* ideſt erigat ſe, recreata ex diutino, longo, & continuo malo, & *flagrans,* ideſt Aeſtuans, ardens, feruens *in laudem Dei, rependat,* .i. retribuat, & recompenſet illi debitas, quia illi perſoluere dignas non opis eſt noſtrę, *grates,* ideſt gratias pro acceptis beneficijs *Ortus refulget lucifer &c.* vt ſit ſenſus, non opus eſt tardes ò dominę quo ad dandam dexteram ſurgentibus: nam vltra quod periculum eſt in moras & ſine te conſiſtere nequimus, *iam lucifer ortus refulget* ideſt ſplendet, non natus debet dici, ſed ortus, nam reuera in oriente primum apparet, & licet orior idem ſit quod naſcor, de ſideribus tamen, aſtris, & planetis, dicimus oriri potius, quàm naſci, vnde dicimus ſolem orientem, lupam orientem, ſidera orientia, *Et nunciat ſparſam,* ideſt fuſam *lucem,* ac longè lateq; diffuſam, *Cadit caligo noctium,* vnde ſicut orto lucifero, aurora, & ſole, illuminatur dies iſte viſibilis, & tenebrę depelluntur, ſic oramus vt *lux ſancta* oriatur in cordibus noſtris, & *nos illuminet* depulſis tenebris errorum, ac ignorantię. *Manensque &c.* ſenſus eſt, oramus etiam, vt *manens noſtris ſenſibus,* & cordibus ipſa lux ſancta cœleſtis gratiæ, *repellat,* ideſt arceat, reiiciat *noctem ſeculi,* ideſt diabolum, qui dicitur nox huius ſeculi, ideſt mundi, & rector tenebrarum harum, *Et ſeruet purgata pectora* à vitijs, & concupiſcentijs, *omni fine diei,* ideſt vſq; ad terminum, & finem diei, ideſt vitę noſtrę, quę dies eſt, & non hodierna quæ ad huc eſt, non craſtina, quæ expectatur futura, ſed tanquam dies heſterna de qua Dauid, mille anni ante conſpectum, & oculos domini, tanquam dies heſterna, quæ præterijt, & veluti cuſtodia in nocte, quæ pro nihilo habetur: quia citò elabitur, & habetur, vt paruus ſomnus. *Quæſita iā primū fides &c.* His verbis oramus, vt Deus muniat nos fide, ſpe, & charitate, quibus, veluti tribus portis, quas habet ſancta eccleſia, ideſt ſpiritualeędificium (vt D. Greg. ait ſuper Ezech.) vnam ad orientem, aliam ad aquiloné: tertiam ad meridiem, ad gaudia ſecreta peruenitur, porta in oriente eſt fides, quia per ipſam lux vera naſcitur in mente: porta ad aquilonem eſt ſpes, quia vnuſquiſq; in peccatis poſitus, ſi de venia deſperauerit, funditus perit: vnde neceſſe eſt, vt qui per iniquitatem ſuam extinctus eſt, per ſpem ad miſericordiam reuiuiſcat. Porta ad meri-

Iob 14 c.

Hoc nomen ſobrius, vnde veniat, et quid ſignificet.

Potius dicimus ſol oritur quàm naſcitur.

Diabolus dicitur nox ſeculi.

pſal. 89.

Fide, ſpe, et charitate ueluti tribus portis, ad gaudia ſecreta peruenitur.

diem, eſt charitas, quia vi amoris ardet, in meridiana enim parte ſol in alto ducitur, quia per charitatem lumen fidei in Dei, & Chriſti dilectione ſubleuatur, inter quas virtutes, & habitus, quibus animæ potentiæ perficiuntur, primum locum ſibi vendicat fides, quæ totius ſpiritualis ędificij fundamentum eſt, ſine qua impoſsibile eſt placere Deo, hinc in baptiſmo prima omnium quæritur à baptizando, qua, quę ſupra rationem, & ſenſum ſunt, & nullo pacto videre valemus, veraciter credimus, vnde Diuus Paulus fides eſt

Heb.11.c. ſubſtantia (ait) ſperandarum rerum argumentum non apparentium, dicitur ipſam eſſe ſubſtantiam, non quòd ſit in genere ſubſtantiæ, ſed quia quandam proprietatem habet ſubſtantiæ, nam ſicut ſubſtantia fundamentum, & baſis eſt aliorum entium, ſic fides totius ſpiritualis ædificij; per quem modum etiam dicitur: quod lux eſt hypoſtaſis colorum, quia omnes colores in natura lucis fundantur, quæ benè dicitur fundamentum, quia primo ponitur, & prima virtutum eſt, vnde verſus Prima petit campum, dubia ſub ſorte duelli pugnatura fides, tum quia: ſicut fundamentum non

Quomodo fides dicatur ab apoſtolo ſubſtantia.

Fides prima eſt inter virtutes theologicas.

Heb.11.c. videtur, ſic fides eſt eorum quæ non videntur argumentum non

Ephe.3.c. apparentium (ait ſanctus Paulus) per quàm Chriſtus habitat in cor-

1.Cor.3.c. dibus noſtris, qui ſi etiam ipſe fundamentum dicitur, iuxta illud fundamentum autem aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt; quod eſt Chriſtus Ieſus: intelligenda eſt ſententia, quod eſt Chriſtus Ieſus, ideſt fides eius: per quàm, & ipſe fundamentum eſt, cum per eam habitet in cordibus noſtris (vt dictum eſt) ſuper quam eriguntur quatuor parietes, ideſt virtutes cardinales, vt valeant, Prudentia in anteriori parte, qua futura præuidentur, Iuſtitia in parte poſteriori, qua præterita corriguntur: Temperantia à dextris, qua fit ne in proſperis extollamur: Fortitudo à ſiniſtris, qua fit ne in aduerſis deiiciamur. Hi ſunt quatuor colores in cortinis tabernaculi, Hyacintus prudentia, Purpura

Quatuor parietes edificij ſpiritualis quatuor virtutes cardinales ſũt.

Exo.26.c. iuſtitia: Coccus bis tinctus, animę, & corporis fortitudo. Byſſus retorta, interior, & exterior temperantia, Hæc igitur fides primũ quęſita, de qua dicitur hoc nomen Magnũ, quia reuera magna eſt, cognitione, conſtantia, articulorũ quantitate: & deuotione. *Radicet* i. radices agat, emittat, ac firmet, *altis ſenſibus*, ideſt profundis, recõditis, & occultis. *Secunda ſpes congaudeat*, ideſt ſecundo loco reponenda eſt ſpes, & ſimul gaudeat ſecundo loco reponi inter virtutes

Rom.8.c. Theologicas, & diuinas, qua certò expectantur futuræ vitæ bona, quæ etiam eſt de inuiſibilibus: quod enim videt quis non ſperat, vnde ſic diffinitur, ſpes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, veniés

ex gra.

ex gratia: & ex meritis præcedentibus , & benè ponitur ex meritis quia ſine meritis ſperare aliquid non eſt ſpes, ſed præſumptio. *Qua maior extat charitas*: Alij tex. habent *quo maior*, & poteſt habere bonum ſenſum (licet hanc lectionem quidam deſpiciant, dicantque: minus aptè quidam legunt per relatiuum quo, cum nullum ei correſpondeat nomen ad quod referatur) At nos dicimus, quod poſſit referri ad fidei, & ſpei Habitum, ſunt enim fides: et ſpes habitus, vt ſit ſenſus, quo habitu: vel fidei: & ſpei (ſunt enim, & virtutes, & habitus, quibus potentiæ animæ perficiuntur) maior extat charitas At ſi legimus *qua* eundē ſenſum habet: qua videlicet fide primo quæ ſita loco, & ſpe ſecūdo loco repoſita, charitas quæ tertio ponitur loco extat maior, quod & D. Paulus, aperuit dicens, nunc autem manent fides: ſpes: charitas tria hæc, maior autem horum eſt charitas. Poſſumus etiam dicere, quòd author hymni poſuit relatiuum ſingulare *quo*, vel *qua*, pro plurali quibus, vt ſit ſenſus, *qua*: vel *quo*, ideſt quibus virtutibus: & habitibus iam dictis, maior extat habitus charitatis, cum ſit cæterarum omnium virtutum mater, forma, complementum, atque perfectio, & ſpiritualis ædificij tectum, quę omnia tegit atque cooperit, vniuerſa delicta operit charitas (ait Solomon) charitas operit multitudinē peccatorum (ait Diuus Petrus) vnde ſicut tectum eſt pars eminentior domus, ſic charitas maior, & eminentior eſt inter virtutes, quæ non ideo poſt fidem, & ſpem ordinatur, quia ex eis oriatur, & eam tempore, vel cauſſa præcedant, ſed quia hęc vel illis diuturnior eſt, & poſt illa remanebit aucta, charitas enim numquam excidit (ait Diuus Paulus) nunc autem manent fides, & ſpes, at in futuro non erunt, quia fidei ſuccedet clara Dei viſio, & ſpei ſuccedet tentio, ac pręſens ęternorum poſſeſſio, quum venerit quod perfectum eſt (ait Diuus Paulus) euacuabitur, quod ex parte, eſt ideſt quum venerit cognitio, euacuabitur fides, quum venerit ſpecies, deficiet, ac ceſſabit ſpes, at charitas perfecta remanebit, vel quia quod dicit Diuus Paulus finis præcepti charitas procedens de corde puro, ideſt puro intellectu, vt nihil niſi Deus diligatur, de conſcientia, ideſt ſpe bona, qui puram enim habet conſcientiam ſecurè ſperat, & fide non ficta, ideſt ſimulata, vel fragili, ſed inter aduerſa forti, hunc ſenſum habet, non quod fides: & ſpes: cauſſa, vel tempore charitatem bonorum omnium matrem præcedant, ſed quia charitas nulli prouenit ſine iſtis, & in aliquo eſſe non poteſt, ſed benè illa: ſine charitate, eſſe poſſunt, quamuis non ſit pia fides, atque ſpes: ſine charitate, immo ſi fides non ſit per dilectionem operans,

1. Cor. 13. c.

Charitas eſt maior omnibus virtutibus, & cur.

Pro. 10. c.

1. Pet. 4 c.

Fides, & ſpes, charitatem tempore nō præcedunt, vel cauſſa.

1. Cor. 13 c

Ibi.

1. Tim 1. c.

Charitas eſſe nō poteſt ſine fide, et ſpe, tamen ſine illa poſſunt.

Fides ſine charitate informis eſt, & non virtus Theologica: nec pia.

(quam formatam appellant Theologi) non eſt virtus Theologica, non eſt fundamentum ſpiritualis ædificij, eſt à ſpiritu ſancto: ſed non cum ſpiritu ſancto: ac per hoc informis. Quare charitas eſt forma eius, & aliarum, ac per hoc maior, & excellentior; eſt enim recta voluntas ab omnibus terrenis, & præſentibus, ac futuris prorſus auerſa: iuncta Deo inſeparabiliter, & vnita, igne quodam ſpiritus. s. (à quo eſt & ad quem refertur) incenſa: inquinamenti omnis extranea, corrumpi neſcia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, ſuper omnia; quę carnaliter diliguntur: excelſa, affectionum omnium potentiſſima, diuinæ contemplationis auida: in omnibus ſemper inuicta, ſumma bonorum actionum: ſalus morum: mors criminum: vita virtutum, præmium perfectorum, cum qua aliquis Deo diſplicere non poteſt, fructuoſa in pœnitentibus, læta in proficientibus, glorioſa in perſeuerantibus, finis peccatorum, quia illa conſumit, finis præceptorum, quia ea perficit, finis terminationis, quia per eam tanquam per excellētiorem viam peruenimus ad finem noſtri laboris, qui eſt Deus, & vita ęterna, Deus eſt finis in quo quieſcimus at vita æterna finis quo quieſcimus, Hac ſola diuiduntur: ac ſeparantur filij Dei à filijs perditionis, & quis non dicet hanc maiorem fide, & ſpe, cum Deus nec fides: nec ſpes dicatur, ſed benè charitas? Deus charitas eſt (inquit D. Ioan.) ſine hac vanę ſunt orationes, Audi D. Paulum, ſi linguis hominum loquar: & angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans &c. Vana, & mortua eſt fides, & ſi habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam nihil ſum: opera noſtra nihil valent, & tolerantia, & ſi diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, & tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam nihil mihi prodeſt, ſine hac cæterę virtutes, non reputantur virtutes, vnde ſicut abſcedente luce colores perdunt eſſe actuale: vel formale pro tanto: quia non immutant viſum, ſic cęterę virtutes ſine charitate, & luce dilectionis, perdunt eſſe gratuitum, nec aliquo modo poſſunt mouere animam motu gratuito. Si igitur volumus, vt orationes noſtræ ſint validæ, fides noſtra ſit viua, & bona: opera noſtra ſint meritoria, tolerantia in perſecutionibus, & paſſionibus: ſit Deo grata, rogemus Deū vt muniat nos charitate, quæ cæteris virtutibus ſiue principalibus, ſiue diuinis: maior eſt, & excellentior, illarumq; complementum, atq; perfectio, & principiū: hinc apoſtolus inter fructus ſpiritus primam ponit, fructus autem ſpiritus ſunt charitas, gaudium &c. hinc auro comparatur: quia ſicut aurum habet excellentiam ſuper omnia metalla, ſic charitas ſu-

Laudes charitatis multæ enarrantur.

1. Ioā. 4. c.

1. Cor. 13. c.

Ibi.

Ibi.

Gal. 5. c.

per

per cæteras virtutes, vtinam Deus illam nobis largiri dignetur, quod vt faciat enixè oramus. Amen.

Hymnus ad veſperas in feria ſexta.

SEquitur Expoſitio hymni: *Plaſmator hominis Deus*, qui dicitur ad veſperas feriæ ſextæ in feriali officio, in quo author (quicunque ſit ille) laudat Deum ab opere ſextę diei; in quo Deus è terra creauit beſtias: iumenta: & omne reptile, & tandem hominē ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, cui ſubiecit omnia: dicens: dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus, quę mouentur ſuper terram; vnde quia laudat Deum ab opere huius diei, non mirum ſi hac die quę ſexta eſt in hebdomade, canitur in eccleſia, & tandem orat; vt repellat à ſeruis ſuis omnem immunditiam in moribus, & actibus, & largiatur gratia ſua præmia gaudiorū, & gratiarum munera, quibus peruenimus ad æternæ vitæ dona, & diſſoluens vincula litis, aſtringat fœdera pacis: Ait ergo *plaſmator hominis Deus &c.*, vt ſit ſenſus, *ò Deus plaſmator*.i. formator, factor, & creator *hominis*, de quo dixiſti faciamus hominē ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & primo faciamus; vt oſtenderes: ꝙ non quocunq; modo factus ſit, ſed quaſi cum conſilio, ac ſi trinitas deliberaſſet de factione eius, ſecundo ad imaginem, vt oſtenderes: ꝙ non tantum habeat cum animalibus aliis communes potentias vegetatiuas, & ſenſitiuas; ſed & intellectiuas, ſecundum quas eſt accipienda Dei, & trinitatis imago: vnde D. Aug. ait; ſi ſpiritu mētis renouatur homo in agnitione Dei ſecundum imaginem eius, qui creauit illum, nulli dubium eſt, ꝙ nō ſecundum corpus, non ſecundum quamlibet animi portionem, ſed ſecundum rationalem mentem vbi poteſt eſſe cognitio Dei; hominem factum ad imaginem eius, qui creauit eum, ergo in parte rationali, ſiue intellectiua, vbi eſt memoria, intelligentia, & voluntas ſequens intellectum (quibus potentijs carent bruta) accipienda eſt imago Dei, ſiue trinitatis, tertio ad ſimilitudinem, vt oſtenderes ipſum diuina gratia eſſe decoratum, nam imago Dei in nobis poteſt accipi ſecundum naturalia, at ſimilitudo Dei accipienda eſt in nobis ſecundum gratuita, ex eo enim quod potentijs naturalibus, memorię, intelligentię, & voluntati (ſecundum quas ſumus ad imaginem Dei) ſuperadduntur diuina gratia, & gratuita bona, efficimur non ſolum filij Dei, & ſimiles Deo, ſed dij, iuxta illud, ego dixi dij eſtis. *qui cuncta ſolus ordinans*, ideſt *qui ſolus ordinans*, ideſt ſuo ordine cun-

10. de trin. c. 7.

Coloſſ. 3. c.

In parte rationali ſiue intellectiua eſt accipienda imago dei, ſiue trinitatis.

Quæ differentia ſit inter imaginem, & ſimilitudinem.

pſal. 81.

Tellus vnde dicetur, & vnde terra. ne cuncta diſponens, gubernans: atq; ad miniſtrans: *Iubes Humum,* ideſt terram: quæ & tellus dicitur à tollo, tollis, quia ipſa nos tollit, portat, & ſuſtinet, & rectè author hymni terram nominans, nominat ipſam Humi nomine, quia reuera gentis reptantis, & feræ non habuit ortum à terra, ideſt à ſuperiori parte, quæ teritur, quæ generaliter terra dicitur, ꝙ ſiccitate torreat, ſed ab inferiori parte: q̃ aquarũ affinitate ſortitur, vt ſit humida, quæ propriè humus dicitur, Hanc igitur Deus *iubet producere genus reptantis, & fera,* & per hæc duo genera, comprehendit omnia animalium genera, terreſtrium, ſylueſtrium, domitorum, & indomitorum, beſtiarum iumentorum, & omnium: quæ noſtrum laborem, & onus ſuo adiutorio ſubeundo iuuant: & per feras intelligit beſtias ſylueſtres, vel domeſticas, quæ dentibus, & vnguibus nocent, & ſæuiunt: quæ & feræ dicuntur, quia ſunt ſine freno, & ſuo deſiderio feruntur: & per reptantia intelligit omnia animalia, quę ventre, & corpore citra viſum pedum repunt, & reptant, & quę ſe rapiunt, quorum quoddã *Varia ſunt animalia reptantia.* rapit ſe virtute coſtarum (vt ſerpentes) quoddam vi quorundam anulorum (vt animal anuloſum) quoddam vi oris, (vt quidam vermes) qui ore terræ affixo totum corpus poſt ſe trahunt, *Qui magna rerum corpora &c.* vt ſit ſenſus: & ô Deus, *qui corpora magna rerum,* ideſt animalium quadrupedum, ferarum, beſtiarum, reptilium, & iumentorum, & aliorum omnium, quę ad terrę ornatum facta ſunt. *viuida dictu iubentis* ly dictu: Ablatiuus: vel ſeptimus caſus eſt, & venit ab hoc nomine quartę inflexionis Dictus, dictus, dictui, quamuis non ſit in vſu, & tantum valet: ac ſi dicamus *dictu,* ideſt quę dicto: & verbo *Iubentis* Dei: qui dixit: & facta ſunt, quę *pſal. 141.* mandauit, & creata ſunt, *viuida,* ideſt viuentia, & multo vigore producta, & facta ſunt à terra, verbo illo producat terra animam viuentem in genere ſuo. *Subdens homini dediſti, vt ſeruiant illi per ordinem,* & ex tunc, quum dixiſti: & pręſit piſcibus maris, volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus: quæ mouentur ſuper terram, *pſal. 8.* de quo admirans Dauid dixit, conſtituiſti eum ſuper opera manuũ *Homo nouiſſimè factus eſt & cur.* tuarum, omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues, & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi: volucres cœli, & piſces maris, quí per ambulant ſemitas maris, hinc factus nouiſſime dicitur, & diſpoſitis: atque creatis omnibus, tamquam dominus, & poſſeſſor, qui & omnibus præferendus erat, per quem omnia facta fuerunt, vt ei videlicet ſeruirent omnia, vnde non eſt factus ad terram ornandam (vt cętera animalia) quę (& ſi perfectiora ſint quàm piſces, & volatilia, ornamenta tamen accipi debent ſecundum ordinem, & nobilita-

bilitatem elementorum, quæ ornant non ſecundum proprias digni-tates, & quia aqua, & aer, ſunt eleméta nobiliora, quã terra; quæ ſex elementorum eſt: ornatus eorum præmittitur ornatui terræ, & pro-ductio piſcium, & auium productioni terreſtrium) ſed ad eam ſibi ſubijciendam cum ornatu eius toto, teplete terram, & ſubiicite eam (ait dominus) nec eſt factus ad terram, & propter terram, ſed ad cœlum, & propter cœlum, & propter eum, qui fecit cœlum, & ter-ram, vt illi ſeruiret, cui ſeruire regnare eſt, & vt ea ſeruitute non Deus, ſed ipſe ſeruiens iuuaretur; & in tantum prælatus erat, vt to-tum hominis eſſet; quod factũ erat propter ipſum, & propter quod ipſe factus eſt, quod oſtendit D. Paulus quum ait omnia veſtra ſunt, & verè noſtra ſunt, ſuperiora (vt trinitas) ad fruendum, æqualia (vt angeli) noſtra ſunt: quia ad vſum noſtrum, in miniſterium .n. mit-tuntur propter nos (ait. s. Paulus) & inferiora noſtra ſunt, quia ad nobis ſeruiendum facta. Sed dices videtur ꝙ non ſit verum ꝙ Deus fecerit hominem principem omnium, quæ ſunt ſuper terrã, & quòd omnia ſub illius dominio, & poteſtate poſuerit, cum non domine-tur feris, ſed ipſæ nobis potius, quæ impetunt, inuadunt, & irruũt in nos: & dentibus, & vnguibus, & veneno ſæuiunt, & nocere co-nantur? Sed ego Reſpondeo, & dico, ꝙ non ſit verum quod obij-cis, nam mox, vt apparuerit Homo feræ fugam capiunt: quod ſi ali-quando vel fame vrgente ab illis nos inuadentibus lædimur, hoc non fit ideo: ꝙ illis in nos ſit imperium, nam, & armamur: & de-ſidiam excutimus: ne latrones nos impetant, non ꝙ illi noſtri ſint domini, ſed quod tanta nobis ſalutis noſtrę ſit cura: etiam dico, ꝙ & ſi à principio homo, plenum, & perfectum ſuper beſtias princi-patum habuerit (timebant enim tunc, & tremebant ſuſcipientes do-minum ſuum) vbi autem per inobedientiam libertatem, & dignita-tem noſtram amiſimus, etiam principatus noſter mutilatus eſt, ac per hoc non terrori cepimus eſſe beſtijs, ſed ipſæ terrori nobis eſſe ceperunt: quandiu enim manſit ſubiectio animæ ad Deum, ſtetit ſu-biectio carnis ad animã, ſenſus ad rationẽ, & beſtiarũ ad hominem, quibus erat terribilis, & ſuper quas erat timor, & tremor ſuus: at cũ prępuaricata eſt lex, & rebellare cepit anima Deo, ex tunc rebellis fa-cta eſt caro ad animam, ſenſus ad rationem, & quæ homini ſubde-bantur: fremere ceperunt, & principis ſui Imperium detrectare, ac recuſare non formidarunt, ſed vide tu ineffabilem Dei miſericor-diam, nam licet Adam totum Dei mandatum ſubuerterit, & totam legem transgreſſus ſit, bonitate tamen ſua Deus delicta vincens, non omnem honorem illi abſtulit, nec toto principatu deiecit, ſed

Hõ factus eſt ad cœlũ & propter cœlum.

1. Cor. 3. c.

Omnia noſtra ſunt & quomodo.

Heb. 1. c.

Dubium.

Reſponſio.

Nõ feræ ſunt per hominẽ, ſed homo ſuper feras habet imperiũ.

Poſt peccatũ principatus hominis ſuper beſtias mutilatus eſt.

Miſericors deus non abſtulit Adæ totum principatũ ſuper beſtias.

tantum.

tantum ea animalia à ſua poteſtate abegit, quæ non multum ad huius vitę vtilitatem illi conducunt, quæ autem illi neceſſaria, & vtilia erant, ea in ſeruitute, & ſubiectione ſua reliquit, & puniens ipſum ob inobedientiam, vt in ſudore vultus ſui veſceretur pane ſuo, ne tu-
Gen. 3. c. dor, & labor hic intolerabilis foret, ſudoris moleſtias, & laboris onus alleuiauit iumentorum multitudine, & aliorum animalium, quę vnà ſecum laborant, & moleſtias ferunt, ac ſi cũ eo peccaſſent, quæ, & ſubſidiaria facta ſunt homini ad laborem, & ſudorem adiudicato, cuius timor, & tremor ſuper ea eſt, quem & rebellia adhuc reuerentur vt dominum, etiam ſi peccati ſeruus ſit, & ſeruituti pluſ quã miſeræ addictus, & deſtinatus. *Repelle à ſeruis tuis &c.* Hoc loci author hymni, quũ deſcripſiſſet opus ſextę diei, quo creauit Deus è terra cuncta animalia ad ornatum terræ, & tandem hominem, cui ſubiecit omnia, terram videlicet, & plenitudinem eius, orat Deum, vt gratia ſua faciat ꝙ homo non perdat hoc dominium, & quia per peccatum poteſt effici ſeruus is: qui dominus eſt, precatur his verbis dicens, *Repelle*, ideſt arce, reiice domine *à ſeruis tuis*, quibus dignitas eſt ſeruire, & ſeruum eſſe potentis: *quicquid*, & omne quod *per immunditiam*, & impuritatem, *ſe ſuggerit*, ideſt ſubminiſtrat, *moribus*, ideſt viuendi rationibus, & vitæ inſtitutis bonis, & honeſtis, aut *ſe interſerit*, ideſt pręſens fuerit *actibus*, ideſt operationibus: ſecundum quas bonis moribus florere cenſemur, & fac, vt boni ſint, & honeſti mores noſtri, actus, & operationes puræ, & mundę, tu
Iob. 14. c. enim ſolus es: qui potes facere mundum de immundo conceptum
Act. 10. c. ſemine, & commune non erit quod tu purificaueris, *Da gaudiorum pręmia &c.* His verbis hymni author: quatuor per ordinem poſtulat à Deo, qui ſolus illa poteſt nobis concedere, Primum poſtulat, vt Deus det nobis *pręmia gaudiorum*, ideſt gloriam, & quia hęc in pręſenti vita non dantur, orat, & poſtulat, vt det nobis illa poſt hanc vitam. Secundum vt det nobis *munera gratiarum*, quæ in præſenti, & viatoribus conferuntur, quibus actus liberi arb. attingunt finem, qui (& ſi non ſint factiui finis: cum finis excedat virtutem eius, qui operatur propter finem) ſunt tamen meritorij finis, ex quo gratia informantur. Tertium eſt *vt diſſoluat vincula litis*, Quartũ, & vltimum *vt fœdera pacis aſtringat*, & quis poteſt hæc largiri, conferre, & concedere niſi ſolus Deus? gratiã, & gloriam dabit dominus (ait Dauid) de tertio, & quis dubitat ꝙ Deus ſolus ſit, qui poſſit rumpere litis, & contentionum occaſiones, cum non ſit Deus diſſentionis, ſed pacis? cui diximus in alio hymno, qui dicitur ad ſextam diei horam, Extingue flammas litium, De quarto, & quis

quatuor ſũt quę ſolus Deus nobis pręſtare poteſt.

pſal. 83.

1. Cor. 14. c.

quis poteſt verè aſtringere fœdere pacis nos miſeros in hac vita degē tes: niſi Deus? cui eccleſia ſancta in oratione dicit: da nobis illam: quam mundus dare non poteſt pacem, qui pax noſtra dicitur, & Deus pacis, de quo Dauid, qui poſuit fines tuos pacem, oramus igi *pſal.* 147. tur, vt Deus ſua miſericordia largiatur nobis præmia gaudiorum .i. gloriam poſt hanc vitam, & iuſtitiæ coronam, det nobis in præſenti vita munera, & dona gratiarum, quæ ſunt principia merendi, quibus informatę operationes noſtræ mereri poſſint ęternam gloriam, & denariū diurnū: iuſtū præmiū in vinea laborantium, vt diſſoluat vincula litium, & contentionum occaſiones euertat, vel diſſipet, vel eneruet, & tandem vt aſtringat nos fœdere pacis, quæ eſt ſecuritas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis: amoris vinculum : conſortium charitatis: cuius pacis teſtamentum, qui noluerit obſeruare, ad hęreditatem Chriſti non poterit peruenire. Amen.

Hymnus ad nocturnum in ſabbato.

SEquitur expoſitio hymni. *Summæ Deus clementiæ*, qui dicitur ad nocturnum matutini in ſabbato, in quo author inuocat, & precatur Deum trinum in perſonis, & vnum in potentia, & ſubſtantia, & machinæ mundi factorem, vt audiens noſtros fletus, & gemitus, benignè ſuſcipiat eos, & caſtitatem mentis, & corporis nobis concedat aduſtis primo cordibus, & lumbis candenti carbone, ac igne ſpiritus. s, ſicq; tandem ditemur donis patriæ beatæ. Ait ergo, *ſummæ Deus clementiæ*, vt ſit ſenſus, ò Deus *ſummæ*, ideſt maximæ *clementiæ*, miſericordiæ, & pietatis, & clemens dicitur à cluo. is. quod eſt defendo, quia cluit, ideſt defendit, protegit, tuetur nos Deus, ſicut ſolet patronus clientem, & benè appellat Deum *ſummæ clementię*, quia reuera continet veluti ſumma breui, atq; compendio quodam capitale totius clementię, manſuetudinis, atq; pietatis, qui nedum clemens eſt, ſed & placidus, clemens circa rectè agentes, placidus circa delinquentes, & quo clemens, eius eſt nullos lædere, obeſſe nemini, prodeſſe omnibus quo vero placidus, eius eſt omnibus arridere, omnibuſq; placere, *Mundiq; factor machinæ*, ideſt, & ò *factor machinæ mundi*. i. artificioſæ cōpoſitionis: vel conſtructionis mundi, ſiue fiat loquutio de magno, ſiue de paruo mundo, vterque enim machina dici poteſt i. artificioſa compoſitio: vel conſtructio, vel inuentio verè digna Deo qui mūdus archetypus dicitur, ideſt principalis figura, & mundi ſenſibilis exemplar. *Vnus potentialiter*, ideſt qui es *vnus potentialiter*, ideſt

Nomen clemens vnde dicatur.

Magnus, & paruus mūdus machina dici pōt.

potentia, & virtute, ac per hoc ſubſtantia, & eſſentia, quorum. n. vna eſt, & eadem virtus, & potentia, illorum & eadem eſt ſubſtātia, & eſſentia, ſecundum. Damaſc. omneſque Theologos, *Trinuſq; perſonaliter*, trinus dicitur, non triplex, nec triformis, & vnus: Trinus in perſonis, & in deitate, ſubſtantia, eſſentia, potentia, & virtute vnus: honorificè enim credendum eſt trinitati, ne fiat iniuria vnitati: & credendum eſt vnitati, ne fiat iniuria trinitati: vna enim trinitas dicitur, & trina unitas, & licet cõfiteamur, & credamus firmiter in trinitate tres eſſe perſonas, vnus tamē Deus eſt, nõ tres Dij, vna in ipſis eſſentia, non tres, & hoc nobis ſufficiat, ne veluti ſcrutatores maieſtatis opprimamur à gloria. *Noſtros pius cum canticis &c.* vt ſit

Prou. 25. 6. ſenſus, oramus te vt *pius*, & clemens *benignè ſuſcipias noſtros fletus*, & gemitus, *cum canticis*, & laudibus his, quos toto corde, & ſpiritu fundimus, *quo*, ideſt vt *corde puro*, ſimplici, & abſoluto ab omni exceptione, & à *ſordibus* mundo, immuni, & experti, *largius*, & abũdantius *te perfruamur*, ideſt diu, & conſtanter, & perfectè fruamur: tibique in hęreamus, amore propter teipſum, & hæc merces ſumma eſt, quo ſolo fruendum eſt, vt obiecto, ad ſolius enim dei bonitatem ordinatur totius vniuerſi bonitas, ſicut bonum totius exercitus ad bonum ducis (vt narrat philoſophus in metaph.) Benè dici-

Fruimur Deo beatitudine, potentijs, & virtutibus, & vide quomodo. tur vt obiecto, quia ſicut habitu eliciente actum fruitionis, beatitudine creata: & charitate poſſumus frui, & ſicut inſtrumento fruitionis poſſumus frui potentia, cuius fruitio eſt actus, ſit intellectus, vel voluntas, quamuis rectius dicatur de alijs à Deo, ꝙ illis vtamur potiusquā ꝙ illis fruamur, licet verè poſſit dici de eis, ꝙ per illas fruamur ſummo bono, cui ſoli inhærendũ omnino eſt, & in eo permanendum, finiſq; lętitiæ ponendus nec vltra gradiendum, vnde D. Auguſtinus 10. de trin. voluntas, & virtutes ſunt, per quas fruimur Deo, non eis: frui enim dicit motum cum delectatione, & quiete ſumma, quod non facit niſi trinitas illa, in qua voluntas noſtra iam delectata conquieſcit tamquam in fine ſupremo apprimè ſatiante, vltra quem non eſt gradiendum amplius, ſuper qua re ſi plura deſideras, volue libros Theologorum, in primo ſen. *Lumbos iecurq; mor-*

Ignis ſpiritus. s. dicitur deſolatorius, & vaſtatorius & cur. pſal. 119. *bidum &c*, vt ſit ſenſus, oramus etiam, vt igne congruo conuenienti, & per omnia tibi ſimili, & æquali, ac per hoc videtur ꝙ non de omni igne, ſed de igne ſpiritus. s. loquatur, de quo in Tren. c. 1. miſit de excelſo ignem in oſſibus meis, & erudiuit me, *Aduras*, valdè vras aduſtione, quæ non affligit, ſed ardet ſuauiter, & quid volo niſi vt ardeat ait Chriſtus Lucæ 12? deſolatur fœliciter, vnde rectè carbo deſolatorius dicitur, vel vaſtatorius, quia per applicationem in-

flam-

flammat, & accendit ad amorem Dei, & deſolatur ac vaſtat in nobis carnalem affectionem, & ſecularem amorem. *Lumbos:* qui ſunt pleni illuſionibus, ideſt vanis libidinum incentiuis, & delectationibus carnalibus: quæ verè illuſiones dicuntur, tum quia ſtatim poſt vellet homo non peccaſſe, tum quia peccans per momentaneam delectationem æterno ſe incendio obligat, & quid inſanius, quã pro momentanea delectatione æternis ſe mancipare ſupplicijs? ij. enim ſuppleti lumbi (quos quidam appellant ſeminarium, ſedẽ, & cauſſam carnalium voluptatum, in quibus bona pars virium ſita eſt, vt qui ſoli nullius alterius oſſis adminiculo, ſuperiorem corporis compagẽ ſuſtineant) non ſolum ſunt præcingendi (vt monet dominus) & tunc pręcingimus, quum carnis luxuriã per continentiam coarctamus: quod fecit mulier fortis, de qua, accinxit fortitudine lumbos ſuos, ideſt carnis in ſe concupiſcentiam reſtrinxit, non ſolum, inquam, ſunt præcingendi iuſtitiæ cingulo, & fidei cinctorio, de quo Eſai. & erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius, ſed valdè vrendi, & cum eis *iecur morbidum:* quod cogit amare, iuxta illud cogit amare iecur, in quo ignis ſedem habet & calore ſuo ſuccum ex cibo tractum vertit in ſanguinem, quod quidem & ſedes concupiſcentiæ eſt, venarum omnium principiũ, & primum generandi ſanguinis inſtrumentum, ventriculum locis quibuſdam quaſi digitis circumquaq; complectens (vt benè norũt rei anatomicę periti) quod *morbidũ* vocat hymni author, ideſt infirmum, & morbo carnalis concupiſcentię, profaniq; amoris infectũ. *Accincti, vt ſint perpetim,* ſenſus eſt: nam ſi ò domine Deus prædictos lumbos noſtros adures, aduſtione illa, facies, vt *remoto* ab eis *luxu peſſimo,* ideſt ſuperfluitate, & ſolutione libidinis, *perpetim.* i. ſemper, & perpetuò *ſint accincti,* ſicq; carnis concupiſcentiam per continentiam coarctabimus. Aduertendum tamen ꝙ author hymni vtitur verbo *accinctus,* nam eſt differentia inter accingere, pręcingere, & ſubcingere, nam ſubcingimur miniſtraturi, præcingimur ituri, & accingimur bellaturi, & quia magnum, & continuum bellũ eſt, & rara victoria nobis cum carne non mirum ſi orat, vt ſint accincti fortitudine lumbi noſtri, tamquam dimicaturi, & bellaturi contra carnales concupiſcentias, & voluptates, & bellando, & pugnando reportent victoriam reſtringendo, & debellando vana libidinum incentiua, *Vt quique horas noctium &c* vt ſit ſenſus oramus etiam vt nos omnes, qui nunc canendo, & pſallendo *rumpimus horas,* & tempora noctium, quod non faciunt, qui per totam noctem ſomno indulgent, ac ſtertunt, & dormiendo rhoncos emittunt, nec

Incentiua libidinis dicuntur illuſiones, & cur.

Lucæ 12.c.

Prou. 31.c.

Iſai. 11. c.

Cor eſt ſedes concupiſcentię principiũ venarum, et generandi ſanguinis inſtrumentum.

Differentia eſt magna inter accingere, pręcingere & ſubcingere.

Somnus ſuperfluus extinguit calorem naturalem.

putant ſomnum ſuperfluum calorem naturalem extinguere, & corpus ad humidam inducere diſpoſitionem vi. coll. c. 4. & quod ſomnus viuendi, & non viuendi interliminium ſit, vt neque omnino ſit qui dormit, neque non ſit (vt docet Ariſt. 5. de Gener. animaliũ cap. 1.) vel *canendo rumpimus horas noctis*. ideſt per bonas operationes, & laudando Deum, rumpimus horas noctis, ideſt ſcuto fidei extinguimus tela ignea nequiſſimi, & deceptiones, ac diabolicas tentationes, *Affatim*, ideſt abundè *ditemur*, ideſt locupletemur, *donis beatę patrię*, ideſt muneribus beatæ, & æternę viſionis Dei, in qua eſt tota merces, & corona iuſtitiæ, quæ non conceditur niſi in vinea domini laborantibus, & militantibus in hac vita, quæ tota militia eſt, cum ſit bonorum laborum glorioſus fructus, ac retributio, emeritum ſtipendium militare, & præmium, quod non niſi emeritis militibus, & bonum certamen certantibus datur, ac prælia domini prælantibus redditur, non militiam vrbanã ſequentibus (vt faciunt qui per totam diem in iudicijs verſantur, & cum aduerſarijs in foro contendunt) nec militiam nocturnam exercentibus (quod quidem ad amantes pertinet) de quibus Ouidius: militat omnis amans: & habet ſua caſtra cupido, Amen.

Matt. 20. Sap. 3. c.

Hymnus ad laudes in ſabbato.

SEquitur expoſitio hymni. *Aurora iam ſpargit polum*, qui dicitur in ſabbato ad laudes matutinas, in quo author deſcribit ortũ diei, & petit: vt ſicut ſol depellit tenebras, & obſcuritatem, & illuminat mundum, ſic lux diuina depulſa nocte peccati, & errorum tenebris, & obſcuritatibus excuſſis, illuminet nos paruũ mundum, qui eam non cognouit, & tandem perducat ad diem illum vltimum requietionis, in quo ſine nocte erit ſempiterna lux. Ait ergo *Aurora iam ſpargit polum*, vt ſit ſenſus, *aurora*, ideſt initiũ diei clareſcentis, vel primus ſplendor aeris, qui aurora dicitur ab auro: quia colorem auri habet, *iam ſpargit*, ideſt illuminat, & longè, lateq; diffundit ſe per *Polum*, ideſt mundum, quam ſequitur ſol, qui mundi oculus dicitur, diei iucunditas, cœli pulchritudo, naturæ gratia, præſtantia creaturæ, qui & vitę dominus vocatus eſt ab antiquis 12. met, com 54. & Homerus appellat illum magnum Iouem, ob id, quia dator vitæ eſt, & Auer. 12, met. com. 18. appellat ipſum, & ſtellas, principium cuiuſlibet viui in natura, cuius radij ad generationem viſibilium corporum conferunt, & ipſa ad vitam mouent, augent, perficiunt, nutriunt, mundant, & renbuant, & ideo ſubditur, *terris dies illabitur*, cuius ſol cauſſa eſt, ipſius enim præſentiã, & aduen-

Vide ſolis encomia, & præclara nomina.

aduentus, diem facit, ſolusq; lucens obſcurat ſuo ſplendore quecũq; alia, *ſpiculum lucis reſultat*.i. reflectitur radius, vel iaculum *lucis*, non ſecus ac pila, quæ pauimento illiſa ſurſum reſilit, qui rectè dicitur ſpiculum, & iaculum, miſſile ferrum, vel ſagitta, quia in terram iacitur è corpore ſolari, veluti ex arcu, & recta quadã iaculatione porrigitur, & extenditur. Aliqui tex. habent *ſpeculum*, & quidam expoſitores ſic exponunt, *lucis reſultat ſpeculum*, ideſt pulchritudo *lucis* Chriſti *reſultat*.i. gaudet cordibus noſtris, ſed quis poteſt continere ſe à riſu hæc legens? expone igitur (vt dictum eſt prius) *diſcedat omne lubricum*, ſenſus eſt ſicut adueniente ſole depelluntur tenebræ, & obſcuritates à mundo, ſic petimus, & oramus, vt Chriſto, & luce eius apparente in nobis primo *diſcedat*.i. in malã crucem abeat, *omne lubricum*.i fœditas peccati, & immunditia, & quicquid animã noſtrã ad lapſum inducere poteſt, ſecũdo, *ut phantaſma noctis decidat*.i. deorſum cadat viſio vana noctis, quũ quis videt formas diuerſas, & à natura rerum varias, & alienas: ſi plura ſcire deſideras candide lector, vide in expoſitione hymni Te lucis ante terminum, tertio *vt mentis reatus ſubruat*, ideſt ſub nobis cadat, & ſuffoſſo fundamento ruat *reatus mentis*, & per reatum intelligit quicquid põt ducere mentem in ſtatum, & conditionem reorum, & ad cauſſam dicendam, ſcias autem hoc vocabulum reatus nouum eſſe, & Ciceronis ætati incognitum, & à Meſſalla primum vſurpatum (Auguſto Imperãte) nec placet Budęo vt ſumatur pro crimine, & taxat iuriſperitos, põt etiã habere hunc ſenſum, *ſubruat reatus mentis*.i. obligatio ad pęnã, ad quam mens obligatur propter culpam, quæ ſi venialis eſt, obligat illã pęnę temporali, ſi autem mortalis, facit eam reã, & obligat illam pęnæ æternæ (vt dicũt Theologi in 2. ſen.) quarto *vt cadat quicquid tenebris horridum nox attulit culpæ*, vt ſit ſenſus, oramus, quarto; *ut cadat* à nobis *quicquit horridum*; & terribile, abominabile, ac tremens, *attulit*, ideſt dedit, & apportauit nobis in tenebris, *nox culpę*, vel oramus, vt cadat quicquid horridũ culpæ attulit nox in tenebris & quinto, & vltimo oramus, *vt mane illud vltimũ &c.* vt ſit ſenſus, tã dem, & vltimo oramus vt illud vltimum tempus aduentus domini, in quo ipſum diligentes præmiabuntur corona iuſtitię, *quod cernui*.i. proni, & inclinati quaſi terram cernentes, & veluti nõ audentes oculos ad cœlum leuare, demiſſis luminibus ſuppliciter venerantes, *præſtolamur*, ideſt cum humilitate expectamus dum præſtò eſt, & cum eo ſaluatorem è cœlo, qui reformabit corpus humilitatis noſtrę configuratum corpori claritatis ſuę. *in lucem nobis effluat*, ideſt abundanter, & vehementer decurrat, ac torrens imbribus conce-

Solis radius dicitur ſpiculum, & quare.

Quid ſit reatus.

2.Tim.4.c.

Philip.3.e.

conceptus, & congregatus, cædat in participationem perpetuò lo cis: *dum hoc mane*, id eſt tempus quo hic viuitur *concrepat*. i. plebs videlicet tibi dicata perſonat, & in laudem tuam expendit, *Canore*, id eſt ſuaui, & auditu dulci conſonantia, & concentu, & harmonia ex diuerſis vocibus reſultante, & voce ad mulcendas aures emiſſa, vel vt ſit ſenſus, oramus, *vt mane illud vltimum* diei aduentus domini ad iudicium, & gloriæ magni Dei, qui dies erit continuus ex túc ſine nocte, in regione enim illa lucis, in quam transferentur boni: nox vltra non erit (ait D. Ioannes) hinc in Gen. dies ille ſeptimus in quo requieuit dominus ab vniuerſo opere quod patrarat, per qué deſignatur requies illa beatorum, quę vltimo illo die habebitur, dies dici ur tantum, & non dicitur (vt de alijs diebus huius vitæ labores ſignantibus) & factus eſt veſpere, & mane dies ſeptimus *quod cernui præſtolamur*, & expectamus *in lucem nobis effluat*, & abundet dñ *hoc* videlicet mane præſentis temporis quo viuimus in hac valle miſeriarum, & ideo veſperum habet non mane ſolum, *canore*, & cantu conſonanti, plebs tibi dicata *concrepat*, id eſt conſonat, & perſonat, perſoluens illud in laudem, gloriam, & ſanctificationem nominis Dei, quem oramus. Amen.

Tit. 2. c.

Apoc. 21. c.

Septimus dies dicitur dies tantum & quare.

Hymnus ad veſperas in ſabbato.

SEquitur expoſitio hymni; *O lux beata Trinitas &c.* qui canitur ad veſperas in ſabbato, in quo author inuocat ſanctam Trinitatem, vt ſenſibili ſole tendente ad occaſum, ipſa dignetur ſpirituale lumen gratiæ nunquam permittere, vt auferatur à nobis, vt poſſimus perpetuò, & ſemper illius adiutorio illuſtrati, laudare, & glorificare illam, & benedicere in omni tempore, ſiue in proſperis: ſiue in aduerſis. Ait ergo *O lux beata trinitas*, ſenſus eſt, ò *beata trinitas* Pater, Filius, & Spiritus s. qui ſunt tres in trinitate perſonæ, realiterque diſtinctæ, *Et principalis vnitas*, vnuſque Deus, ita vt trinitatem perſonarum in vnitate eſſentię, & vnitatem eſſentiæ in trinitate perſonarum veneremur, quatũ Pater, origo ſummæ deitatis dicitur, & primordialis, & fontana deitatis; qui à nullo emanat, atque procedit, ſed benè ab ipſo filius, & ſpiritus s. originem habent: licet ineffabilem, non temporalem, ſed æternam, quos Dion. lib. de diu. nomin. appellat foecundę deitatis germina plantata diuinitus, ſed hæc altiora ſunt quàm hic expoſcit locus, ideo ne videamur inſanire, Poiche dice Dante nel Purgatorio, Matto è chi ſpera che noſtra ragione, Poſſa traſcorrere l'infinita

Pater dicitur origo deitatis.

via

via, che tene vna ſoſtantia in tre perſone, ad Theologos hęc referãmus. Dicitur trinitas ipſa, principalis vnitas, quia ſicut ex paternitate in diuinis, omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur, ſic ex vnitate illa indiuidua Trinitatis, quicquid in mundo vnum eſt, ſuam habet vnitatem, ipſa enim fons origo, & exordium eſt omnis vnitatis in rebus, ò igitur *beata trinitas, et principalis unitas*, quę lux diceris non ſolum angelorum, non ſolum mundi paruuli, qui homo, ſed omnium, quamuis non eodem modo omnes illumines (& ſi ſimplex ſis lux, & vna) ſicut enim ſol, licet ſit vnus, non tamen lumen ſuum omnibus æqualiter exhibet, aliter aquam, aliter aerem, aliter lapidem, aliter lignum, aliter argentum colluſtrat, item aliter color purpureus, aliter viridis participant lumen, ſic lux diuina licet vna ſit, & illuminet omnẽ hominem venientẽ in hunc mũdum non tamen æqualiter omnibus ſe exhibet, ſed ſicut cõmunicat omnibus eſſe: his quidem clarius, alijs verò obſcurius: ſic lumen ſuũ his quidem clarius, illis vero obſcurius impartitur: & clarius oculis puris, quibus lux ſua eſt amabilis, & obſcurius oculis lippis, & ęgris, quibus lux ſua odioſa eſt. *Iam ſol recedit igneus*, ideſt ſplendens, & ardens, inflammans & ignis naturam habens, iam vergit ad occaſum, quare ipſo recedente, ne ſine lumine ſimus verificeturque, ibant obſcuri ſola ſub nocte per vmbras, *infunde* tu ò ſancta Trinitas, pater, filius, & ſpiritus. s. quorum actiones ad extra indiuiſę ſunt, *lumen cordibus*, quo animæ tenebræ fugantur, cum nulla ſit participatio lucis ad tenebras, ſic enim fiet, *vt te mane laudũ carmine &c.* vt ſit ſenſus, nam ſi dignaberis infundere lumen gratiæ tuę in cordibus noſtris, fiet vt illo illuſtrati: pſallentes in cordibus noſtris, corde, & ore *deprecemur te carmine laudum mane, & veſpere:* ideſt à cuſtodia matutina vſque ad noctem; per quod totum tempus ſperare debet yſrael in domino, *& ſupplex*, ideſt humilis *gloria noſtra*, quæ *conſentiens* laus bonorum eſt, *laudet te*, laudem dicat tibi, & non ſolum ter (vt Daniel) aut ſeptiès in die (vt Dauid ſanctus) ſed per cuncta ſecula, ideſt omne tempus vitæ noſtræ, ſiue ſit tempus iuuentutis deſignatum per mane: ſiue ſenectutis: & decrepitatis deſignatum per veſpere, ſiue ſit tempus proſperitatis deſignatum per ly mane, ſiue aduerſitatis deſignatum per ly veſpere, hæc enim gloria noſtra eſt, ſummaque felicitas, triumphus excellens, vt ſupplices laudemus te, præconizemus te, & tuam diuinam maieſtatem glorificemus atq; extollere non ceſſemus omni tempore dicentes, in fine huius hymni, ſicut dicitur in fine cuiuſlibet pſalmi, ſic ordinante pontifice illo ſanctiſſimo damaſo Gloria patri, & filio,

Trinitas dicitur principalis vnitas & cur.

Eph. 3. c.

Trinitas eſt lux, & quorum, & quo modo.

Ioan. 1. c.

Per mane, & veſpere quid deſignetur.

Pſal. 129.

Dan. 6. c.

Pſal. 118.

põtifex Damaſus inſtituit, vt in fine cuiuslibet pſalmi.

d:oeremus glor a patri & filio, &c. lio, & ſpiritui ſancto (qui in trinitate perfecta tres perſonę ſunt, vnuſq; Deus) ſicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Hymnus ad veſperas tempore Aduentus.

SEquitur expoſitio hymni, *Conditor alme ſiderum &c.* qui dicitur ad veſperas ſemper per totum Aduentum. In quo author, qui fuit D. Ambroſius, commendat Chriſti noſtri filij Dei benignitatem, qui vt redimeret nos in primo aduentu ſuo: quum de ſinu patris exiens venit in mundum, de ſacroſancta Virgine naſci dignatus eſt: precaturq; vt conſeruet, & protegat nos in tempore præſenti à telo perfidi Hoſtis Sathanę, quo percutere nos conatur: & ſatagit. Ait ergo. *Conditor alme ſiderum*, ſenſus eſt, ò *Alme* ideſt ſancte, qui ab alendo diceris almus, ſicut & tellus etiam alma dicitur, ob id quod fruges ſuggerat quibus alimur, vel ò *alme*, ideſt ſancte, pulcher, ſerene, & tranquille alens, & nutriens nos, *conditor*, ideſt factor, & creator *ſiderum*, ideſt aſtrorum, & ſtellarum in firmamento fixarum (à ſtando enim dicũtur ſtellæ, quia ſtare videntur) & planetarum (quos erraticos vocant, & ſi hoc verum eſt, falſus videtur eſſe Ariſt. qui in libro ſuo de cœlo, & mundo, planetas in ſuis orbibus fixos eſſe aſſeruit, & falſus Plato, qui tam de ſtellis, quàm de planetis locutus: dixit non eſſe fixas, nec fixos, ſed moueri in ſphæris ad auium inſtar in aere, & piſcium in aquis, & non cęlos moueri, ſed ſtellas, & planetas in eis, in cuius dogma cadere viſus eſt Ptolemæus (vt ſibi ſanctus Hieronymus imponit) Vbi notandũ, ꝙ & ſi verba hęc creator, lux, redemptor, de omnibus ſuper benedictis trib⁹ perſonis ſanctiſſimę Trinitatis intelligi poſſint (ſunt enim omnes vnus Deus, & vnus, & verus, & ſummus omnium creator rerum viſibilium, & inuiſibilium) tamen hoc loci, de Chriſto Ieſu vnico patris æterni filio proferuntur, & intelliguntur, vt per ſequẽtia verba fit palàm, *æterna lux credentium*, ideſt Chriſtianorum fidelium, qui diceris *æterna lux* ſecundum deitatem, ſecundum vero humanitatem aſſumptam, & ſi diceris lux (quia de teipſo dixiſti, ego ſum lux mundi. (Ioan. 8.c.) quod ſi hoc de apoſtolis verificatur, qui bus dictum eſt, vos eſtis lux mundi. (*Mat.* 5.c.) cur non magis epitethon hoc Chriſto conueniet?) magis propriè tamen humanitati aſſumptæ conuenit lucernę nomen, hinc in Apoc. D. Ioan. appellat Chriſtum lucernam ciuitatis Hieruſalem. ait enim ciuitas illa non eget ſole, neq; luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit eã, & lu-

Error Ariſt. & Platonis circa ſtellas, & planetas.

Chriſtus ſecundum deitatem, & aſſumptã humanitatẽ dicitur lux magis propriè tamen ſecũdum humanitatem dicitur lucerna. Apoc, 21.c.

& lucerna eius eſt agnus, quomodocunq; igitur ſit: clarũ eſt ꝙ Chri *Ioan. 1. c*
ſtus lux ſit vniuerſorum, illuminat enim omnem hominem venien
tem in hunc mundum, ſpecialiter tamen *lux eſt credentium*, ideſt
chriſtianorum fidelium, quos per fidem, & doctrinam euangelicã
illuminat:in quibus eſt cauſſa lucis gratiæ gratum facientis in via,
& cauſſa luminis gloriæ in patria:iuxta illud gratiam, & gloriam da *pſal. 83.*
bit dominus, *Redemptor omnium* qui licet à mundi exordio redeme *Chriſtus ab*
ris, vt Deus electos tuos de manu inimicorum, à vinculis vitiorum; *exordio mũ*
& à varijs vitę huius tribulationibus, & periculis, in ordine tamen *di, et in tem*
ad agnum, qui occiſus eſt ab origine mundi, quod in tantum di- *pore plenitu*
xit D. Ioan in Apoc. vt oſtenderet; ꝙ nemini contingere poſſit ſa- *dinis fuit re*
lus, niſi in fide, merito, & virtute huius mediatoris, & in ordine ad *demptor hu*
ſemen hoc ſanctum:in quo benedictæ ſunt, & benedicentur omnes *mani gene-*
gentes, quod promiſſum fuerat Adamo immediate poſt perpetratũ *ris.*
inobedientiæ peccatum, illis verbis ad ſerpentem directis. inimici- *Gen. 22. c.*
tias ponam inter te, & mulierem, ſemen tuum, & ſemen illius, ip- *Gen. 3. c.*
ſum conteret caput tuum, in tempore tamen plenitudinis, redemi-
ſti illos de manu odientium, non corruptibilibus auro, & argento *1. Pet. 1. c.*
(vt D. Petrus ait) ſed præcioſo ſanguine tuo, vnde non mirum ſi in
Apoc. profitentur dicentes, redemiſti nos domine Deus in ſangui- *Apoc. 5. c.*
ne tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, qui in rei ve
ritate, licet ſis ſaluator, liberator, & redemptor omnium, & totius
mundi, pro omnibus. n. ſatisfeciſti copioſiſſimè, & quantũ ad ſuffi *Chriſtus eſt*
cientiã, quantũ tamen ad efficaciã & efficiẽtiã es redẽptor electorũ *redemptor*
tantum, quod palàm feciſti, quum apud Euangeliſtas dixiſti: hic ſan *omnium, &*
guis qui pro multis effundetur, dominicæ enim paſſionis non om- *electorũ, vi*
nes, ſed electi tantũ finaliter fructũ ac cõſummatũ effectũ ſortiũtur: *de quomodo*
qui medicinã hanc generalẽ (quæ in applicatione cõſiſtit) vniuerſa-
leq; remediũ contra omniũ vulnera peccatorũ ſibi applicãt fide, &
fidei ſacramentis, quæ medicinalia vaſa dicuntur, per quæ virtus co
pioſſimę paſſionis Chriſti applicatur hominibus. *Exaudi preces*
ſupplicũ. i humiliter tibi, ac deuotè ſupplicãtiũ, & hæc dicimus illi
nõ quo orat in nobis, vel quo orat pro nobis (ſic n. ipſe exaudiri de
bet à Deo pro ſua reuerẽtia) ſed quo oratur à nobis, cuius aſſiſtẽtiã
glorioſã, & gratioſã, & auriũ apertionẽ ad p̃ces nr̃as optamus dicẽ
tes, *Exaudi preces ſupplicũ* i. humiliter, deuotè. & cũ fletu ex toto cor *Petere in no*
de tibi ſupplicãtiũ, & decẽtia petẽtiũ. i corporis, & aĩæ ſalutẽ, ꝙ pe *mine Chriſti*
tere nõ eſt niſi in nomine tuo petere, & quia in nomine tuo petimus *quid ſit.*
ò dñe ſint aures tuæ intentæ ad preces noſtras, auribus percipe lacry *pſal. 38*
mas noſtras, & concede ꝙ petimus, qui dixiſti petite, & accipietis *Matt. 7. c.*

Qui condolens &c. ſenſus eſt, qui *condolens*. ideſt fortiter dolens: ſimul dolens: pieq; compatiens *ſeculum*. ideſt mundum, genus humanum, & ſeculares hominos, *Perire* prorſus abire, amitti, conſumi, mori: *interitu mortis*, ideſt infernali, & æterna pœna, & interitu mortis animæ, & corporis, in quam incidimus per Adę, & primi hominis peccatum perſonale in illo, in nobis autem naturale, & inuidia diaboli, vnde ſapiens (ſap. 2) inuidia (ait) diaboli mors introiuit in orbem terrarum, & Diuus Paulus (ad Romanos cap. 5) per vnum hominem (ait) peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & in omnes homines mors pertranſijt in quo omnes peccauerunt, quia omnes in eo: tanquam multi rami in vna radice, & veluti in principio totius humani generis, & in lumbis eius eramus, & ſi non ſecundum corpulentam ſubſtantiam, ſecundum tamen rationem ſeminalem Sed dices, ſi Deo non conuenit dolere, quomodo potuit condolere? Reſpondeo quod non conuenit Deo dolere per paſſionis affectum, nihilominus tamen humano ſcriptura de eo loquitur dicẽs, quod tangatur dolore cordis intrinſecus, & quod doleat ſuper miſerijs hominum, vnde ſua condolentia non dicit paſſionis affectum, ſed ſubuentionis effectum, quod explicat author hymni ſubdens. *ſaluaſti mundum languidum &c*, ſenſus eſt: & tu ò Chriſte è ſinu patris exiens, & mortalitatem noſtram induens, aduentu hoc primo tuo quo apparuiſti: non vt iudices mundum, ſed vt ſalues: non vt diceret is Deus vltionum (vt olim) ſed Deus miſericordiarum: *ſaluaſti mundum languidum*, ideſt infirmum, direq; infectum omni genere vitiorum, & peccatorum. & cur dico languidũ remiſſum, ac debilem? immo mortuum morte naturæ, morte culpę, morte infernalis miſerię, *Donans reis remedium, reis*, ideſt peccatoribus [illegible], ac perditis, æternęq; mortis [illegible], *Donans*. i. libenter [illegible] remedium, [illegible] ad [illegible] vitam, gratiæ, & gloriæ reuocari, & hoc remedium [illegible] eſt paſſio tua, quæ eſt ſalutis [illegible] & [illegible] medicinalia ſunt, [illegible] applicatur illis paſſio Chriſti, & ipſius meritum, quibus curantur, & ab interitu liberantur, & corporis, & animæ, licet corporis immortalitatem non conſequantur electi, niſi in die iudicij [illegible] quando mortui reſurgent inco[rru]pti, quando mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibile hoc induet incorruptionẽ, & abſorpta erit mors in Victoria, tunc enim verè dicetur, & mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, quæ prima abiertũt (Apoc. 21.) *vergente mundi veſpere &c.* ſenſus eſt, & vt dares principiũ huic ſaluationi, ò Chriſte, *egreſſus es ex honeſtiſſima clauſula virginis matris*

Peccatum primi hominis fuit in eo perſonale, in nobis autem eſt naturale

Dolere quomodo conueniat Deo.

Gen. 6. c.

Iudic. 3. c.

Ioan. 3. c.

Remedium ad hominum de[illegible] mortalitate quod ſit

1 Cor. 15. c.

Quando eo ſequetur electi corporis immortalitas.

tris

tris, ideſt proceſſiſti in orbem, ita vt in nullo inferres detrimentum virginitati maternæ, ex clauſo ſacratiſſimæ matris, & virginis intacta ſemper vtero, Clauſula enim nobis id ſignat, quod clauſum, & occluſum eſt, & benè de virginis intactę vtero verificatur, quæ virgo fuit ante partum, in partu, & poſt partum, ſignata per portam illam de qua locutus (Ezechiel in cap 44.) Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſiet per eam, quoniam dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritq; clauſa, & egreſſus eſt *vti ſponſus de thalamo*, non ſolum plenus amore vxoris, & dilectione mundi, non ſolum plenus omnium diuinorum chariſmatum, ideſt ornamento donorum gratię, ſed vt eſſent duo in carne vna cum ſponſa, ſit natura humana, ſit eccleſia, ſit beata virgo, hæc enim omnia deſponſauit ſibi Dei filius in vtero caſtiſſimæ virginis. Nam ſicut ſponſus, & ſponſa carnales, ſunt duo ſuppoſita in carne vna, vnoq; carnali commercio, ſic in Chriſto verbum, & natura humana ab eo aſſumpta, ſunt vnum in perſona filij Dei, vna perſona, vnumq; ſuppoſitum, ſic Chriſtus, & eccleſia vniti ſunt per communionem naturę in ſpecie, & per fidem, & charitatem, ſic beata virgo facta eſt ſponſa ſingularis, illius ſponſi cœleſtis, imnio, & triclinium, diſcubitorium, & conclaue nobiliſſimũ totius trinitatis, in quo tres perſonæ ſuper benedictæ trinitatis, cubant, diſcũbunt, honorificentiſſime cœnant, & manſionem faciunt (Ioan. 14 c.) & hoc factũ eſt *vergente mundi veſpere*, ideſt inſtante mundi vltima ætate, ſineq; mundi appropinquante, ſexta enim ætate venit Chriſtus per ſuſcepriæ carnis diſpenſationem, vnde & à prophetis in nouiſſimis diebus veniſſe dicitur (vt in Eſai c. 2.) quam ętatem (D. Ioan. 1 can. c 2. nouiſſimam horam appellat, in qua cum ſimus nos, non mirum ſi Diuus Paulus dicit nos eſſe in quos fines ſeculorum deuenerunt, quę ætas durabit cęteris præcedentibus diutius, quod quidem tempus plenitudinem temporis appellat apoſtolus dicens, at vbi venit plenitudo temporis prædefiniti à patre quando mitteret filium, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ex quo ſequitur ꝙ remedium hoc incarnationis filij Dei, non fuit cõueniens vt exhiberet Deus ſtatim poſt peccatum, nec erat conueniens, vt differret vſq; ad finem mundi, non ſtatim poſt peccatum exhiberi debebat hoc remedium, & licet ſuper hoc multiplicem poſſemus aſſignare cauſſam, tamen pro nunc hac ſola contenti ſumus, vt dicamus hoc factum propter conditionem humani peccati, quod ex ſuperbia hominis prouenerat, vnde eo erat modo liberandus, vt humiliatus cognoſceret ſe liberatore indigere, hinc Gloſſa ſuper

Quid ſignificet clauſula, et quomõ verificetur de virginis vtero

Sponſa Chriſti eſt nã humana, eccleſia, & etiã virgo B.

Verbum & nã humana aſſumpta ab eo, ſunt vnũ ſuppoſitũ.

Chriſtus, & eccleſia vniti ſunt, & quomodo.

Sexta ætas eſt vltima et finis mundi.

1. Cor. 10. c.

Gal. 4. c.

Remedium incarnationis filij Dei non fuit conueniens, vt Deus exhiberet ſtatim poſt pecca-

dum, nec ut illud ad, Gal. 3. ordinata per angelos in manu mediatoris, magno
differret uſ Dei (ait) conſilio factum eſt, vt poſt hominis peccatum, non illico
que ad finē Dei filius mitteretur, reliquit. n. Deus primo hominem in ſtatu le-
mundi. gis naturæ, vt ſic naturæ ſuæ vires recognoſceret, vbi quum deficeret
legem accepit, qua data inualuit morbus non legis, ſed naturæ vitio,
vt ita cognita ſua infirmitate, & expertus ſecundum vtriuſq; vires
defectum ſuum, clamaret ad medicum, & gratiæ quęreret auxilium
quod ſi dices charitas non tardat ſubuenire amico neceſſitatem patiē
Prou. 3. c. ti ſecundum illud, Ne dicas amico tuo vade, & reuertere: cras dabo
tibi, cum ſtatim poſſis dare, nam gratia, quæ tarda eſt, ingrata eſt,
gratia namq; cum fieri properat, gratia grata magis, Ego reſponde
bo tibi, verum eſſe quod dicis: ſ. ſua negotiorum opportunitate, &
perſonarum conditione, nam ſi medicus ſtatim à principio ægritu-
dinis medicinā daret ægroto, magis læderet, quàm iuuaret, & ideo
etiam dominus non ſtatim à principio incarnationis filij ſui reme-
dium humano generi exibuit, ne illud ex ſuperbia contemneret. ſi
prius infirmitatem ſuam non recognoſceret, neq; enim prodeſt ſpi-
ritualis medicina ſine affectu recipientis: Nec etiam differri debe-
bat vſq; ad finem mundi, & hoc tum ea ratione: ne fidei feruor tem
poris prolixitate tepeſceret, nam circa finem mūdi refrigeſcet cha
Matt. 24. c. ritas multorum, tum etiam quia ſi hoc miſericordię remedium dare
diſtuliſſet *Deus* vſq; ad finem mundi, totaliter in terris, & inter ho
mines Dei notitia, & reuerentia, & morum honeſtas abolita fuiſſet,
ſicut iam aboleſcere cepit etiam abrahę tempore, quem eligit domi
nus, vt in eo eſſet forma renouatæ notitiæ Dei, & morum, decuit
ergo, vt inter tempus morbi, & iudicij introduceretur tempus re-
medij. Miſit ergo filium ſuum Deus: quando & ſubueniri debere
ſciuit, & gratum futurum beneficium, & hoc *vergente*, ideſt inſtā-
te, *veſpere*, ideſt fine, *mundi*, ideſt in ſexta mundi ætate, & decuit
vt ſicut primus homo conditus fuit ſexta die ad totius mundi com-
plementum, ſic Deus, homo fieret in ſexta ætate, ad totius creaturę
perfectionem, ſexta enim ętas apta eſt ad exercitium ſapientiæ, ad
remiſſionem culpe, ad meritum vitæ æternæ, ad tranſitum de ſtatu
miſerię, ad ſtatum glorię, in quo quum ſaluaſſet antea electos ſuos
per fidem futuri, ſaluauit illius temporis electos per fidem præ-
ſentis, & nunc ſaluat per fidem præteriti, ſi plura ſcire deſi-
deras ſuper hoc vide Theologos in tertio ſententiarum & Diuum
Thomam in tertia parte ſummæ *Cuius forti potentiæ &c.* vt ſit
ſenſus, *cuius* Chriſti videlicet, & filij Dei egreſſi ex honeſtiſ-
ſimo vtero intactę virginis inſtante veſpere, & fine mundi, *Po-*

tentiæ

tentia forti, licet enim deforis, & aſpectu debilis appareret, fatigatus ex itinere, remiſſus, & infirmus, intus tamen fortis erat, hinc in pſal. 23. à Dauid dicitur dominus fortis, & potens in prǫlio & pſal. 143. qui docet manus noſtras ad prǫlium, & digitos noſtros ad bellum, & non tantum fortis, ſed fortior illo (quem fortem armatum appellat in Euangelio, Lucæ 11. de quo in ſcriptura, non eſt poteſtas ſuper terram quæ comparetur ei, qui factus eſt, vt nullum timeret, qui reputat quaſi paleas ferrum, & quaſi lignum putridum æs. quem non fugat vir ſagittarius, & in ſtipulam vertuntur ei lapides fundæ, qui quaſi ſtipulam æſtimat malleum, & deridet vibrantem haſtam) Huius igitur *potentiæ forti*, *omnia coeleſtia, & terreſtria genu curuantur*, ideſt genu habent incuruum, & ad honorem impendendum inflexum, & de ſpiritualibus loquendo genu ſpirituale habent incuruum, & de corporalibus, & intellectualibus genua corporalia, & ſpiritualia habent, de quibus in oratione ſua (ait manaſſes rex) flecto domine genua cordis mei ad te, & hoc Chriſtus ſecundum humanam naturam habuit ob meritum paſſionis: & obedientiæ, & palàm fecit ſe habere poſt reſurrectionem quum ait, Data eſt mihi omnis poteſtas in coelo, & in terra, & decuit vt ſic exaltaretur, eleuaretur, & ſublimis eſſet valdè, cuius vultus, & aſpectus inglorius fuit inter viros Iſai. 52. & qui ſic ſeipſum in vita, & paſſione ſua humiliauit infra ſuam dignitatem, ſemetipſum exinaniuit (ait Diuus Paulus Philip. 2. cap.) formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo, humiliauit ſeipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod, & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur coeleſtium, terreſtrium, & infernorum. Non loquitur author hymni expreſſe de infernalibus: & ijs: quę in[illegible]a terram (vt fecit Diuus Paulus in loco citato: & D. Ioan.) quia ſub terreſtribus comprehendit etiam inferna, quę etiam *nutu*, ideſt ſignis *fatentur*, ideſt confitentur *ſubdita*, ideſt ſubiecta eſſe Chriſto in cuius nomine abiurata coguntur exire è corporibus, quæ cruciant, & torquent, à quibus quum eiiciuntur, torquentur & ipſa, quorum vox eſt, quid nobis, & tibi fili Dei benedicti? Veniſti ante tempus torquere nos. Sed aduertendum quod cœleſtia, angeli bo ni: & homines deuoti, beati, & terreſtria homines iuſti, & fideles, ſpontè genu Chriſto flectũt, & in ſignũ nedũ ſubiectionis, ſed cultus & reuerentię amoroſæ, at dæmones infernales inuiti, & trementes, & coa

Licet Chriſtus debilis appareret foris, tamẽ intus erat fortis, et fortior diabolo

Iob. 41. c

Matt. 28. d

Decet ut omne genu curuetur potentiæ Chriſti, unde cauſã

Apoc. 5. b.

Matt. 8. c.

Dæmones inuiti flectunt genua

Quid ſignifi cet nomen Hagios.

& coactè, & in ſignum ſubiectionis tantum. *Te deprecamur Hagie &c.* ſenſus eſt ò Chriſte *Hagie*, ideſt ſancte ſine terra, & cœleſtis: (Græcum enim hoc vocabulum nihil aliud ſignat quàm ſanctum, vel ſine terra: dicitur enim. Hagios ab.a.quod eſt ſine,& gios quod eſt terra, quaſi ſine terra, & cœleſtis) *venture iudex ſeculi*, ideſt qui es venturus iudex & venies ad iudicandum ſeculũ in tremendo iudi-

Act.10. c.
Ioan. 5. c.

cij die, cum ſis conſtitutus iudex viuorum, & mortuorum, cui pater omne iudicium dedit, vt ſic timeant ſaltim vt iudicem homines, quem contempſerunt vt ſaluatorem, & redemptorem, *Te deprecamur conſerua nos in tempore* præſentis miſeriæ, & peregrinationis, in quo peregrinamur à te, *à telo perfidi hoſtis*, ideſt dęmonis, qui perfidus hoſtis dicitur, pro quanto mendax: & fallax ſuggerit nobis mala ſub ſpetie boni, transfigurans ſe in angelum lucis, & habet mille nocendi artes, à quibus benè poterimus liberari, ſi fidem nobis adaugebis: eſt enim ſcutum, in quo poterimus omnia tela (nedũ telum) nequiſſimi ignea extinguere, quo circundati ante, & retro, à dextris, & à ſiniſtris tuti erimus, vnde nec timebimus à timore nocturno, nec à ſagitta volante in die, nec à negocio perambulante in tenebris, nec ab incurſu, & dęmonio meridiano, ideſt non præualebunt contra nos aduerſitas: & corporis moleſtia, non vanagloria, non ambitio ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, mater hypocriſis, liuoris parens, vitiorum origo, & tandem nec iniquitas palliata ſub imagine virtutum, vel malum ſub ſpecie boni, *Laus honor &c* ſenſus eſt, & quia Deus pater, & Deus ſpiritus.s. miſit filiũ:

Dæmon dici tur perfidus hoſtis.
2 Cor.11 c.
Luce 17 c.
Eph. 6. c.
pſal. 90.
Exponitur verſus pſalmi à ſagitta volante in die &c.

iuxta quod dicitur in Eſai. miſit me dominus, & ſpiritus eius, & alibi, ſpiritus domini ſuper me eo quod vnxit me, euãgelizare pauperibus miſit me, & ipſe filius tradidit ſemetipſum pro peccatis noſtris, ſicut in fine cuiuſlibet pſalmi offerimus pręconium, laudem, gloriam, & famam ſuperdigniſſime trinitati, ſic in fine cuiuſlibet hymni gratias toti trinitati agentes & referentes, & preſertim in iſto: quem præ manibus habemus dicimus *Laus honor &c.* vt ſit ſenſus: *laus*, quæ propriè virtus eſt, non aliunde proueniens, ſed ſuis nixa radicibus, vel mentalis, vel vocalis laudatio, que eſt ipſa laudãtis oratio: *Honor*, ideſt obſeruantię, & reuerentię exhibitio actualis, & operatoria in ſignum excellentiæ, & ſanctimoniæ, eſt enim Honor reuerentia quam exhibemus alicui in virtutis teſtimonium, & propriè debetur Deo, qui in ſe: & propter ſe ſolus principaliter laudandus eſt, & honorandus, quod ſi alij ab eo, non niſi in ordine ad Deum, in Deo, & propter Deum: hinc Dauid, in Deo (ait) laudabimur tota die, & in domino laudabitur anima mea, *virtus*, hoc loci

Iſai. 48 c.
Iſai.61. c.
Gal. 2. c.

Quid ſit honor, & cui debeatur.
pſal 43.
pſal 33.

loci virtus non ſumitur pro probitate, integritate, rectaq; ratione: quæ vitio contraria eſt, nec pro habitu animi optimo, cuius pręmiũ eſt honor, cuius templum ita coniunctum erat apud Romanos qui pro dea virtutem colebant, cum Aede honoris, vt in hanc nõ niſi per illud pateret aditus, quo commento ſignificare volebant virtutem eſſe veram, & vnicam viam parandi honoris, quam Ariſt. deffiniens dixit eſſe facultatem bonarum rerum conciliatricem, & conſeruatricem, & facultatem beneficam multarum, & grandium rerum, Nec ſumitur pro bona qualitate mentis, qua recte viuitur, & qua nullus malè vtitur, quam Deus ſolus in homine operatur, quæ eſt virtutis intuſę diffinitio tradita a ſancto Auguſtino: ſed pro poteſtate, pręſtantia, excellentia, valore, fortitudine, & perfectione omnis virtutis, *gloria*, idest frequens ſama cum laude, vel frequentia claritatis, quæ quaſi merces eſt geſtarum rerum ſecundũ Cic. cuius hęc ſunt verba, vix inuenitur, qui non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam. *Deo patri, & filio &c* Perſonarum enim trinitas adeò pręclara eſt, & excellens, vt ei omnes mortales, & creaturę rationales, ſiue viſibiles, ſiue inuiſibiles plurimum laudis, virtutis, honoris, & gloriæ tribuant, qui quantumcunq; laudetur: honoretur: & glorificetur: maior eſt omni laude, honore, & gloria, & licet hic de tribus perſonis fiat ſermo: quia tamen conſubſtantiales ſunt, & (vt D. Athan. ait) totæ tres perſonæ coeternæ ſibi ſunt, & coęquales, & vna omnium eſt diuinitas, vna etiam eis debetur laus maieſtas, virtus, honor, & æqualis gloria. Et his verbis nolumus oſtendere quod per aliquod tempus ſint illę tres ſuperbenedictę perſonæ ſine laude, honore, virtute, & gloria, cum inceſſanter à triumphanti eccleſia: hæc ei offerantur, & exhibeantur: vnde in (Apoc. cap 4.) dicitur de quatuor animalibus: quorum ſingula habebant alas ſex, quod requiem non habebant, die, ac nocte: quia videlicet ſine ceſſatione laudabant Deum dicentia ſanctus, ſanctus, ſanctus, dominus Deus omnipotens, ſed oramus, vt plenius, atque perfectius ab omnibus creaturis ei exhibeantur: & optamus, vt ſicut beatorum laus (quam offerunt trinitati) pura eſt, & diſtractionẽ non ſuſtinens, ſic etiam ſit hæc noſtra. & ſi quæ diſtrahentia in medium ſugerat Sathan peruius Hoſtis, vt ſunt amor inordinatus ſeculi, illiuſq; vanitates, atq; cupiditates, quibus velut quibuſdam ſpinis ſuffocata laus, honor & gloria, quam Deo offerimus, red ditur impura, Precamur vt vim conferat Deus tantam nobis, vt poſſimus illa abigere, ſicut olim pater credentium Abraham abigebat volucres à ſacrificio ſuo. Amen.

Virtus quot modis capi poſsit.

Apud Romanos templum virtutis cum æde honoris coniunctũ erat & cur.

Quid ſit virtus ſecundũ Ariſt.

Vna laus, maieſtas, et gloria debetur tribus perſonis: ſed cauſsam

Nunquã diuinæ perſonæ ſunt ſine laude, et gloria oramus tamẽ, ut hęc eis offerantur, & cur.

Gen 15.c.

Hymnus.

Hymnus ad matutinum tempore Aduentus.

SEquitur expoſitio hymni, *Verbum ſupernum prodiens &c.* qui dicitur ad matutinum nocturnum Aduẽtus domini, in quo author rogat Dei filium, vt ſicut in primo aduẽtu, quo ſibi in vnitatem perſonæ aſſumpſit naturam humanam, noſtramq; mortalitatem, dignatus eſt nos viſitare oriens ex alto, ſic in pręſenti illuminare dignetur pectora noſtra, vt in ſecundo Aduentu, quo ad iudicium veniet, pręmio pollicito fruamur, & ſimus perpetuæ durationis cœlites, Ait ergo. *verbum ſupernum &c.* ſenſus eſt ò Chriſte fili Dei, qui *verbum ſupernum diceris*, id eſt ſuper cœleſte, & ſupra mundanum, & permanens, non temporale, vel ſeculare, volans, & tranſiens, vt noſtrum: & *prodiens*, id eſt extra progrediens, foras exiens, comparens per altiſſimum incarnationis ſacramentum, quo è ventre matris caſtiſſimo egrediens, te nobis inſinuaſti, ac manifeſtaſti, *& à patre olim exiens* per diuinam illam æternam, & ſine initio natiuitatem, proceſſionem, & generationẽ, qua ex corde ſubſtantia, & vtero patris ante luciferum per omnia ſibi æquale progenitum es, & inceſſanter generaberis, *qui natus* per carnis natiuitatem ex vtero ſanctiſſimæ matris, *ſubuenis orbi*: pręſto es, vt auxilium illi pręſtes, atq; ſubſidium *indeclivi curſu temporis*, id eſt deorſum tendentis, ad ima declinantis, & ad finem quaſi inclinati, venit enim Chriſtus Dei filius in poſtrema, ſexta, & vltima mundi ætate, & in nouiſſimis diebus, quos fines ſeculorum appel-
1. Cor. 10. c. lat D. Paulus, & vltima tempora mundanarum generationum, durationum, ſeu viciſſitudinum, & ætatum, *illumina nunc pectora &c.* vt ſit ſenſus: quia datus es in lumen, & lucem gentium, & lux or-
Iſai. 9. c. ta diceris à prophetis habitantibus in regione vmbræ mortis, *illumina nunc*, id eſt in præſenti *pectora*, & corda noſtra, & mentis noſtræ oculos interiores, ſiniſtrum cognitionis obſcuratum per ignoran-
Duo ſunt oculi mentis. tiam, & dextrum affectionis obſcuratum per concupiſcentiam, illumina (inquam) per ſcientiam ſiniſtrum, & per virtutem dextrũ,
Pſal. 12. ne vnquam obdormiamus in morte in peccato, & dicat inimicus noſter inuiſibilis dæmon, pręualui aduerſus eos, qui primo impetit in ſuggeſtione, ſecundo luctatur in delectatione, tertio percutit in
Dæmon quę mala nobis inferat. conſenſu, quarto inclinat in actu, quinto præcipitat in conſuetudine, ſexto præualet in morte, quando moritur homo in peccato. *Et tuo amore*, id eſt gratia, vel igne amoris tui, quem veniſti mittere in
Lucæ 12. c terram, & non vis niſi vt ardeat, *Concrema illa*, id eſt accende, & cõbure, *Vt audito præconio*, id eſt cum auditum fuerit præconium, teſtimonium

monium, & prænuntiatio vtriuſque aduentus tui per prophetas, & per Euangelium præconizati(de vtroq; enim verificatur ꝙ ſint nuncij, & præcones vtriuſque aduentus domini) quamuis apertior præco, & nuncius ſit Euangelium. *Tandem ſint pulſa à nobis lubrica*.i. propellantur, & expellantur, *lubrica*, ideſt peccata in quibus tamquã in via lutuoſa,& aquoſa prolabimur ad damnatorum loca (lubricum enim non dicitur propriè quod labitur, ſed in quo quis labitur, & ex hoc potes accipere differentiam inter labile, & lubricũ quia labile eſt quod labitur, vt fluuius,lubricũ propriè eſt,id in quo quis labitur: vt via lutuoſa, de qua Dauid, fiant viæ illorum tenebrę, & lubricum) & hoc per fidem non informem, & mortuam, ſed formatam: & viuam, quæ per charitatem operatur, in eũ, cuius pręconium auditur, ꝙ venerit à ſummo cœlo egreſſus, vt ſaluet mũdum, & vt redimat nos, & lauet nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, *Iudexque cum poſt aderis &c.* ſenſus eſt: vt *quum poſt* videlicet temporibus ſuis, & momentis quæ non eſt noſtrum noſſe, cum pater cœleſtis in ſua illa poſuerit poteſtate *aderis*, ideſt pręſens eris in ſecundo aduentu non vt ſaluator, & redemptor, & vt iudicandus (vt in primo aduentu) ſed vt *index* potens, & non in humilitate ſedens, ſed in maieſtate, & iudicabis non ſecundũ viſionem oculotũ, & externa facie tantũ: ſed occulta hominum, & conſilia cordiũ, & abſcondita tenebrarũ. Et venies. *Rimari*.i diligenter quærere, inueſtigare, & ſcrutari, & quaſi per rimulas quaſdam perquirere ſiue benè, ſiue malè *facta pectoris*, tractũ ab auibus, & animalibus, quæ eſcas, cibũ, ſiliquas, & radices, per terræ rimas perquirunt, *Pro abditis*.i occultis, abſcõditis, & remotis à cõſpectu hominũ, malis, & peccatis, *Redẽs vicẽ* i. viciſſitudinẽ, & permutationem, pœnas videlicet, & incõmoda iniuſtis, & prauis hominibus Et iuſtis ꝓ bonis, & benè actis regnũ, ipſis n dicet venite benedicti patris mei, poſſidete paratũ vobis regnũ, tũcq; verũ eſſe diiudicabitur, & experietur, ꝙ nullũ malũ erit impunitũ, nec bonũ irremuneratũ, *Non denũ* i. tãdẽ ad poſtremũ *arctemur malis* cõſtringamur, cõprimamur malis pęnæ, miſeriarũ, & incõmodorũ, *Pro qualitate criminis*, & culpę perpetratæ, *ſed cũ beatis cõpotes*.i. aſſecuti beatitudinem, gloriã, & laborũ præmiũ, *ſimus, vel perẽne cęlibes*, vel *cęlites*.i. perpetuò, ſemper, æternumq; ſimus cęlibes.i. quaſi cęlo beati, & in numero eorum, in quibus iugis, & ęterna eſt continentia, & à carnali conſortio vacatio, cuiuſmodi ſunt angeli in cœlo, quibus ſéper eſt cognata virginitas, vel perpetuò, & ſéper ſimus cęlites.i. cęleſtes, & iter ſibi faciétes ad cęlũ, iuſtũ eſt.n. vt qui in vita, & in terra ambulãtes, cõuerſationem

Quid propriè ſit lubricum, & in quo differat à labili.

pſal 34.

Apoc. 1. c.

Att. 1. c.

Iſai. 11. c.

Rom. 2. c.

Matt. 25. c.

habuerunt in cœlis, poſt hanc vitam, è terreſtribus in cœleſtes homines traſformētur, ſintq; cœlicolæ. Alij tex. habent *ſimus perennes cælibes, vel cælites*, & ſenſus eſt, vt *cum beatis compotes* felicitatis, & beatitudinis, *ſimus perennes*, ideſt perpetuæ durationis *cælibes*, ideſt continentes, vel *cælites*, ideſt cœleſtes, ita vt in nobis vllo vnquam tempore aliquid terræ appateat, vel intemperantiæ, & concupiſcentiæ carnis, quod continget ijs: qui non Adamum primum hominem de terra, & terrenum imitantur, ſed Chriſtum ſecundum hominem, de cœlo, & cœleſtem, in quorum numero, & albo, oramus dominum, vt nos ponere: ſupputare: & annumerare dignetur. Amen.

Hymnus ad laudes tempore aduentus.

SEquitur expoſitio hymni, qui dicitur ad laudes matutinas per aduentum, *vox clara &c.* in quo auctor (quiſquis ille fuerit) Hortatur, & monet. vt à vitiorum ſomnijs ſurgamus, & à torpore quo mens eſt torpida, ſegnis, ſtupens, & pigra, vt peccatorum veniam, & indulgentiam poſtulemus à domino in hoc primo aduentu, qui miſericordiæ, & clementię aduentus eſt, vt cum fulſerit in ſecundo aduentu: qui iuſtitiæ, & æquitatis aduentus erit, in quo fulgidus clarus, & ſplendidus apparebit, non puniat nos, ſed ſaluet: & pius protegat nos, & faciat
Matt. 25. nos non timere auditum illum malum, ite maledicti in ignem ęternum, Ait ergo, *vox clara &c.* vt ſit ſenſus: *ecce intonat vox clara*,
Vox clara ē prędicatio legis euangelicæ. ideſt manifeſta, & aperta euangelicæ legis prædicatio, quæ non eſt vt vox illa, quæ audita olim eſt ab yſraele de medio caliginis, qua perterriti, ac pauore concuſſi yſraelitæ dixerunt Moyſi: loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis dominus: ne forte moriamur,
Exo. 20. c. non obſtante, quod & vox hæc vt tuba altiſona intonet auribus noſtris, & peccata damnet, & tenebrarum opera, & vitia: tam mortalia, quam venialia increpet, ac reprehendat, iuxta illud in
Apoc. 4. c. Apoc. de trono eius, ideſt de eccleſia militanti, quę eſt ſedes Dei, procedebant, fulgura, voces, & tonitrua, vbi per fulgura intelligimus comminationes futuri iudicij, & pœnarum inferni, quæ pec-
Peccata dicuntur eſſe obſcura, & cur. catis debentur, quæ peccata *obſcura* dicit eſſe hymni auctor, quia obſcurant, & homines reddunt obſcuros, difficilos ad bonum, ignobiles, & viles, Et ideo *Pellantur eminus*, ideſt procul fugentur, & à longè ſint: abigantur: remoueantur, expellantur ſomnia vitiorum, & inertiæ in peccatis nam *Chriſtus ab æthere*, ideſt à cœlo, &

ſicet

licet hoc nomen AEther: ab anaxagora accipiatur pro elemento *Quot modis*
ignis, & alij accipiant pro aere quum dicunt reſonatq; flagoribus *capiatur hoc*
æther, & Ariſt. hoc nomine ſignificari voluerit, cœli, & ſiderum *nomē æther*
ſubſtantiã, quę curſibus rapidiſſimis rotatur, & elementum ab illis
quatuor diuerſum, tum diuinum, tum interitus expers, Auctor ta-
men hymni per nomen *æther* intelligit cœlum non quodcumq; ſed
quod beatorũ locus eſt, & ſanctiſſimę Trinitatis ſedes, vt ſit ſenſus
Chriſtus premicat tamquam nouum, & ſalutare ſidus in terris exortũ
per aduentum in carnem *ab æthere*, ideſt à cœlo ſupremo, à ſummo
.n. cœlo egreſſio eius ait Dauid, Alij legũt *æthre*, vt ſit nõ triſyllaba, *pſal 18.*
ſed biſyllaba dictio, ſed ſi ſic legatur ſumēdũ eſt æthre pro æthere,
ſicut Virgilius æthra protulit in carmine pro æthera, quum ait, nec
lucidus æthra ſidera polus, Adnotandum ꝙ poſſumus etiam per vo *Vox clara*
cem claram inſonantem, & increpantem, obſcura queq;, intellige *fuit Io. Bap.*
re inter natos mulierum maiorem verbi præcurſorem Ioannē Bapt. *Ioan. 1. c.*
qui de ſeipſo locutus ait ego vox clamantis in deſerto, qui obſcu *Matt. 3. c.*
ra, ideſt peccata increpans ait, Paratę viam domino, rectas facite ſe *Iſai. 40 c.*
mitas eius, ſicut dixit Iſaias propheta, & prædicans baptiſmum pe- *Matt 3. c.*
nitentiæ ait phariſeorũ turbis, & saduceorũ, Genimina viperarũ: *Luca 3. c.*
quis vos docuit fugere à ventura ira? ait turbis conſilium ab eo quæ *Ibi.*
rentibus, qui habet duas tunicas: det vnam non habenti, & qui ha *Ibi.*
bet eſcas ſimiliter faciat, ait publicanis: nihil amplius quàm quod
conſtitutum eſt vobis faciatis, Ait militibus neminem concutiatis,
neq; calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendijs veſtris, &
ideo *Mens iam torpida*, ſegnis, & pigra, *quæ extat ſaucia*, vulnerata,
exulcerata *ſorde*, non ſecus ac animal, & pecus ferro: *reſurgat*, ideſt
renouetur, reuiuiſcat, maximè, quia iam *refulget ſidus nouum*, ideſt *Chriſtus di-*
Chriſtus qui nouum ſidus dicitur, in quo plurium ſtellarum, ideſt *citur ſidus*
virtutum conuentus eſt, apprehenderunt enim ſeptem mulieres *nouum, &*
virũ vnũ hunc, ſuper quē deſcendit ſpiritus. s. & requieuit cum ſe *quare.*
ptem donis ſuis: ſpiritu ſapientiæ: & intellectus: ſpiritu conſilij: & *Iſai. 4. c.*
fortitudinis, ſpiritu ſcientiæ, & pietatis, & ſpiritu timoris domini, *Iſai. 11. c.*
nam & ſi ſidus ęternum ſit ſecundum quod Deus, ſidus tamen no-
uum dicitur, pro quanto nouo modo, & de nouo natus eſt ex virgi-
ne, & cepit innoteſcere, & refulgere hominibus, an non nouum ti-
bi videtur, quod Dei filius factus ſit homo, manens quod erat: aſſu
mens quod non erat, atq; in ventre virginali, vt ſuo templo eſt diuer
ſatus ſecũdum carnis anguſtias, qui neq; cœlo, neq; terra ſecundũ
deitatem comprehēdi poteſt? an non nouum tibi videtur ꝙ fœmina *Hier. 31. c.*
circumdederit virum, ideſt Chriſtum qui ab incarnationis exordio

vir fuit: non corporis quantitate, annorumue numero, ſed omni ſapientia, ac virtutũ perfectione? adeo enim nouũ fuit hoc, & inſo
Pſal. 95: & pſal. 97. litum: vt Dauid diceret propter hoc, cantate domino canticũ nouũ, & maximus epũs proteſtaretur angelicas mentes non comprehen diſſe, quomodo verbum manſerit totum in patre, & totum per in carnationis myſterium contineretur in virgine, de quo dicit auctor hymni ꝙ retulſerit, & ſplendoré ſuum emiſerit, ad hunc finem *Vt tollat omne uoxium*.i. remoueat omne peccatum: quod nocet animę, adeoq; illam vulnerat, vt mortem illi inferat æternã. *E ſurſum agnus mittitur &c.* ſenſus eſt, & quia *è ſurſum*.i. è cœlis à patre mittitur hic
Ioan. 1. c. *agnus* de quo D. Baptiſta Ecce Agnus Dei, quem Iſaias appellat do
Iſai. 16. c. minatorem terræ, *Laxare*.i. remittere *gratis debitũ*, vel liberare nos à debito habendi iuſtitiam originalem, cuius carentia eſt peccatum originis at cum debito habendi eam, à quo debito abſoluimur per baptiſmum, qui vim hanc habet à ſanguine agni immaculati, & in contaminati Chriſti, vel liberare nos à debito i. à peccato quod de
Matt. 6. c. bitũ dicitur iuxta illud dimitte nobis debita noſtra, quia pro eo debi
Peccatũ dicitur debitũ & uide cauſ ſam. tores ſumus Deo, vt pro eo poenam ſuſtineamus, idcirco *omnes pro indulgentia voce demus cũ lacrymis*, ideſt omnes oremus Deum cũ lachrymis pro indulgentia debitorum, & delictorum, & quale peccatum eſt tam atrox: quod fletu, & lachrymis non remittatur, ac de
Fletu omne peccatũ deletur. leatur? fletus cibus animarum eſt, corroboratio ſenſuum, abſolutio peccatorum, refectio mentium, lauacrum culparum, quo fit vt bene dixerit Dauid, qui ſeminant in lachrymis in exultatione metent, *ſe*
pſal. 125. *cundo vt cum fulſerit &c.* & hoc facere debemus hoc tempore primo, quod tempus miſericordiæ tempus eſt, vt cum ſecundo tempore, *fulſerit*.i. ſplendore ſuo oculos intuentium feriet, atq; percutiet quod erit in aduentu ſuo ad iudicium: quod erit tempus iræ, calamitatis, & miſerię, & dies magna, & amara valdè, & *Horror*.i. pauor, & timor *cinxerit*.i. circumdederit, *mundum*.i. mundanos homines, areſcent.n. tunc homines præ timore, & expectatione: quæ ſuper
Lucæ 21. c. uenient vniuerſo orbi *non pro reatu*.i. actu rei, qui actus rei peccatũ eſt, & culpa: *nos puniat*, & damnet, *ſed pius nos tunc*.i. illo tempore
Matt. 25. c. cum venerit ad iudicium in poteſtate, & maieſtate, cum ſenatoribus
pro 31. c. terræ: *protegat*.i. defendat, tueatur, & ſaluet, faciatq; nos audire vo
Matt. 25. c. cem illam amęnam, venite benedicti patris mei. Amen.

Hymnus ad veſperas, & matutinum in feſto natiuitatis domini.

SEquitur expoſitio hymni qui dicitur in natiuitate domini ad veſperas, & ad matutinũ *Chriſte redẽptor omniũ &c* in quo auctor grãs agit Dei filio, qui cũ ſit Dei patris vnigeni

tus

tus ante ſecula, de virgine illibata naſci in tempore, & pro nobis ex
ea naſcendo formam ſerui aſſumere dignatus eſt, & orat vt audiat
preces, quas per orbem fundunt famuli ſui, ait ergo, *Chriſte redem*
ptor omnium &c. ſenſus eſt, ò *Chriſte redemptor omnium* (cuius in-
carnatio, & in vtero virginis natiuitas, qua eius humanitas cepit eſ-
ſe, nec antea fuit) noſtræ redemptionis fuit exordium: & ad ima
deſcenſio: noſtra ad ſumma prouectio: qui redemptor nedum, iu-
dæorum, ſed & gentium, & vniuerſorum diceris, quantũ eſt ex par
te tua, quamuis non omnes redemptionis tuę fructum, & gratiam
conſequantur. *Ex patre patris vnice*, idest ò *vnice* fili, & vnigenite
patris, ex patre, vel de patre fontana deitatis procedens, *Solus natus*
ineffabiliter ante principium temporum, & mundi exordium, ſed ex
pendamus, & ponderemus verba ſingula. *Ex patre* (ait) vel de patre
ꝙ procedat, & emanet filius, vbi notandum ꝙ hæc propoſitio de
quandoq; notat cauſſam efficientem: vt quum dicimus Chriſtũ cõ-
ceptũ eſſe de ſpiritu ſancto, quandoq; denotat cauſſam materialem,
vt quum dicimus Chriſtum natum de virgine: quandoq; tranſub-
ſtantiationem, vt quum dicimus corpus Chriſti fieri de pane, quan *Propoſitio*
doq; ordinem, vt quum dicimus creaturam fieri de nihilo, quan- *de, quid no-*
doq; idemptitatem eſſentiæ, vt quum dicimus filium Dei natum de *tet.*
patre (vt hoc loci) vt ſit ſenſus, ideſt de tota ſubſtantia patris per om
nia ſibi ęqualem, quem à patre non ſeparat deitas, non diuidit pote
ſtas, non diſcernit ęternitas, hinc Dauid inducit patrem loquen-
tem ad filium, & dicentem, Tecum principium, vt ſit ſenſus: eadẽ *pſal.* 109.
auctoritas dominandi, & principandi eſt mihi tecum o fili, non ob
ſtante ꝙ ego ſim principium non de principio, & tu principium de
principio Dicit *ſolum natum*, neq; enim in diuinis plures, filij ſunt, *Solus filius*
nec eſſe poſſunt, ſed ſolus vnus, Pater enim à nullo eſt, non factus, *inter diui-*
nec creatus, nec genitus: nec procedens: innaſcibilem enim eſſe *nas perſo-*
conuenit ei ſecundum natiuitatem æternam, ſpiritus ſanctus, & ſi à *nas dicitur*
patre: & filio, non factus tamen dicitur, nec creatus, nec genitus, *natus, &*
per generationem enim non prodijt. Sed benè per diuinam proceſ- *cur.*
ſionem, non per modum intellectus cum complacentia voluntatis,
ſed per modum voluntatis concomitante natura, De ſolo igitur fi- *Chriſtus di*
lio dicitur natus, & genitus. Dicit hunc eſſe *natum ineffabiliter*, quia *citur natus*
hoc tantum ſcimus, ꝙ per modum intellectus cũ cõplacentia volun *ineffabiliter*
tatis ex foecunda patris memoria emanet, ꝙ ex ore altiſſimi prodie *& cur.*
rit, vt ipſemet de ſeipſo explicat. Ego ex ore altiſſimi prodiui ante *Eccl.* 24. *e*
omnem creaturã, & quod ex vtero patris, ideſt ex ſecreta ſubſtantia
patris ſit genitus, quod explicare dignatus eſt pater dicens ex vtero *pſal.* 109.

genui

Iſai 53.c. genuite, in reliquis ineffabilis eſt iſthęc generatio dicente Iſai, Generationem eius quis enarrabit? Dicit *ante principium*, quia tenera pri
Eccl. 24.c. mogenita eſt iſthæc Dei ſapientia ante omnem creaturam (vt dici-
pſal. 109. tur in Eccleſiaſtico) & pater dicit hunc ſuum filium genuiſſe ante luciferum, id eſt ante omnem creaturam, vt per hoc intelligat æternā eſſe hanc filij Dei generationem, ſicut, & ęternam eſſe confitemur ſpiritus .s. proceſſionem, quod & alibi explicauit, cum ait ipſemet
pſal. 2. filius. Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te, & per hodie notauit generationem illam non preterijſſe, & per genui non recenter inchoaſſe, vt ſit ſenſus: hodie genui te, id eſt ab
Mich. 5 c. æterno es mihi conſubſtantialis, quia vt Micheas propheta ait, egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis: *Tu lumē tu ſplendor patris &c.* vt ſit ſenſus tu ò Chriſte, qui ſecundum quod homo es filius Dei per gratiam vnionis, & quo Deus per veritatem natiuitatis, non ſo
pſal. 35. lum es *lumen* Iudęorum, ſed & gentium, de quo Dauid in lumine tuo (ait) videbimus lumen, neq; enim tantum ſenſus es quo omnia cogitantur, ſapientia qua cogitata diſponuntur: virtus qua diſpoſita perficiuntur, verbum quo clarificata nunciātur: ſed etiam lumē quo perfecta clareſcunt, & lumen de lumine emanans à patre luminum. tu etiam *es ſplendor patris*, & paternæ gloriæ (ſic enim vo-
Heb. 1. cat te Diuus Paulus) es enim radius fontalis in te manifeſtans paternam gloriam, & radius ſapientię patris ingenitę, ſeu candor lucis æternę, & fulgor maieſtatis paternę, in quo plenè reſplendet tota perfectio patris, & quicquid patris eſt lucet in te, hinc benè di-
Ioan. 14.c. cebas, Philippe qui videt me, videt & patrem meum, *Tu ſpes perēnis omniū*, id eſt res ſperata, vita ęterna, & corona ſanctorū omniū *perennis*, id eſt perpetua, & ſpes in quo ſolo ſperandum, qui das om
Iacobi 1. c. nibus affluenter, & non improperas, & non in incerto diuitiarum
1 Tim. vlti. (vt faciunt diuites huius ſeculi) qui nolunt eſſe diſcipuli domini, qui pontifex eſt futurorum bonorum, ſed Moyſis: qui dat præſentia, vnde cum phariſeis dicunt cęco etiam illuminato, tu diſcipulus
Ioan 9.c. eius ſis, nos autem Moyſi diſcipuli ſumus, & cum Iſraelitis ad Moyſeu, loquere tu nobis, & audiemus promittendo temporalia, non
Exo. 20. loquatur nobis dominus conſulendo paupertatem *Intende quas fundunt preces &c.* ſenſus eſt, & quia tu es ſpes noſtra perennis, in quo ſolo ſpes noſtra ſita eſt, & non in aliquo alio, *intende*, id eſt audi ſint aures tuę intētę ad *preces, quas per orbē fundunt famuli tui, & memento ò auctor ſalutis quod naſcendo in* tempore in terris, *ex illibata* intacta, inuiolata, & incorrupta *virgine* matre ſine patre, qui æternaliter natus es de patre in cœlis ſine matre, ſemperque naſceris,
formam

formam ſumpſeris quondam, ideſt olim, quum venit plenitudo temporis, *noſtri corporis*, & in omnibus,& per omnia(exceptis his quę tuæ perfectioni derogant) fratribus, ideſt cæteris hominibus aſſimilari voluiſti, vt miſericors efficereris,actu, & habitu in humana natura, qui æternaliter miſericors eras in natura diuina. *Sic præſens teſtatur dies &c.* ſenſus eſt: *dies præſens currens*, ideſt qui celebratur *per anni circulum*, ideſt per vnumquemq; annum, *teſtatur*, ideſt affirmat, profitetur, & in teſtem vocatus ſic teſtimonium perhibet, *quod ſolus adueneris mundi ſalus à ſede patris*, non per loci mutationem, & patrem relinquendo, ſed per humanæ carnis, & naturæ aſſumptionem, ſolus filius dicitur aduenisse, quia reuera ſolus ipſe per incarnationem humanam induit naturam, mortalemq; carnē ſuſcepit, non pater, nec ſpiritus.s. quorum vterq; & ſi cooperatus ſit in opere incarnationis, indiuiſa enim ſunt opera trinitatis ad extra, hinc eſt quod opus hoc incarnationis quandoq; attribuitur patri(vt ibi, at vbi venit plenitudo temporis,miſit Deus filium ſuum &c.) quandoq; filio(vt ibi exiui à patre, & veni in mundum) quandoq; ſpiritui ſancto(vt in ſymbolo qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto) & hoc vt oſtendatur ꝙ tale opus fuit maximæ potentiæ: maximę ſapientię, & maximæ bonitatis, quæ tribus perſonis attribuuntur, ſolus tamen filius carnem aſſumpſit, & accepit, non pater,non ſpiritus.s. nam aſſumere idem eſt: quod ad ſe ſumere, vnde licet pater ſumpſerit naturam humanam ad perſonam verbi, pater tamē propter hoc non aſſumpſit illam ad ſe, ſed ſolus filius,licet ſic benè potuerint pater, & ſpiritus.s. carnem humanam aſſumere, ſicut, & filius(vt videre eſt apud Theologos, & pręſertim apud D. Tho 3. parte ſummæ q.3, ar.5.) nec ex hoc ſequeretur confuſio perſonarum diuinarum, quia filiatio æterna licet conſtituat perſonam, non tamen hoc dicimus de filiatione temporali, & ſi dices ergo admitti poſſet ꝙ pater ſit naſcibilis. Ego reſpondeo: ꝙ vtiq; ipſi conueniat eſſe innaſcibilem ſecundum natiuitatem æternam,at hoc non excluderet in eo natiuitas temporalis. *Hunc cælum &c.* ſenſus eſt: *cælum, terra, mare, & omne quod in eis eſt*, immo, & creatura omnis *laudans exultat cantico* ſpirituali in domino, & concelebrat *hunc*, ideſt diem natalitium, tamquam *auctorem aduentus tui*, vel ſenſus eſt: *cælum*, ideſt ſtella noua, quæ in cœlis apparuit vt flamma coruſcans, vel *cælum*, ideſt angeli de cœlo. qui in natiuitate Chriſti cantauerunt, Gloria in excelſis Deo, & annuncio vobis gaudium magnum &c. *terra*, ideſt paſtores, qui de terra ſunt, qui redeuntes, è pręſepe glorificauerunt, & laudauerunt Deum in omnibus: quæ

Heb. 2. e.

Sol⁹ filius naturā induit humanā, pater vero, & ſpiritus. s. cooperati ſunt.

Gal. 4. e.

Ioan. 16. c.

Pater, & ſpiritus ſanctus humanam carnē aſſumere potuerant.

Lucæ 2. c.

Ibi. audierant, & viderant ſicut dictum eſt ad illos, & mare: ideſt magi
Magi ſiccis qui ſiccis pedibus (vt quidam referũt) calcarunt mare, *& oẽ quod in*
pedibus cal *eis eſt laudans hunc* videlicet patrem è cuius ſede ſolus aduenisti, *au*
cauerũt ma *ctorem ad uentus tui exultat*, ideſt lætatur *cantico* ſpirituali, ad quod
re. hortabatur iam olim omnes creaturas Dauid, præuidens præ-
pſal. 95. clarum hunc diem dicens, lætentur celi, & exultet terra, commo-
ueatur mare, & plenitudo eius, gaudebunt campi, & omnia, quæ
in eis ſunt, & quare? quia venit ſupple tu filius Dei in carnem, ſecũ
dum veritatem carnis, & præter carnem, quia præter operationem
carnalem, mira enim hæc fuerunt in matre, quia ſine pudore fœcun
da, ſiue grauamine grauida, ſine dolore puerpera, quod enim in ea
Matt. 1.c. natum eſt de ſpiritu.s. eſt, ſupra carnem quia non exigentibus no-
Tit. 3.c. ſtris meritis: apparuit (inquit S. Paulus) nõ ex operibus iuſtitiæ quę
fecimus nos, & propter carnem, quia ad ſaluandam carnem, voca-
Matt. 1.c. bis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à
peccatis eorum. *Nos quoque qui ſancto tuo &c.* ſenſus eſt, & quia
omnes creaturæ inuitantur ad laudandum Deum in hac die pręcla-
ra, & cantico ſpirituali exultant, & gaudent, *Nos quoque*, & multo
magis quàm alij, *qui ſanguine ſancto tuo*, non corruptibilibus auro,
1. Pet. 1. & argento *redempti ſumus, ob diem natalis tui*, ideſt ad honorem
diei natiuitatis tuę, *Hymnum.* ideſt canticum *nouum* concinimus.i.
pſal. 97. ſimul cantamus, ad quod hortatur etiam Dauid cum ait Cãtate do-
mino canticum nouum, & meritò nouum eo quod ſuper noua: &
Mirabilia inaudita: & mirabilia fecit Deus, fecit enim Deum hominem, ma-
fecit Deus trem virginem, & cor fidele his duobus acquieſcens, tradidit filiũ
in natiuita- pro ſeruis, dilectum pro inimicis, iudicem pro damnatis, primum
te Chriſti. pro nouiſſimis, innocentem pro impijs: aſſumpſit noſtram naturã
Tit. 3 c. miſericorditer: ſecundum ſuã miſericordiam ſaluos nos fecit, vtiliter
pſal. 73. quia pro ſalute noſtra, operatus eſt ſalutem in medio terię, ſapien-
ter: quia aſſumpſit bonum naturę, reprobando malum culpæ, buty
Iſai. 7.c. rum, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum,
Fortiter: quia aſſumpſit naturam humanam ſic, quod nunquam il-
lam dimiſit (vt Damaſc. ait) & mirabiliter. quia coniuncta ſunt in
carne: ſummum, & imum Deus videlicet, & limus, ſimul in vnũ
pſal. 48. diues, & pauper (inquit Dauid) & Chriſtus Ieſus de cœleſti ſede de
ſcendens, & à paterna gloria non recedens: nouo ordine, & noua
Hier. c. 3. natiuitate generatur nouus homo hinc propheta, nouum fecit (ait)
dominus ſuper terram. *Gloria tibi domine qui natus es &c.* Rectè ad
ditur cum patre, & ſpiritu .s. horum enim gloria vna eſt, nec poteſt
vna perſona in diuinis honorari ſine alia, vnde qui honorificat patrẽ
neceſſe

neceſſe eſt honorificet filium, & qui hos glorificat: & ſpiritum ſanctũ etiam: qui ab vtroque tamquam ab vno principio: vnoque ſpiratore procedit. O ſi qui audit apoſtolos, audit Chriſtum, & qui eos ſpernit, Chriſtum ſpernit, & eũ, qui miſit illum: quomodo qui glorificat filium, nõ glorificabit patrem, & ſpiritum ſanctum? Ioa. 5. an non verum eſt forſan quod dicunt Theologi: quod vna perſona ſit in alia, & ſingula in ſingulis per circumincesſionem, cum quęlibet ſit immenſa, & per eſſentię idemptitatem, cũ ſubſtantiales eſſe noſcantur? Faxit deus vt hæc mirabilia quę fecit: ſint ad noſtri omnium commodum profectum, atque ſalutem Amen.

Lucæ 10. c. Qui glorificat filiũ glorificat patrẽ & ſpiritum ſanctum.

Hymnus ad laudes in feſto natiuitatis Domini.

SEquitur expoſitio hymni, *A ſolis ortus cardine &c.* qui canitur ad laudes matutinales in natiuitate domini: in quo auctor (qui fuit *Sedulius*) deſcribit myſteria natiuitatis dominicæ ſecundum carnem, & proponit: quod laudari debeat Chriſtus filius dei à ſolis ortu, vſque ad occaſum, quia pro nobis redimẽdis humanam carnem ſumpſerit. Ait ergo. *A ſolis ortus cardine etc.* ſenſus eſt: *à cardine ortus ſolis*, ideſt a plaga: & cæli præcipua regionẽ, quæ eſt orientalis vnde ſol oritur, *vſque ad limitem*, & extremitatem terræ, quæ regio eſt occidentalis, *Canamus Chriſtum principem natum Maria*, ideſt ex Maria virgine, quibus verbis apertè fatemur: quod non in vno tantum laudari loco vult deus, & de Chriſto cãtare debemus (vt olim in iudęa tantũ, in qua notus erat deus, & in Iſrael, in quo magnum erat nomen eius ps. 75.) ſed ab ortu ſolis, vſque ad occaſum: ideſt ab oriente vbi ſol oritur, vſque ad limitem, finẽ, & terminum terræ. i. occidentem, quod & palam fecit ipſe in *M*alach. vbi ait, ab ortu ſolis vſque ad occaſum, magnũ eſt nomen meum in gentibus, & in oĩ loco ſacrificatur, & offertur noĩ meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen meum in gentibus: & apud Dauidẽ legimus à ſolis ortu vſq; ad occaſum laudabile nomẽ domini, & quid dico ab ortu ſolis vſque ad occaſum. i. ab oriẽte vſque ad occidentẽ? adde tu, & à meridie vſque ad ſeptemtrionem, neque. n. coſmographi cardinum nomine tantum duas cæli pręcipuas regiones intelligunt, ſed quatuor ortum videlicet, occaſum, ſeptemtrionem, & meridiem; vt ſit ſenſus: *Canamus Chriſtũ principem*. i. regẽ regũ, & dominum dominantium, *natum ex Maria virgine*, & non ſolum vt ſic prædicetur à ſolis ortu vſque ad occaſum, ſed a meridie vſque ad ſeptemtrionem; & per omnes cæli præcipuas plagas, & regiones, nam ſi ipſe dominatur à mari vſque ad mare, & à flumine

vbique laudare deum: & de Chriſto centare debemus.

Malac. 1. c.

Pſal. 112.

Pſal 71.

pſal. 102. vſque ad terminos orbis terrarum. Iuſtum eſt ut in omni loco domi nationis eius benedicetur, laudetur, & de eo cantetur. *Beatus au-ctor ſeculi &c.* ſenſus eſt: qui & ſi ſecundum humanam naturã dicitur Chriſtus ideſt vnctus oleo exultationis pręparticipibus ſuis, Dicitur Ieſus ideſt ſaluator, ſaluum enim facit populũ ſuum a peccatis eorum, & natus ex Maria virgine, ſecundum tamen naturam diuinam dicitur *beatus auctor ſeculi*, verbum enim æterni patris eſt, per quod facta ſunt omnia, fide credimus ait D. Paulus aptata eſſe ſecula verbo dei: qui auctor ſeculi & mundi vel ſeculorum ideſt entium vniuerſi, quum eſſet in forma Dei, & Deus, *Seruile corpus induit*, ideſt ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominũ factus ideſt cæteris hominibus ſimilis factus, aſſumendo indetrahibiles defectus, pænalitates videlicet: non vitia: & verè ait hymni auctor, *ſeruile corpus induit*, & D. Paulus & habitu inuentus vt homo non apparenter: ſed realiter, quia re uera natura humana ſe habet ad verbum ſicut veſtis ad hominem, nam ſicut veſtis induitur, atque exuitur, ſine mutatione ſubſtantialis hominis eſſe veſtiti, ita quod homo, eſt homo, & ſubſiſtit, ſiue induatur, ſiue non, ſic verbum humanam naturam aſſumpſit ſine omni mutatione ſui eſſe diuini, nec habet ut ſubſiſtat à natura humana, nam antequam perſonę filij Dei vniretur humana natura, verbũ Dei ſubſiſtebat, perſona enim erat, quo fit vt vera ſit iſta propoſitio, perſona filij dei aſſumpſit naturam humanam, nõ iſta perſona diuina aſſumpſit perſonam humanam, quia Chriſtus ſecũdum quod homo non eſt perſona, nec iſta: natura diuina aſſumpſit perſonam humanam, nam licet in diuinis vna ſit eſſentia, & tres perſonæ, in Chriſto tamen eſt vna perſona: quæ eſt verbum, & tres eſſentiæ, deitas: quæ eſt quid ęternum, anima: quæ eſt quid nouum, & caro: quæ eſt quid antiquum, quarum vnio quæ ſemper manſit ideſt deitatis ad animam, & ad carnem, & e contra non eſt in vnitate naturę, ſed perſonæ, non humanæ quę nulla erat, ſed diuinæ ideſt non aſſumptę, quæ nulla erat ſed aſſumentis, ideſt verbi: & filij dei: qui ad hoc ſeruile corpus induit, & ſerui formam accepit ideſt humanam naturam: quæ ſecundum ſe ſerua eſt, & deo ſubiecta, *Vt carne* ſua, quæ libera erat à peccato *liberans carnem* ideſt humanam naturã ab æterna morte *non perderet quos cõdidit*: homines videlicet quos creauit ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, qui licet perditi erant per peccatum in quo omnes peccauerunt, caſus tamen, & lapſus eorũ reparabilis erat, cum aliquo ſuggerente peccauerint, non ſic caſus, & peccatum diaboli: quod irremiſſibile eſt, nullo enim ſuggerente peccauit.

Secundum quam naturã Chriſtus dicatur auctor ſeculi.

pſal. 44. *Matt.* 1. c *heb.* 11. c. *Phil.* 2. c *Ibi.*

Natura humana ſe habet ad uerbũ ſicut ueſtis ad hominem.

In Chriſto ẽ una perſona & tres eſſentiæ.

Rom. 5. c. *Caſus hominis fuit reparabilis dia-*

peccauit, & ideo nullo reparante redibit. *Caſtæ parentis uiſcera etc.* ſenſus eſt, & verè induit auctor ſeculi ſeruile corpus, quod ſeruituti & miniſtrationi expoſuit iuxta illud *Filius* hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, quia *cæleſtis gratia* ideſt Chriſtus Ieſus filius dei, per quem gratia, & veritas facta eſt, qui plenus eſt gratia, de cuius plenitudine nos omnes accepimus: *intrat uiſcera caſtæ parentis* adumbrata virtute altiſſimi, & ſpiritus ſancti ſuperuentione, quam non ſolum ſanctificauit, ſed & fœcundam fecit, cuius virtute virgo concepit, virgo peperit, & poſt partum virgo permanſit, *& uenter puellæ* ideſt teneræ virginis, *Baiulat* ideſt geſtat, & portat, *ſecreta* ſupple cæleſtia, quæ non nouerat, ideo dixit angelo, quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco, nec propono agnoſcere? & quamuis edocta fuiſſet ab angelo, ſapientiali tamen reuerẽtiali, ac ſobria admiratione mirabatur de ſuperaltiſſimo conſilio Sãctiſſimæ Trinitatis, de modo, & ordine ſaluationis generis humani per incarnationem, & ſuper his quæ dicta erant de eo ab angelis: paſtoribus: & ab alijs: & conſeruabat omnia verba conferens in corde ſuo, *Domus pudici pectoris &c.* ſenſus eſt, mox vt cæleſtis gratia intrauit viſcera caſtæ matris: *Domus* ideſt uenter, *pudici* ideſt caſti cordis virginis, *repente*, ideſt ſubito, & ſtatim factus eſt *templum dei*, ideſt habitaculum, thronus: & manſio nedum Spiritus ſancti: ſed & filij dei: & thalamus, & aula viua & regalis, quia in ea nouem menſibus rex regum incarnatus quieſcere, & moram facere dignatus eſt, & ita intra ſe clauſit, continuit, & baiulauit eum, qui omnia portat verbo, & imperio virtutis ſuæ, quem cælum capere nequit, propter quod deuotus quidam exclamauit dicens, o venter cælis diffuſior, & cunctis capacior elementis, qui domus, & aula pudoris ideſt pudicitiæ cenſetur, quia ab omni libidine alieniſſimus vnde ſequitur *intacta neſciens uirum* ideſt incorrupta *neſciens uirum*, per coniunctionem carnis, uerbo concepit filium, quem propheta appellat lapidem exciſum de monte ſine manibus, ideſt ſine viri, & ſeminis operatione virgo enim ſancta, virga illa Aaron eſt, quæ vt in num. legitur ſine terræ humore, & fomento fronduit, floruit, fructum protulit ideſt ſine humano commertio fructũ toti mundo ſalutarem ædidit, & ſuſceptam de cælo prolem feliciter peperit, neque enim conceptus iſte naturæ lege factus eſt: in quo uirtus requiritur ſeminaria patris, nihil in iſtam ſingularem natiuitatem de carnis concupiſcentia tranſijt, nihil de peccati lege manauit, alienum quippe ab ea eſt: quod de omnibus legitur, nemo mũdus à ſorde, nec infans cuius eſt diei vnius vita ſuper terram, ſed

boli uero irreparabilis uide cauſã.
Matt. 20. c.
Ioan. 1. c.
Lucæ 1. c.
Qua admiratiõe admirata fuerit beata uirgo.
Lucæ 2. c.
heb. 1. c.
Daniel 2. c.
Chriſtus fuit lapis exciſus de mõte ſine manibus.
nu. 17. c.

cuncta peracta, atque perfecta ſunt myſtico ſpiramine, & occulta, ac diuina ſpiritus ſancti operatione, & verbi ab angelo annunciati, quod ſeminis vices egit, in hoc virginali, & ſingulari conceptu, cui ſacrata virgo credidit, & conſenſum præbuit, vnde verbum angelicum, & beatæ virginis reſponſum angelo conſentientis, fuit vt myſticum quoddam ſemen cóceptionis Chriſti operatorium, nam mox vt reſpondit: Ecce ancilla domini &c. ſpecioſum forma præ filijs hominum, caſtis ſuſcepit viſceribus, & ſpiritus ſancti operatione, corpus Chriſti in inſtanti formatum eſt, & organizatum, anima eius creata, & corpori coniuncta, ex quarum immediata coniunctione reſultauit vera, & perfecta humanitas, quam in eodem inſtanti perſona verbi æterni aſſumpſit, & in ſuo eſſe perſonali diuino, & increato ſuppoſitauit, & corpus illud ſanctiſſimum, quod ratione vnionis hypoſtaticæ cum verbo, quodammodo eſt dignitatis infinitę, formatum eſt: non ex carne: ſed ex puriſſimis ſanguinibus intemeratę virginis, quę cum vera mater Chriſti ſit: & prædicetur, & veræ matris eſt materiam pręparare, talis materia: quam præparauit, non poſſumus dicere quòd fuerit caro, nam caro eſt actu pars, & quod eſt actu pars, non eſt materia generationis, cum non ſit potentia totum, nec poſſumus dicere: quod fuerit ſemen virgineum, tum quia hoc puritati virginis non conueniebat, tum etiam quia ſemen fœmineum non eſt neceſſarium ad generationem (opinentur vt volent Scotus, & Antonius andreę galeni viam ſequẽtes) nam nos Ariſtotelem Auicennam, & D.Tho. ſequimur, qui partem tenent negatiuam, alioquin fœminarum nulla poſſet concipere ſine ſeminatione, cuius contrarium expertum eſt in multis, quæ ſine ſeminatione cóceperunt, ergo talis materia fuit ſanguis (qui ſecundũ philophũ eſt etiã in nobis materia generationis) & non ſanguis quicunque, ſed qui propinquior erat cordi, ex puris igitur ſanguinibus cordi virginis propinquioribus (tamquam ex materia) formatũ eſt corpus illud Chriſti ſanctiſſimum, nec obſtat quod dicitur ad rom. qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecũdum carnẽ, nam ly ex ſemine vel intelligitur ex ꝓgenie, vel ex poſteritate, vt ſit ſenſus, Chrs factus eſt ad honorem, & gloriam dei patris ſecundũ carnem aſſumptã ex ſemine Dauid, ideſt ex Maria, quæ eſt orta ex progenie, & poſteritate dauid, vel ſi intelligere volumus ſemen propriè non ita tñ vt ly ex ſemine referatur ad Chrm, ſed ad virginem, vt ſit ſenſus, factus eſt ex ſemine Dauid ſecundũ carnem. i. ſecundum carnem aſſumptam factus eſt ex Maria, quæ orta eſt ex ſemine Dauid, vel ſi volumus referre ly ex ſemine ad Chriſtum, intelligendum eſt mediate, non immediatè

Verbum angelicum: et reſponſum beatę virginis ãgelo cõſentientis fuit myſticum quoddam ſemen conceptionis Chriſti.

Corpus Chriſti nõ ex carne ſed ex puriſſimis ſanguinibus uirginis formatum eſt.

Semen fœmineum nõ eſt neceſſarium ad generationem.

Rom 1.c.

Quõ intelligatur illud Apoſtoli ad Rom factus eſt ei ex ſemine Dauid.

mediatè, & originaliter, non materialiter, nã virtus formatiua in bea
ta virgine non fuit ex patre carnali, ſed ex virtute altiſſimi, vnde vt
oſtendat S. Paulus Chriſti generationem non fuiſſe naturali & ſoli-
to modo, ſed ſupernaturali quodam ſpiritus s. artificio: dicit ipſum
Chriſtum factum ex ſemine Dauid ſecundũ carnem, non dicit na- *Isai. 9. c.*
tum, vt dicit Iſaias, paruulus natus eſt nobis: & S. Lucas quod. n. ex *Lucæ 1. c.*
te naſcetur ſanctum &c. & nota quod auctor hymni ait, *verbo conce
pit filium*, & intellexit per filium non putatiuum, aut fictitium, & *Chriſtus ue-*
per ideam, ſed verum & realem, Chriſtus enim verè eſt filius vir- *re eſt filius*
ginis, quia ex ea veraciter natus eſt, in quo & ſi duas cõfiteamur ge- *virginis.*
nerationes, & natiuitates, vnã diuinã, & æternam ex corde patris. i.
ex ꝓpria, & intima ſubſtãtia eius, & nõ ab extrinſeco (vt impius ob
latrauit Arrhius) alterã humanã, & temporalẽ, generatio. n. concer-
nit naturã, quæ in Chriſto duplex eſt, vnam tñ fatemur eſſe filiatio- *vna filiatio*
nem, hęc. n. perſonã reſpicit, quę nõ eſt niſi vna in Chriſto, ex quo *in Chriſto.*
ſequitur: qđ vnus, & iſdẽ eſt dei filius, & virginis filius, vnde qui ne
gat vnũ, non concedit alium, & eiuſdẽ impietatis eſt negare Chriſtũ
hominẽ, & deum, & Chriſtum filiũ virginis, et dei, hanc fidẽ condẽs
ſaluator humani generis, quę & impios ad iuſtitiam & mortuos re-
uocat ad vitã, ad hoc diſcipulos ſuos doctrinę monitis, & operũ mi-
raculis imbuebat inquit S. Leo, vt idẽ Chrus, & vnigenitus dei, &
hõis filius crederet, nam vnũ horum ſine altero non proderat ad ſa-
lutẽ, & ęqualis erat periculi dñm Ieſum Chrm aut deũ tantũmodo
ſine hoĩe, aut ſine deo ſolum hominẽ credidiſſe, cum vtrumq; pari-
ter eſſet confitendũ, quia ſicut deo vera humanitas, ita homini inerat
vera diuinitas. *Enixa eſt puerpera etc.* ſenſus eſt *puerpera*. i. mulier
partus, & puerum pariens. i. Maria *enixa* eſt. i. in palam duxit, & pe
perit filiũ ſine dolore, *quẽ Gabriel prędixerat* ex ea naſciturum, ait. n.
ecce concipies in vtero, & paries filiũ &c. *Quẽ matris aluo etc.* vt ſit *Luc. 1. c.*
ſenſus *quẽ*. i. Chrm dei patris & virginis filiũ: *Ioãnes baptiſta clauſus
aluo matris*, & obſtruſo cubili vẽtris recubãs *ſenſerat* iã adeſſe, & tũc
ſenſit cũ intrãs Maria domũ Zacharię ſalutauit Eliſabeth mrem ſuã,
vnde ex quo facta eſt vox ſalutationis ſuæ in auribus Eliſabet, infans
Ioãnes baptiſta ĩ vtero mris clauſus ſentiẽs aduentũ matris filij dei,
& ex matrice in matrice aſpiciens dñm vniuerſorũ pro ſalute mũdi
incarnatũ, *geſtiens*. i. gaudens, & exultãs in gaudio adorauit ipſum
ò admirabile myſteriũ (inquit vnus excellę mẽtis) nondũ naſcitur,
& ſaltibus loquitur: nondũ ei permittitur clamare, & per facta audi
tur, nondũ ducit vitam, & deum prædicat, non poteſt pręſente do-
mino cõtineri, non ſuſtinet naturæ expectare terminos, ſed contẽdit
rum-

Ioan.1. c. rumpere carcerem ventris, & prædicare, ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Nec tibi (ò lector) moleſtiã inferat, quia hym-
Qua differētia ſit inter aluũ uterũ: et uentrem. ni auctor vtitur hoc nomine. *Aluo* nam & ſi ſit inter aluum, ventrē & vterum differentia, nam aluus dicitur ab alendo propriè qua ſordes effluunt, ſiue eluuntur: quã ante ſoluendam eſſe ubi ab inferiori parte purgandus aliquis eſt (ait celſus) at vbi à ſuperiore comprimendam, venter eſt, qui acceptos cibos digerit, & per totũ corpus vitæ alimenta tranſmittit, & in quem cibus receptus commutatur in chylum: & eſt tota illa pars corporis à mucronata cartilagine, & notis coſtis uſque ad pubem extenſa, quem uentrem: perſius appellat magiſtrum artis, & ingenij largitorem, vterus autem eſt muliebris locus: ubi concipitur fœtus: & propriè mulierum eſt, nam in cęteris animalibus vuluam appellamus, ſecundum Plin. licet alibi vterum: aſinæ tribuat, ſumpſit tamen aluum, pro vtero, ideſt loco muliebri: in quo concipitur fœtus, ſicut & quandoq; vterus pro ventre ſumitur, vt ſumpſit Mantuanus homerus in ſecundo æneidos, vterumque armato milite complent, & dicitur vterus: quia in eo tamquam in vtre quodam fœtus continetur *fœno iacere pertulit &c.* verba hæc, & ſequentia uſque ad partem illam, paruoque lacte paſtus eſt, referenda ſunt ed Chriſtum & dei filium natum in tempore ex Maria Virgine, ut ſit ſenſus, *& pertulit* ideſt ſuſtinuit filius dei, & ſi omnia ipſius eſſent, *iacere fœno* ideſt cubare, decũbere, & proſtratum eſſe. *Præſepe non abhorruit* ideſt ſtabulum in quo muli, equi: boues, aſini, & cætera id genus animalia continētur, vel ſumitur præſepe pro loco in quo iumentis hordeum, auena,
Isai.1. c. & pabulum apponitur aliud, in quo cognouit bos poſſeſſorem ſuũ, & aſinus dominum ſuum. *Et paruo lacte paſtus eſt* ideſt exiguo virginalium vberum liquore lacteo: qui de cælo uenit, ſola virgo (ait
Quomodo Chriſtus ſitiat et eſuriat et ſit fons et det eſcã omni carni. eccleſia) lactabat ubere de cælo pleno, & benè ait: quod paruo, & exiguo lacte paſcebatur, quia infantes de recenti nati copioſa non egent alimonia. *Per quem nec ales eſurit*, & quid mirum ſi fons perennis aquæ modicam deſideret undam, & ſitiat, & ſi ſatietas omnium eſuriat, & qui dat eſcam omni carni adhuc lacte indigeat, nedum ſolido cibo? ſecundum enim humanitatem ſitit, eſurit la-
Pſal.135. cte paſcitur, at ſecundum quod deus dat eſcam omni carni dat
Pſal.146. iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.
Pſal.103. & omnia ab eo expectant, ut det illis eſcam in tempore. *& per eum (ut ſic) nec ales eſurit*, ideſt auis famem patitur, volati-
Matt.6.c. lia cæli pater cęleſtis paſcit (ait Chriſtus apud D. Matth.) ſunt qui per alitem intelligunt beatam virginem, & nutricem, at quis

non

non rideat ſic exponentes ? cum ales, tis. non poſſit ſumi niſi pro volucri habente pennas, quę dicitur ales, ab alis gerendis: & ſi inter auem & volucrem longa ſit intercapedo, nam auis dicitur de eo qđ volat, at non ſine pennis, omnes enim aues pennis decoratę ſunt, at volucris dicitur de omni quod volare poteſt: & de eo quod volat: ſiue pennas habeat: ſiue non, ut ueſpertiliones, apes: veſpę, muſcæ, papiliones, volucres dicuntur at non aues. *Gaudet chorus cæleſtium &c.* ſenſus eſt, *chorus cæleſtium* ſpirituum *gaudet* lætatur hylaritate perfunditur, & quid eſt chorus? Multitudo canentiū, pſallentiū & ſaltantium, multorum enim uocibus, & concentu conſtat, vbi aduerte quod per chorum cęleſtium ſpirituum, non poſſumus intelligere niſi angelos, & non tantum angelos qui præſunt terreſtribus: qui miniſtrantes dicuntur, & in miniſterium mittuntur propter eos ſecundum D. Paulum, qui hæreditatem capiunt ſalutis, quos numerans D. Tho. dicit eſſe angelos, archangelos, virtutes, principatus, & poteſtates, ſed omnes omnium ordinum: & Hierarchiarum, ſiue miniſtrantes ſint: ſiue aſſiſtentes: ita ut in exterius miniſterium non mittantur, quos numerans iſdem doctor dicit eſſe ſeraphinos, cherubinos, thronos, & dominationes, qui & ſi inter miniſtrantes computentur, non tamen ſicut exequentes miniſteriū ſed ſicut diſponentes, & mandantes quid per alios fieri debeat, in nomine enim dominationum non importatur aliqua executio (ut in nominibus inferiorum ordinum) ſed ſola diſpoſitio, & imperium de exequendis. Nemo enim ab huius alacritatis participatione ſecernitur (ait ſanctus quidam) vna cunctis lętitię communis eſt ratio, quia videlicet ſalus æterna humano generi apparens, homines perditos ad cæleſtia regna reuocauit, de quibus cōſtat quod ad ordines angelorum aſſumuntur in ſupplementū ruinę angelicę, & imminutionis ciuium ciuitatis ſupernæ, qui & ſi gauiſi ſint deiecto aduerſario, ob quod facta eſt concordia in ſublimibus dei, dettrimentum tamen ſuæ multitudinis in ſpiritu pietatis planxerunt, id quod facere iubetur homo propheta, & verbi Dei auditor in Ezech. cum ait fili hominis leua planctum ſuper regem Tyri ideſt diabolum principem huius mundi. Nec tibi (ò lector) videatur mirum quod his planctus poſſit attribui, qui pleno fruūtur gaudio: nam Iſaias cap. 33. dicit angelos pacis amarè fleuiſſe, ſed aduertendum quod cū de angelis bonis, & beatis hoc dicimus ſecundum anagogicum ſenſum, Metaphorica eſt loquutio ad deſignandum: quod angeli volunt in vniuerſali omnium ſalutem. Hęc D. Tho. Ex quibus ſequitur nedum falſos fuiſſe illos: qui dixerunt nullo

Differentia inter auem et uolucrem explicatur.

heb. 1. c.

Qūo omnes angeli ſint miniſtrātes.

Ezec. 28. c.

Qūo planctus attribui poſsit angelis.

Num aſſumantur homines ad æqualitatem, & ordines angelorum.
Luc. 20. c.

nullo modo homines transferri poſſe ad æqualitatem, & ad ordines angelorum, ſed & qui dixerunt: non omnes ſaluandos aſſumẽdos ad angelorum choros, ſed virgines tantum & perfectos, reliquos vero ordinem ſuum conſtituere quaſi condiuiſum toti ſocietati angelorum, nam primi repugnant promiſſioni Chriſti: qui dicit quod filij reſurrectionis erunt æquales angelis in cælis, quod intelligendum eſt quantum ad dona gratię, per quę homines mereri poſſunt tantam gratiam, vt angelis non ſolum æquentur, ſed ſuper illos eleuentur, non quantum ad gradum naturę, quia ut ſic nullo modo aſſumi poſſunt ad ordines angelorum, ſecundi autem repugnant

Aug. 12. de ciuit. Dei.

Diuo Auguſtino, qui dicit: quia vna erit ſocietas angelorum, & hominum, non duæ. Quia igitur deiecto aduerſario, & dracone in pręlio illo magno, quo pugnauerunt in cælis lætati ſunt angeli, & in ſpiritu pietatis veriſimile eſt: quòd planxerint, diminuto ciuium regni dei numero, iuſtum erat ut gauderent videntes

Quare angeli gauiſi fuerint Chriſto nato.
1. Tim. 3. c.

filium dei iam natum, per quem reſtituẽdus eſſet numerus ciuium dei: rectè ergo dicit hymni auctor, *Gaudet chorus cęleſtium*, & ſigno cantus oſtendunt gaudium, vnde ſubdit, *& angeli canunt deo*, laudem videlicet, & gloriam, & gratias referunt deo de tam ſublimi beneficio generi humano exhibito (quod B. Paulus appellat ſacramentum pietatis: & rectè, nam origo, & fons eſt totius miſericordiæ, ſanctæ religionis, & cultus diuini) & quid dicunt canendo? Sãctus Euangeliſta explicat, Gloria in excelſis deo &c. & quia

Luc. 2. c.
Cõgrue Chriſtus priuſquam cæteris ſit palam paſtoribus.
Ioan. 10. c.

pro hominibus natus erat, hoc quod ſciunt de hoc myſterio cũ ingenti gaudio annunciant paſtoribus dicentes, Annuncio vobis gaudium magnum &c. & benè paſtoribus priuſquam cæteris fit palam Chriſtus vt ex hoc cognoſceretur: quod inſimul qui natus erat, & creator omnium erat, & paſtor, & bonus paſtor, qui non ſolum paſcit oues ſuas, ſed & pro eis dat, & ponit vitam ſuam, vbi nota: quod ſi Chriſtus paſtoribus annũciatur per angelos quod ſit natus pro humani generis liberatione, palam fit ex hoc, quod angelis nõ erat abſconditum hoc ſacramentum abſolute (vt multi putant: ob

Eph. 3. c.
Num angeli cognouerunt incarnationis myſterium.
Iſa. 63. c.

id quia D. Paulus teſtatur, Data eſt mihi gratia in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias, & illuminare omnes: quę ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſeculis in deo, qui omnia creauit, vt innoteſcat principatibus & poteſtatibus in cęleſtibus per eccleſiã multiformis ſapientia dei, & apud Iſaiam quia ipſi angeli interrogant Chriſtum aſcendentem in cœlum ijs verbis, quis eſt iſte, qui uenit de Edom Tinctis ueſtibus, de boſra?) Quia ego cum D. Auguſtino & D. Tho. dicam: quod myſteria gratiæ, inter quę pręcipuum eſt incarna-

incarnatio filij dei, & ſi non cognouerint cognitione naturali ſecũdum quam cognoſcunt res per eſſentias ipſarum & per ſpecies innatas: cognoſcunt tamen myſterium regni cęleſtis id eſt filij dei incarnationem cognitione ſupernaturali, & beatifica ſecundum quam cognoſcunt res in verbo, & multò excellentius, & certius à principio illis reuelatum eſt hoc myſterium (quod eſt finis, ad quem oĩa illorũ miniſteria ordinãtur, in miniſterium enim mittuntur propter eos: qui hæreditatem capiũt ſalutis: quod quidem fit per incarnationis myſterium) quam prophetis: quorum videlicet angelorum miniſterio fiũt propheticæ reuelationes ſecundũ Dion. quãuis & inter hos, & illos ſit hæc conuenientia, quia vtriſq; deus quæ facturus erat circa ſalutem gñis humani in generali reuelauerit, vnde & ſi cognitione naturali angelis ſacramentũ hoc fuerit abſconditũ abſolute. i. & quantũ ad ſubſtantiã eius in gñali, nedum quantũ ad ſingulas circunſtantias, & ſpeciales, & particulares conditiones, cognitione in qua cognoſcunt res in verbo, nulli fuit abſconditũ quantum ad ſubſtantiã eius in gñali, ſic. n. omnibus a principio fuit reuelatũ, bene aũt fuit abſconditum quibuſdam puta inferioribus, quantũ ad particulares conditiones, & ad plenũ, quod pium eſt credere non fuiſſe abſconditũ ſuperioribus qui inter miniſtrantes non occupantur, & computantur, vnde ſicut poſteriores prophetę, & alij cognouerunt, quod priores non cognouerunt iuxta quod Dauid ait ſuper ſenes intellexi, ſic credendum eſt angelos ſuperiores cognouiſſe hoc myſteriũ, & alia myſteria gratię, quod inferiores non cognoſcebãt, qui ſucceſſu tẽporum cognouerunt ad plenũ, & per illuminationem ſuperiorum, & per eccleſiã (vt D. Paulus ait) id eſt prædicatione apoſtolorum in gentes promulgata, & per Chriſtum qui eccleſiæ caput eſt, qui quærentibus angelis, non oĩbus (vt puto) ſed miniſtrãtibus tantum reſpondit, ego qui loquor iuſtitiam & propugnator ſum ad ſaluandum: qui torcular calcaui ſolus, & de gentibus non fuit uir mecum: tunc enim verum eſt qđ paſſione Chriſti completa, aſcenſione eiuſdem, & prędicatione apoſtolorũ in gentes promulgata: ſacramẽtum hoc pietatis quod manifeſtum eſt in carne, iuſtificatũ eſt in ſpiritu prædicatum eſt gẽtibus creditum eſt mundo, aſſumptum eſt in gloria, apparuit angelis (vt D. Paulus ait) ita vt ad plenum, & ad purum de eo cognoſcerent, & quo ad particulares conditiones ipſius, quibus (vt ſic) antea erat abſconditum, non autem in genere, ſicque poſſent concordari D. Hieronymus & Auguſt. qui videntur eſſe diſcordes, nam primus videt tenere myſterium hoc incarnationis, & paſſionis Chriſti ignoraſſe angelos, eiſque fuiſſe abſcon-

Heb. 1. c. *Pſal. 118.* *Eph. 3. c.* *Iſa. 63. c.* *Eph. 3 c.* *Conciliãtur D. Aug. & D. Hieronymus.*

abſconditum donec impleretur: abſconditum enim erat (inquit) in deo ita vt notificari deberet principibus, & poteſtatibus per eccleſiam: idest per prędicationem apoſtolorum in eccleſia: & ſecundus quod hęc myſteria fuerint abſcondita à ſeculis in deo, ita tamẽ vt innotuerint principibus, & poteſtatibus in cęleſtibus per eccleſiam ideſt in eccleſia. Nam primus loquitur de cognitione ad pũrum, & ad plenum, non abſoluta: Secundus loquitur de cognitione in genere, & reuera ſic eſt, nam à principio non omnes ad plenum, & particulariter edocti ſunt de hoc myſterio, ſed quidã poſtmodum edocti ſunt ſecundum quod eorum officijs cõgruebat, benè autem omnes a principio de hoc myſterio communiter, & quãtum ad ſubſtantiam eius in generali edocti ſunt, neque enim Fas eſt dicere illis abſolute myſterium hoc fuiſſe abſconditum: etiam à principio creationis, nam quid mouit luciferum ut turbaret pacem in ſublimibus dei? certè non aliud, niſi quia vidit homines ſupra ſe eleuandos, vidit, & inuidit, & ait, vt quid perditio hęc? non decet eſſe conciues, nec ęquales in gloria, & factus eſt diabolus. i. deorſum fluens, & quid mouit eundem vt turbaret Adam, & Euã? non aliud certè niſi quia vidit: quod per obedientiæ humilitatem homo conſcendere poterat, vnde ipſe per ſuperbiam corruerat, & inuidit ei, vnde ex diabolo, inuidię zelo, factus eſt ſatan. i. aduerſarius, Quare ſi de eo nequaquam poſſumus dicere quod ignorauerit myſterium incarnationis, quo homo eleuari poterat ſupra ſe, & conſcendere vnde ipſe per ſuperbiam corruerat, quomodo dicemus hoc, & alia gratiæ myſteria abſcondita fuiſſe alijs angelis? Præcognouerunt igitur omnes à principio myſterium hoc pietatis, & ſummo deſiderio expectantes diem hunc ſalutarem, vt viderunt eum iam adueniſſe, gauiſi ſunt, ob quod annunciarunt iam adeſſe ſaluatorem natum, cuius merito ciuitatis ſuæ ruina, & muri cæleſtis Hieruſalem reſtaurari debebant ex hominibus: quos non dedignantur habere ſocios, cum iam illorum miniſtri facti ſint, cuius natiuitas, & quorum miniſterium: faxit deus ſint ad noſtri omnium cõmodum, & ad ſalutem proficiant animarũ noſtrarũ. Amẽ.

Hymnus ad matutinum in feſto Sanctorum Innocentum.

SEquitur expoſitio hymni: qui canitur ab eccleſia ad matutinum in feſto ſanctorum Innocentium. *Audit tyrannus anxius &c.* in quo auctor (qui putatur Aurelius prudentius, quamuis non eo ordine quo hic digeſtus eſt, ipſe poſuerit in hym-

hymno ſuo) arguit Herodis crudelitatem, qui cum audiſſet regem regum natum, timens regni ſui ſucceſſorem, iuſſit infantes omnes occidi (quibus parcendum erat, & ad id ſuadere debebat tenerior illorum ætas) vt vel hac via, cum eis è medio tolleret, quem natum Iudæorum regem, magi ab oriente venientes annunciauerunt. Ait ergo. *Audit tyrannus anxius*, vbi nota tyranni nomen olim datum regibus ob fortitudinem. fortes enim reges tyranni vocabantur: Hinc virgilius in ſeptimo: pars mihi pacis erit dextram terigiſſe tyranni, At poſtea accidit tyrannos vocari peſſimos, & improbos reges, luxurioſæ dominationis, cupiditatem, & crudeliſſimam dominationem in populis exercentes, à tyro quod eſt anguſtia, quia anguſtiant, & cruciant ſuos, & ſecundum hanc declaratione ſenſus verborum eſt, Herodes *tyrannus* ideſt rex ſortis, peſſimus, & improbus, qui in republica non iure principabatur, ſed per inſolentiam imperij viribus abutebatur, & ui, & animi libidine quadam dominabatur, non iure nec legibus æquis, & crudeliſſimam in populis dominationem exercebat anguſtians & crucians ſuos, *Anxius* ideſt mœſtus: quem anxietas angebat, affligebat, quique angore cruciabatur, & torquebatur trepidans timore vbi non erat timor: impiorum enim & iniquorum hoc genium eſt, trepidare vbi non eſt timor, timere etiam in ſonitu folij volantis, & fugere etiam nemine perſequente, *Audit* à magis regalibus, qui ab oriente venerunt Hieroſolymam, & dixerũt vbi eſt qui natus eſt rex iudæorum? a quibus clàm vocatis ad ſe, diligenter didicit tempus ſtellę quę apparuit eis. *Adeſſe*. ideſt preſentem eſſe, natum eſſe, *principem regum*, ideſt Chriſtum, qui habet in fæmore ſuo ſcriptum, Rex regum, & dominus dominantium: cuius poteſtas æterna, & regnum quod non corrumpetur. *Qui nomem yſrael regat*, & *teneat regiam* ſedem *Dauid* iuxta quod angelus ad Mariam ait, & dabit ei dominus deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis, Et quid facit rex iſte peſſimus hæc audiens? Turbatur: & cum eo tota Hieroſolyma, & vt auctor hymni ſubdit. *Exclamat amens nuncio*, vt ſit ſenſus: *Nuncio*. i. denunciatione ſibi facta à magis, nam ly nuncio datiuus caſus non eſt, ſed ablatiuus, vel ſeptimus caſus, neque enim nuncijs clamor hic factus eſt, ſed ſuis commilitonibus & regni ſui ducibus, poſt denunciationem ſibi factam à magis, ex his notum ſit tibi (candide lector) puerorum necem factam poſt denunciationem herodi peractam à magis ſecundum hymni auctorem, & particulariter & diſtinctè de quando non ſe intromittit, quidam tamẽ vt verificẽt qđ factum

Nomen tyrãni olim datum regibus & cur.

Pſal. 13.
Vide geniũ impiorum.
Leuit. 27.c.
Prou. 28.c.

Matth. 2.c.
Apoc. 19.c.
Dan c. 7.

Lucæ 1.c.

Quando Herodes occiderit innocentes.

factum eſt ab Herode, qui occidit pueros abimatu & infra cum tamen magi ad locum peruenisſent decima tertia die à Chriſti ortu, dicunt quod non mox poſt diſceſſum magorum, ſed poſt bienium pueros interfecerit huius dilationis cauſſam aſſignant aliqui, quia interim accuſatus Romam iuerit, vel aliquotum periculorum terroribus agitatus à cura interficiendi puerum deſtitit, at Diui Chriſoſt. & Auguſt. dicunt ſtellam magis apparuiſſe per bienniū ante Chriſti ortum, & tunc pręmeditantes, & ſe ad iter pręparantes perueneiunt ad Chriſtum 13. die, vnde Herodes poſt illorū diſceſſum videns ſe illuſum, occidit pueros abimatu & infra, putans ne tunc natus eſſet Chriſtus, quando ſtella apparuit ſecundum quod à magis audierat. Vel dicendum Herodem deſtitiſſe à cæde, quia potuit credere magos fallacis ſtellę viſione deceptos, poſtquam non inuenerunt quem natum putauerunt, erubuiſſe ad ſe redite, at cognito poſt biennium quod illuſus eſſet, ad infantium cædes properauit (vt D. Auguſt. lib. de conſen. euang.) ſit igitur quomodocunque, verum tamen eſt, quod hymni auctor ait herodem exclamaſſe, & ad infantium cædem properaſſe poſt denunciationem ſibi factam à magis, *Amens*, addetu & demens, nam cum amens ſit is, qui prorſus à mēte ſua diſcedens inſanit, & demens qui non cogitat quid agat, aut loquatur, vtrumque in herode eſſe compertum eſt, nam amens, & demens exclamat, *Succeſſor inſtat* ideſt regni ſucceſſor adeſt, ita qđ de eo non amplius verificabitur qđ venturus ſit de lōgē, vel de propē, ſed præſens eſt, & iam venit, & quid reſtat, niſi vt *pellamur* ciuitate, & regno? quare ne id fiat, ſuſpecti regis primordia extinguamus: & vt non detur illi euadendi locus, en profero ſentētiam, Abimatu, & infra occidantur pueri in Bethleē Iudeæ ciuitate Dauid, quid moratis igitur ſatelles? per quem intelligit militem mercede conductum, & miniſtium crudelitatis, & ſcelerum, qui & apparitor dicitur, eo quod apparet, & preſto eſt ad obſequium, & ſtator etiam dicitur ob id quia magiſtratibus circumſtat, paratus ad obſequendum: *I.* ideſt abi hinc cito, *Arripe* .i. accipe, apprehende celeriter *ferrum*, & *perfunde cunas ſanguine*, nemini parcas, ſcrutare nutricum ſinus, ne qua fraus furtim ſubtrahat prolem virilis in dolis, nec ab incepto deſiſtas, quod tam parua ſint puerorum corpora & membra, vt vix inferendis vulneribus inueniri poſſit in eis locus, vnum hoc proponas ante oculos tuos, quod ego dominus, qui præcipio, ſed o herodes cur quæris animam pueri, qui iam fugit in Aegyptum? viæ domini aliæ ſunt à vijs tuis, nō eſt ſapientia, non prudentia, non conſilium contra dominum, tu quæris puerū ad per-

Matth. 2.c.

Prou. 21.c.

ad perdendum eum, & angelus ad Ioſeph, ſurge accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum: futurū eſt. n. vt herodes quęrat puerum ad perdendum eum. Dixiſti magis, ite: & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum, ſed ò pellibus glorians, ſanguis innocentium, quem crudeliter effudiſti, atteſtatur quid de hoc puero voluiſti? & ſi volebas hunc adorare, an potius occidere, ac ipſum de medio tollere? ſed *quid profuit, vel proficit tantum nefas?* ideſt impium facinus quod tamdiu in corde, & pectore verſaſti: tractaſti, ac opere poſtmodum compleſti? *Quid iuuat herodem* perpetratum *crimē?* ad hunc enim finem præcepit, vt ſuſpectum ſibi ſucceſſorem occideret, *Sed hic vnus*: & ſolus, ad quem non potuerunt pertingere ſatellites, & carnifices: *inter tot vulnera* alij tex habent *Funera*: & inter fluenta ſanguinis coeui ideſt ſanctorum innocentiū, qui Chriſto coetanei erant, & ætate pares, *Chriſtus impune tollitur* ideſt liber in eger, & ſine dāno aliquo, & detrimento, euadit, angelico enim monitu Ioſeph facto, ſubmouetur in Aegyptum, vſque ad obitum herodis, ſed aduertendum quod loco vbi nos hymno finem imponimus cum Gloria tibi domine qui natus es de virgine &c. alij ſic complent, ſit trinitati gloria, virtus, honor, victoria, quę dat coronam teſtibus per ſeculorum ſecula. Amen. *Matt. 2.c.*

Hymnus ad Laudes in feſto Sanctorum Innocentium.

SEquitur expoſitio hymni, *Saluete flores martyrum &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto ſanctorum innocentiū in quo auctor, qui fuit Aurelius prudentius (excerpti ſunt enim verſus hi, & verſus præcedentis hymni, ab hymno quem ipſe compoſuit de Epiphania domini, cuius initium eſt quicumq; Chriſtum quęritis &c. quo in parte vtitur Eccleſia Romana à reformato Breuiario in feſto transfigurationis domini) depromit præconia Sanctorum Innocentium, in cunis, & primo vitæ exordio pro Chriſto cæſorum ab herode crudeliſſimo: qui per inſolentiam imperij viribus abuſus, voluit vt contra eos eximeretur machera: & euaginato gladio mactarentur effuſa nuper corpora, & de recenti in lucem edita, & è partu emiſſa, nullam habens cauſſam, ſed ſola ſtridens inuidia, cum, qui natus erat, nulli faceret violentiam, nec veneratus reges pugnando ſuperare, ſed moriendo mirabiliter ſibi ſubiugare. Ait ergo. *Saluete flores martyrum* ideſt, *o flores* ideſt primitiæ *martyrum* innocentes ſanctiſſimi: quos iure *martyrum flores*, appel- *Innocentes dñr martyrum flores.*

appellat hymni auctor, quia illos in medio frigore infidelitatis exortos, velut primas erumpentes eccleſiæ gemmas quædam perſecutionis pruina decoxit, vnde vt flamma emicant atque ſcintillant. *Saluete* nec dicimus hoc: quia putamus eos poſſe fieri ſaluos: aut qđ ſalui eſſe poſſint: aut quod ſalutem illis optemus: cũ fateamur: qđ ante vitę perpetuæ adepti ſint dignitatem, quàm vſuram præſentis acceperint: ſed verbum defectiuum eſt: & ſalutatorium idem valens, quod ſaluos vos eſſe gaudemus, & non habet niſi ſecundas perſonas imperatiui vtriuſque numeri, ſalue, & ſaluete, & præſens infiniti ſaluere, quamuis Plautus vſus ſit eo in prima perſona pręſentis indicatiui, ſalueo, & cicero in ſecunda perſona futuri ſaluebis, ſed alij dicunt: qđ inueniatur ſaluo. ſaluas. cum omnibus ſuis modis, & temporibus. Sed dices, cum appellet hymni auctor innocentes flores, & primitias martyrum, apparet igitur ex hoc qđ videatur tenere illos eſſe martyres, at cur martyres illos nos dicemus maximè cum ad completam martyrij rationem duo requirantur: iuſta cauſſa, & iuſta voluntas: & alterum horum: ſecundum videlicet defuerit innocentibus? Reſpondeo qđ quidam dixerunt hos fuiſſe martyres voluntariè, qđ ſi dices eis quomodo poſſit hoc eſſe verum, cum vſum liberi arb. non haberent? Reſpondebũt qđ acceleratus fuerit eis miraculosè vſus liberi arb. at D. Thom. reprobat hanc opinionem, & ideo dicendum: qđ cum martyres ſint in triplici differentia: quidam enim ſunt martyres voluntate tantum: nõ nece (vt dicitur de D. Ioanne euangeliſta & alijs) quidã ſunt martyres nece, & voluntate (vt D. Stephanus, & alij) & quidam nece tantum. vt filij in vẽtre matris occiſi à perſecutoribus pro Chriſto: innocentes dicuntur martyres non nece, & voluntate: ſed nece tantum, & cauſſa iuſta, quę magis requiritur ad eſſe martyrem D. Auguſtino dicente martyrem non facit pœna, ſed cauſſa: & conſtat hos pro Chriſto & propter iuſtitiam fuiſſe occiſos, ac per hoc beatos eſſe, & ipſorum eſſe regnum cælorum ſecundũ ſententiã Chriſti; & licet verũ ſit, quod de ſe martyrium eorum non fuerit completum, quia ad completum martyrium requiruntur duo iuſta voluntas, & iuſta cauſſa, Dominus tamen ſicut ſuppleuit in bono latrone quod deerat ex parte cauſſæ, ſic in innocentibus quibus erat coætaneus: ſuppleuit quod deerat ex parte voluntatis, & hoc quod dominus ſuppleuit de ſe: fecit illos completos martyres. Quare verè martyres fuerunt, & in illis martyrium meritorium fuit vitæ æternæ, & cæleſtis palmæ, ſicut baptiſmus paruulorum eſt meritorius vitę eternæ, vnde ſicut iſti ratione baptiſmi merẽtur pręmium vitæ

Quid ſignificet hoc uerbum ſalue.

Innocentes dicũtur martyres et quo modo.

Matt 5. c.

vitæ æternæ : non ex proprio merito, ſed Ieſu Chriſti eis communicato per baptiſmum fluminis, ita innocentibus effuſio ſanguinis propter Chriſtum (quę vicem geſſit baptiſmi) fuit meritoria vitę æternę; non proprio merito,ſed Chriſti illis communicató per baptiſmum ſanguinis,vnde martyrij gloriam quam alij meruerunt ꝓpria voluntate, hi per dei gratiam ſunt aſſecuti, qui ſuppleuit quod illis defuit ex parte voluntatis. *Quos lucis ipſo in limine* : ſenſus eſt, *quos Chriſti inſecutor* herodes, qui perſequebatur Chriſtum : putás illũ eſſe ſui regni ſucceſſorem, *ſuſtulit*.i. è medio abſtulit, nec auit perdiddit *in ipſo limine lucis*, limine legendum eſt, non lumine (vt mendoſi libri habent) vt ſit ſenſus, in ipſo introitu vitæ illorũ(corpora enim ipſorum de recenti nata erant, & in lucem edita, & dudum vitam ſortita) *ceu turbo naſcentes roſas* ideſt illos ſanctos ſuſtulit è medio herodes, non ſecus ac turbo : & ventus violentus: validus : & vorticoſus obuia queque deturbans, ſolet è medio tollere roſas naſcentes, ſunt qui habent *florentes*, ſed accommodatior cõparatio Innocentum eſt ad naſcentes roſas,quam ad florentes,nam verbum naſcentes ſubſiſtentiam ſonat : & innocentes ſubſiſtentiæ exordium habuerunt, A bimatu, & infra erant: ideſt duorum annorũ, & infra:quos herodes occidit lingua, & occidere iuſſit gladio propter dominum : *Vos prima Chriſti victima &c.* ſenſus eſt *vos prima victima*.i. ſacrificia Chriſti,& animalia ſacrificio iam deſtinata, immolata non poſt triumphum victricis dexteræ Chriſti, ſed ante : & victimas potius appellat quam hoſtias (licet victima ſacrificium ſit pro hoſtibus victis : & hoſtia pro vincendis) tum vt oſtendat hymni auctor quod magna fuerint ſacrificia, victimæ enim erant maiora ſacrificia : quam hoſtiæ, tum vt oſtendat quod cum à vinco.is. dicatur victima, victi, & ligati pannis occiſi ſint innocentes non ſecus ac animalia, quę vinciebantur dum ad immolandũ adducebantur, quos appellat hic auctor. *Grex tener immolatorum*,& licet immolatos propriè ſit, qui immolat & ſacrificat, hoc loci puto q̃ ſumatur pro re immolata, vt ſit ſenſus, Vos etiam grex tener eſtis, eorum qui Chriſto immolantur & bene (ait) grex non autem armentum:vt ex hoc diſceres minorum animalium, & paruulorum fuiſſe congregationem, non magnorum (differt enim armentum a grege:nam armétum magnorum animalium eſt & maiorum, grex autem minorum) & licet propriè grex pro multitudine,ex congregatione minorum animalium ſumatur: in propriè tamen, & per translationem pro multitudine hominum etiam ſumitur : ſiue magnorum, ſiue paruulorum (ut hoc loci) *Arã ante ipſam luditis &c.* vt ſit

Innocentes dicuntur prima uictima Chriſti & cur.

armentũ differt à grege

vt ſit ſenſus: *ſimplices* ideſt puri, aperti, nihil ſimulatum habentes doli nondum capaces: non duplices, non fallaces, non uafri, vtinã hęc ineſſent nobis, qui in corde, & corde loquimur, certè beati eſſemus: nam ſicut ſimplex cibus, purus, non affectatus, aut aliquo condimento corruptus: homini eſt vtiliſſimus: ſic ſimplicitas facit vitam beatiorem, etiam ſecundum ęthnicos, quorum vnus, Hæc ſunt, quę faciunt vitam beatiorem. Res non parta labore, ſed relicta, Ager non ingratus, Focus perennis, Pares amici, prudens ſimplicitas, *ante ipſam aram* ideſt ante ipſum altare, & thronum dei, *luditis palma, & coronis*, in ſignum, quia victores fuiſtis tyranni herodis, palma enim in manib⁹, & corona in capite, in ſignia olim erant, quæ victoribus dari ſolebant: ad quod alludens beatus Ioannes (à quo forſan hymni auctor accepit) in Apocalipſi vidit ſanctos ĩ cęleſti palatio, partim coronis adornatos, & partim palmas geſtare in manibus. Appoſite ait vnus (cuius dicta libẽter ſequor) auctor hymni vtitur hoc verbo *luditis* ad deſignandum infantilem, & teneram illorum ætatem, quæ leuibus ludis occupatur ſemper, & gaudet, licet poſſit verbum ludere, pro cantare etiam accipi, vt ſit ſenſus *ſimplices* ante thronum dei amictu ſtolis albis, *palma, & coronis* adornati *luditis* ideſt cantatis deo laudes, in quo ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius cum alijs ex omnibus gentibus, & tribubus & populis, & linguis (vt dicit D. Ioannes) Gloria tibi dñe &c. Amẽ.

Inſignia quę olim victoribus dari ſolebant.

Apo. 4. 7. c

Apoc. 7. c.

Hymnus ad Veſperas in feſto Epiphaniæ domini.

SEquitur expoſitio hymni ad veſperas in epiphania domini. ***Hoſtis herodes impie &c.*** in quo auctor (qui fuit ſedulius presbyter, qui hymno natiuitatis domini, qui incipit à ſolis ortus cardine, & dicitur ad laudes matutinas illius diei, præſentem hymnum connectit) proclamationem facit contra herodẽ, qui audita Chriſti natiuitate, timens ne regnum perderet, ac ſi mortalia eriperet: qui regna dat cæleſtia, occidit multos pueros: putans qđ hac via de facili tolleretur è medio etiam is, quem natum iudęorũ regem magi prænunciarunt: agit etiam in eo de tribus miraculis factis in iſta die, de ſtella, quæ duxit magos ad præſepium, de baptiſmo Chriſti. quo à Ioanne baptiſta in Iordane baptizatus eſt, & de conuerſione aquæ in vinum, unde non mirum ſi dies iſte epiphania dicitur domini, quod enim nos apparitionem dicimus vel manifeſtationem, Græci dicunt Epiphaniam, & quia omnes hæ tres appaſitiones, cum manifeſtauit ſe deum in nuptijs, cum in baptiſmo declara-

claratus eſt, & manifeſtatus paterna voce: quod eſſet filius dei: & cum magis apparuit: quod eſſet filius hominis, veruſque homo, factæ ſunt eodem die, diuerſis, tamen annis, & multo temporis curriculo interiecto, recte dicunt quidam hunc diem debere dici, non Epiphaniæ, ſed Epiphaniarum diem. Ait ergo. *Hoſtis herodis impie*, vbi nota quod hymni auctor vtitur magis hoc vocabulo *hoſtis*, quam vocabulo inimicus, (licet vtrumque dici poterat de Herode) Nam hoſtis dr: cum quo publicè bellũ habemus: inimicus verò cũ quo priuata odia exercemus: & Herodes publice ſe cum Chriſto bellum habere monſtrabat, & quia apud antiquos hoſtis dicebatur: quem nunc peregrinum dicimus, & hoſpitem, ſenſus verborũ eſt, *o impiè* nefarie, & de deo malè metite *Herodes* (de aſcalonita hic fit mentio, non de antipa: qui baptiſtam decollauit, & ſub quo paſſus eſt dominus, nec de agrippa qui Iacobum fratrem Ioannis occidit gladio, & Petrum carceribus emancipauit) *hoſtis* ideſt qui vel in hoc mundo ciuitatem te habere permanentem putas, & tamen peregrinus es longè factus à propria patria: pulſus ab hæreditate, & veluti hoſpes ab eo hoſpitio exceptus, vel qui Chriſto nedum inimicus, ſed & hoſtis, ob id quia cum eo publice bellum habes, Hoſtiliter te habes, & hoſtilem in eum animum oſtendis, quãuis ipſe non in te ſęuiat, ſed benè bellum habeat cum peccatis tuis *Chriſtum uenire quid times?* .i. cur: vel ad quid: *Chriſtũ times uenire*: vel *uenisſe* (ſic enim legerent qui tẽporis rationem accuratius obſeruarent, ſed hanc lecturam prohibet carminis regula) an putas regni tui ſucceſſorem natum? vtique verum eſt quod ſit rex, & iudæorum ideſt confitentium: vel credentium rex, non ab hominibus, ſed à deo conſtitutus non ſolum vt ſit rex, ſed vt ſit rex regum, & dominus dominantium, ſed non externa facie regnabit, qui pauperibus: & diſcalceatis hominibus aſſociatus videbitur, & aſello inſidebit, qui licet ſit dñs: & ſolus dñs: & tu, & tui ſimiles domni ſitis per ſincopam, non domini, vt ex hoc oſtendatur quod breue ſit, & nullius momenti veſtrum dominum, *Non eripit tamen mortalia, qui regna* paratus eſt dare *cæleſtia*, vt ſit ſenſus: o Herodes, iuſtam non habes timendi cauſſam, ob id quia natus eſt dominus, nam dabit, & regna cæleſtia æterna largietur: non eripiet, auferet, tollit mortalia ideſt res mundanas à mortalibus, & de breui caſuras, vt eſt regnum tuum, quid turbaris Herodes? rex iſte non eſt natus, vt tibi ſuccedat, palam enim dicit regnum ſuum non eſſe de hoc mundo non capit Chriſtum regia tua, nec mundi dñs poteſtatis tuæ ſceptri eſt contentus anguſtijs: ſed natus eſt, vt in eum mundus fideliter credat, venit: nõ vt pugnet viuus, ſed ut triumphet occiſus venit non ad

Dies epiphaniæ non deberet dici dies Epiphaniæ ſed epiphaniarum, & quare.

Quę differẽtia ſit inter hoſtem, & inimicum.

Multi dicti ſunt Herodes.

Act. 12. c.

Inuehitur in herodem auctor lepidiſſime.

Pſal. 2.

Ioan. 18. c.

exigendum tributum, vel exercitum ferro armandum, hoſteſque viſibiliter debellandos, ſed vt mentes regat, vt in æternum conſulat, & vt in regnum cælorum credentes, ſperantes, amanteſq; perducat, noli igitur huius naſcentis timere infantiam, ſed magis time iudicantis omnipotentiam, hoc tempore iudicabitur, qui alio tempore iudicabit, quare noli eum timere regni tui ſucceſſoré, ſed tuæ infidelitatis iuſtiſſimum damnatorem. *Ibant magi quam viderant ſtellam &c.* hoc loci auctor hymni proclamatione facta in Herodem incipit agere de tribus illis miraculis, & apparitionibus quibus apparuit dominus noſter, & diem hunc præclarum ornauit. Hodie .n. paruulus rex noſter paucis à natiuitate tranſactis diebus, ſtella declarante: primitijs gentium apparuit. Hodie quoque cum iam triginta fermè in diſpenſatione carnis egiſſet annos, qui ſecundum diuinitatem idem ipſe eſt, & anni ſui non deficiunt, inter populares turbas abſconditus ad Iordanem baptizandus aduenit, & teſtimonio dei patris innotuit, Hodie tandem cum diſcipulis ſuis vocatus ad nuptias deficiente vino, ſigno mirabili ſuæ potétię aquas in vina mutauit, & primum agit de ea apparitione quæ in infantia ſaluatoris facta eſt, qua agnitus eſt à magis, quæ cęteris mirabilius eſt admiranda. Ait ergo. *Ibant magi &c.* Hi magi reges fuerunt, & ſic dicti à magnitudine ſcientię, nam quos græci philoſophos, iudæi ſcribas, latini magiſtros vocant, Perſæ, vel Chaldęi magos appellant, qui olim ſtellarum interpretes dicebantur: qui pręddiuinabant qualiter ſe haberet quiſque cum naſceretur, cuius artis ſcientia vſq; ad euangelium fuit conceſſa: Poſtea vero dicti ſunt magi: qui vulgò incantatores, & malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi elementa concutiunt, mentes hominum turbant, & ſine vllo veneni hauſtu violentia tantum carminis interimunt. Hinc apparet non eſſe in totum dubiũ, quod nobilis ille poeta de fœmina quadam, quę magicis artibus excellebat dixit. Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes: quas velit, aſt alijs duras immittere curas, ſiſtere aquam fluuijs, & vertere ſidera retro: Nocturnoſque ciet manes, mugire videbis ſub pedibus terram: & deſcendere montibus ornos, & quod prudentius de mercurio ſcripſit, Murmure nã magico tenues excire figuras, atque ſepulchrales ſcire incantare fauillas, vita itidem ſpoliare alios, ars noxia nouit. Et quod lucanus ait: Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni, incantata erit. Horum ars magica (in qua præualere ſolent orientales) dæmonum inuocatione conſtat, & infandis incantationibus: quam & leges omnes execrantur: & Plinius autem hanc inteſtabilem vocat, irritam, & inanem.

Pſal. 101.
Tribus miraculis ornatus dies Epiphanię.
Matt. 3.c.
Ioan. 2.c.
Quid ſignificet hoc nomen magus.

nem, noſtri verò, magicas præſtigias appellant, eo quod rerum veritatem ementiantur, ſed hi magi noſtri, malefici non fuerunt, & inimici dei (de quibus non declinetis ad magos) ſed ſapientes aſtrologi, qui ab vltimis orientis partibus venerunt, non de vicinis partibus iudeæ ex parte orientis (vt quidam putant) qui (ſicut Romæ inditia Natiuitatis Chriſti apparuerunt in olei fluxione, & in Hiſpania, in qua tunc temporis apparuerunt tres ſoles paulatim in vnum coeuntes) ſic in apparitione ſtellæ in oriente habuerunt inditium & ſignum magni regis nati, aſſueti enim in conſideratione cæleſtiũ corporum, & ideo eis dominus condeſcendens per conſueta vocare voluit, ideſt per ſignum ſtellæ: quæ apparuit eis, quæ non fuit vna cæleſtium ſtellarum, quę ab initio creatæ fuerunt, & itinerum ſuorum ordinem ſub creatoris lege cuſtodiunt, & conſtat ex hoc: quia apparebat non ſolum in nocte, ſed & in die, quia quandoq; apparebat, & quandoque occultabatur: quia non habebat motum continuum, ſed quum oportebat ire magos, ibat, quum oportebat ſtare, ſtabat: ſicut de columna nubis erat in deſerto: ſed de nouo creata fuit: illuſtrior, & pulchrior cæteris ſideribus: non in cælo, ſed in aëre vicino terræ: quę ſecundum voluntatem diuinã mouebatur, vnde non rectè opinati ſunt qui dixerunt (pace eorũ dixerim) ſpiritum ſanctum apparuiſſe magis in ſpecie ſtellæ, ſicut in ſpecie columbę apparere debebat ſuper Chriſtum: & qui dixerũt angelum apparuiſſe eiſdem in ſpecie ſtellæ: qui apparuit paſtoribus in ſpecie humana. Ait ergo *Magi ibant*, & iter longiſſimum in tredecim diebus peregerunt, partim diuina adiuti virtute, & partim dromedariorum velocitate, *Stellam præuiam ſequentes*, quę præcedebat eos, vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer, cuius lumine, & claritate *requirebant lumen* ideſt Chriſtum qui dicitur lux mundi, lumen prodiens de lumine, & luce patris, vnde ipſius ſplẽdor. & candor dicitur, quique lumen ad reuelationem gentium, vnde tunc verificatum eſt quod olim Iſai. dixit ambulabunt gẽtes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui, quam quidem ſtellam intrantes Hieroſolymam perdiderunt, & humanum conſilium flagitantes, diuinum amiſere ducatum, & conuerſos ad terrenum documentum, ſignum cæleſte deſeruit, ſed relictis Herode, & Hieruſalem (quæ ad nouæ ſalutis ortũ turbatione herodiana mota erat) iterum apparet, & antecedit illos, & illius ducatum cum ingenti gaudio ſequentes, veniunt ad locum vbi puer erat, & intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes, *munere fatentur Deum*, ideſt muneribus ture, auro, & myrrha pro

Leuit 19.c.

vnde uenerint Magi.

Stella quę apparuit magis de nouo creata fuit.

Ioan. 8 a.

Isai. 60.c.

Magi obtulerunt domino aurũ tus et myrrhã &c. nunciant: quem inuenerunt, eſſe deum nedum, ſed regem, ſed mortalem, qui ſi obtuliſſent aurum tantum: fortaſſe poterat dici, quod paupertati matris voluiſſent conſulere, vt haberet nimirum vnde paruulum poſſet filium educare, at quia & cum hoc, tus & myrrham obtulerunt, ſine dubio his myſticis muneribus prædicant ipſum deum eſſe & ſacerdotẽ: In dono lacrymæ arbuſculæ libani tus enim in dei ſacrificijs ponitur & templorum ſuffimentis dicatur, in dono auri fatentur ipſum regem eſſe, aurum enim quippe regi cõgruit, in dono myrrhæ (qua mortuorum cadauera condiuntur, ita vt illa incorrupta conſeruet) mortalem, & pro omnium ſalute moriturum, & ſaccum plenum miſericordia eſſe, à deo patre miſſum in terris, in paſſione conſcindendum, iuxta quod Dauid in perſo-
Pſal. 29. na eius ait conſcidiſti ſaccum meum, vt effundatur quod in eo latebat pretium noſtrum, quorum munerũ ſacramenta pulcherrimè iuuencus presbyter vno verſiculo comprehendit, tus, aurum, myrrham, regiq́; hominiq́; deoq́; : dona ferunt. Et benè hymni au-
ctor (ait) *deum fatentur munere*, nam quod ore, & voce deum di-
Tit. 3. c. cit eſſe apoſtolus quum ait: apparuit benignitas, & humanitas ſal-
Magi opere confitentur Chriſtum eſſe deum. uatoris noſtri dei, hoc iſti opere dicunt: angelus ad Mariam miſſus: filium dei, & altiſſimi vocat hunc paruulum, non deum, ſed quod tacuit ipſe: hoc voce explicauit apoſtolus, hoc opere declararunt magi: & maiora de eo fatentur: quam angelus, & apoſtolus, quia ingreſſi in ſtabulum, non offendit illos vilis habitatio ſtabuli: non pauperes cunę pręſepij: nõ pauperis matris pręſentia: nec lactentis infantia ſcandalizzat, nam & ſi viderent illum in diademate: quo coronauit eum mater ſua in ſacco mortalitatis, in carne tamen illa latentem deum crediderunt, quod monſtrat adoratio, indicat, & turis oblatio. Debeo abſque dubio angelo, ſed magis apoſtolo: ſed maximè regibus & magis iſtis, non magicis vanitatibus, & ſortilegijs deditis, ſed ſapientia pollentibus & bonarum artium ſtudio addictis, nam quicquid illi ſermonibus: iſti operibus: & muneribus: & factis confitentur, *Deum fatentur munere* (inquit hymni auctor) Hæc de prima apparitione. Quantum ad ſecundam ſequitur. *Lauacra puri gurgitis &c.* vt ſit ſenſus: *cæleſtis agnus*
Quid interſit inter primum & ſecundũ Adã. ideſt Chriſtus: qui de cælo venit, inter Adam enim primum, & ſecundum hoc intereſt, quia primus Adam de terra, & terrenus fuit at ſecundus fuit de cælo, & cęleſtis, qui cæleſtis dicitur, non quia de cęlo corpus ſecum portauit, quod traxit ex puris virginis ſan-
1. Cor. 15. c. guinibus: ſed quia cæleſti virtute conceptus, ac natus eſt, & abſque macula in terra conuerſatus eſt, qui agnus dicitur (ſic enim

eum appellant prophetę, vnus enim ait emitte agnum domine- *Iſa. 16. c.*
dominatorem terræ, & alter in perſona eiuſdem ego quaſi agnus *Hier. 11. c.*
manſuetus qui portatur ad victimam) quem quum vidiſſet Bapti-
ſta venientem ad ſe ait, ecce agnus dei, ad quem indicandum in *Ioan. 1 c.*
hac ſecunda apparitione venit columba, & magis hoc animal *venit colum*
quam aliud, quia nihil melius agno conuenit, quam columba: nam *ba ad Chri-*
quod agnus in animalibus: hoc columba in auibus: ſumma enim *ſtum indican*
vtriuſque innocentia: ſumma manſuetudo: ſumma ſimplicitas, *dum & cur.*
quid enim ſic alienum ab omni malitia ſicut agnus, & columba?
nocere cuiquam neſciunt: lædere non norunt: *Cæleſtis igitur hic*
agnus attigit, ideſt leuiter tetigit, *lauacra puri gurgitis*, ideſt bal-
neum (ſignificat enim lauacrum balneum: in quo quis commo-
dè lauari poteſt, & habet penultimam longam, non breuem (vt
multi imperiti pronunciant) cum deriuetur à ſupino lauatum, mu-
tato tum, in crum, ſicut à ſimulatum ſimulacrum: quod habet
abſque dubio penultimam longam. *Puri gurgitis*, puræ aquę Ior-
danis fluminis clari, & ſine ſorde, in Iordane enim baptizatus eſt
dominus a Ioanne baptiſta qui tremuit, nec audebat attingere ſan-
ctum dei verticem, caput adorandum angelis, reuerendum po-
teſtatibus, tremendum principatibus. Sed cur baptizari voluit? *Cur baptiza*
nunquid opus illi fuit baptiſmate? non egent qui ſani ſunt medi- *ri voluerit*
cina, nec mundatione mundi, ſanus erat, mundus erat, purus *Chriſtus.*
erat, liber erat à peccato nedum ex parte patris, cui per omnia ęqua
lis erat, nedum ex parte matris (de qua nullam volumus facere men
tionem quum de peccatis agimus) quem virgo perpetua exiſtés ſine
iniquitate concepit, & ſalua integritate peperit, ſed etiam ex par-
te ſua, quam enim maculam habere poteſt agnus ſine macula? ad *Matt. 3. c.*
quem locutus baptiſta ait, ego à te debeo baptizari, & tu venis ad
me? ad quid igitur baptizari voluit? Reſpondet auctor hymni,
Peccata quæ non detulit, nos abluendo ſuſtulit, vt ſit ſenſus, ad hoc
baptizari voluit, non quia baptiſmate egebat, non tantum vt o-
ſtenderet ſe eſſe nouæ legis auctorem, qui quum circuncideretur
oſtendit ſe fuiſſe etiam veteris legis auctorem, qui cum ad ſer-
uum dixerit per ſeipſum, prius, omnis anima, quæ non circunci-
ſa fuerit in carne præputij peribit de populo ſuo, per filium dixit *Gen. 17. c.*
poſtea: niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto non poteſt *Ioan. 3. c.*
introire in regnum dei: ſed vt baptiſmo ſuo aquas lauaret, & pec-
cata quæ in lauacro non *detulit*, ideſt portauit, attulit, (nulla e-
nim peccata admiſit, aut perpetrauit, quæ baptiſmo ablueret, tol-
leret, auferret, deſtrueret, *nos abluendo*, nos enim abluti ſumus,
non ille

non ille, quia nobis lauandis, aquæ cognoſcuntur ablutæ, quibus leui tactu ſuç mundiſſimæ carnis vim regeneratiuam contulit, & lauit crimina ſponſç eccleſię, quæ hodie cæleſti ſponſo iuncta eſt, non obſtante quod hæc ſponſa, ſponſo ſuo multum genere ſit inferior, inferior ſpecie: inferior dignitate, attamen propter iſtam æthiopiſſam de longinquo filius æterni regis aduenit, & vt ſibi deſponſaret illam: etiam mori pro ea non timuit, quod non fecit Moſes ptopter ſuam: quam non ſolum lauit, ſed adhuc lauat, & lauabit quandiu glorioſam illam exhibebit nõ habentem maculam neque rugam, nunc lauandi tempus, nunc purificatione opus habe-
Eph. 5.c. mus quando nemo mundus à ſorde, nunc abluitur ſponſa: nũc purificatur, vt in cæleſtibus nuptijs ſponſo ſuo ſine omni macula pręſentetur, in quibus non deficiet vinum, omnes enim inebriabimur ab vbertate domus dei, ſemperque audiemus comedite amici, bi-
Pſal. 35. bite, & inebriamini chariſſimi: Baptizari etiam voluit: vt ſalua-
Cant. 5. ret nos, & vt veterem Adam ſepeliret in aquis, & vt per hoc ſanctificarentur aquę iordanis, vt ſicut ipſe erat ſpiritus, & caro, ſic & his, qui baptizandi erant in ſpiritu, & aqua, ſanctificationis ſucceſſio traderetur, & vt aſcendens ex aqua, ſecum quodammodo demerſum mundum educeret, & eleuaret. Hæc de ſecunda apparitione in qua baptiſtæ apparuit vt agnus, & per patrem declaratus eſt filius dei dilectus, qui ſuper aquas multas intonans ait, Hic eſt filius
Matth. 3. c. meus dilectus. Quantum vero ad tertiam ſequitur hymni auctor. *Nouum genus potentię &c.* vt ſit ſenſus, non ſolum hac die apparuit magis regibus Chriſtus noſter verus homo, & ĩter vbera matris infans, ob quod conuenienter illi poteſt offerri myrrha: non ſolum in Iordane cũ baptizaretur à Ioanne manifeſtatus eſt vt verus filius dei, ęterni regis, ob quod conuenienter poteſt illi offerri aurum, ſed hac die quum in vinum aquam mutauit, apparuit verus deus, ad cuius imperium natura mutatur: ob quod conuenienter poteſt illi offerri tus, quis enim vnquam audiuit aliquem alium aquam in vinum mutaſſe? non mirum ſi hymni auctor dicit. *Nouũ hoc eſſe genus potentiæ*, & inauditum, præcepit enim hydrias ideſt vrnas aquarias, & aquis capiendis vaſa accommoda, impleri aqua, quod cum factum eſſet, *aquæ hydrię*, ideſt aquę in hydrijs, vel aquę hydriarum nutu, & imperio conditoris naturæ nedum rubeſcere ceperunt, ſed in vinum, & quidem optimum, mutatę ſunt, *Et unda iuſſa fundere* ideſt ſpargere, & abundanter dare *vinum* quãdo occulta dei virtute iuſſa eſt in vinum mutari, *Mutauit originem*, quæ enim prius, & natura, aqua erat, poſtea ſupra naturam, & iuſſu auctoris natu-

naturæ, ſupernaturaliter in vinũ conuerſa eſt, quo declarauit Chriſtus gloriam ſuam, vnde & D. Ioannes ait & crediderunt in eũ diſcipuli eius, & quia mirum immodum hoc ſignorum initio manifeſtauit Chriſtus gloriam ſuam, ſubditur ob id in hymno, *Gloria tibi domine &c.* quę hymni clauſula non eſt Sedulij, ſed ab eccleſia adiecta ad claudendum hymnum, qua gratias agimus deo, pro beneficio: non vnius apparitionis tantum ſed trium, quę vno die factæ ſunt (de quibus ad plenum ſupra) *F*axit deus vt gratia ſua etiam aquam carnis, & ſenſus noſtri mutet in vinum ſpiritus, & rationis: & ſicut huc uſque exhibuimus membra noſtra ſeruire immunditię: & iniquitati ad iniquitatem: ita & ex nunc exhibeamus illa ſeruire iuſticię in ſanctificationem per Chriſtum dominum noſtrũ. Amen.

Ioan. 2. c.

Rom. 6. c.

Hymnus ad laudes in feſto Epiphaniæ domini.

SEquitur expoſitio hymni *O ſola magnarum urbium &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in Epiphania domini in quo auctor (quicumque ſit ille) præconizat Bethleem ciuitatem iudę, ob id quia facta eſt ſolum natiuitatis Chriſti, deinde loquitur de ſtella, & dicit hanc nunciaſſe magis ducem ſalutis veniſſe in terris cum carne terreſtri, illumquè deum eſſe, quam cum vidiſſent magi, admoniti vaticinio Balaam cuius ſucceſſores erant: illius ducatum ſequentes, veniunt vſque Bethleem, & vt viderunt, quem quęrebant, proni in terram adorantes ipſum, obtulerunt ei munera, quibus & regem, & deum, & mortalem eſſe faſſi ſunt.

Ait ergo *o Bethleem* Iuda ciuitas Dauid quæ à iebuſeis cõdita fertur, & vocata primum effrata, at quando Iacob pecora ſua pauit, eidẽ loco bethleem nomen impoſuit, quodam vaticinio futuri, quia domus panis interpretatur, propterea quia ibi is naſci debebat, qui deſcendere de cęlo debebat, & appellari, vel dici panis viuus, *ſola magnarum urbium maior*, & ob id maior magnarum vrbium, *Cui contigit cęlitus* ideſt e cælo *gignere ducem ſalutis incorporatum* ideſt corpore carentem, verbum enim ſpiritus. & deus, in ea caro factum eſt, & habitauit in nobis de quo propheta Baruch: Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, o ſi ſeptem vrbes certarunt de ſtirpe inſignis homeri, Smirnha, Rhodos, Colophõ, Salamin, Chios, Argos, Athenę, & vnaqueque putabat ſe felicẽ eſſe, quia talem, ac tantum virum genuit, qualem felicitatem non eſt adepta Bethleem, cui contigit in lucem ędere conſtitutum Hæredem vniuerſorum à domino per quẽ fecit, & ſecula? verè Chriſti ſerua-

à quibus cõdita fuerit bethleem, et quõ primum vocata.

Baruch. 3. c.

Septem urbes certarũt de ſtirpe Homeri.

Heb. 1. c.

ſeruatoris noſtri natalibus illuſtris facta eſt, quæ non ſepulchro Ieſſe patris Dauid, non rachelis occubitu, nec ottu, extintioneque Dauidis, facta fuit vmquam celebris, Audi Michæam, & tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda, & cauſſam reddens ſubdit, ex te enim exiet dux, qui regat populũ meum yſrael. *Quem ſtella quæ ſolis rotam &c.* ſenſus eſt, *quem* ducem ſalutis natum in Bethleem, cuius ortus cum nollet deus latere primordia, ſed ab omnibus agnoſci, qui dignatus eſt pro omnibus naſci, *ſtella quæ decore, ac lumine uincit rotam ſolis.* Nouę enim claritatis erat, illuſtrior, ac pulchrior cæteris ſideribus *nnnciat*, prædicat *veniſſe terris cum carne terreſtri*, *Deum* ideſt & eũdem eſſe deũ: illa enim ſtella uiſa: magi dixerunt ad inuicem, Hoc ſignum magni regis eſt, eamus & inquiramus eum, & offeramus ei munera, & ſuperni luminis ductum ſequentes, veniunt hieroſolymam, putãtes in regia ciuitate ipſum eſſe natum, at quia qui ſerui formam ſuſceperat prælegit bethleem natiuitati, & hieroſolymam paſſioni, inde bethleem veniunt; & ad agnitionem veritatis, gratiæ ſplendore ducuntur, vnde intrantes domum *poſtquam illum magi videre.* i. viderunt *Promunt* ideſt in medium afferunt, proferunt, aperiunt, *Munera eoa*, ideſt orientalia, *& ſtrati* ideſt humi extenſi, atque proſtrati. *votis* ideſt pro optatis deſiderij aſſecutis, *offerunt* tus: quod prouenit in regione ſabeorum, quæ fœlicis arabiæ pars eſt, iuxta illud: India mittit Ebur, Molles ſua tura Sabæi, *Myrrham*, eſt enim myrrha arbor (quę gręce Smirna dicitur) in Arabia naſcens, à cuius cortice inciſo, lachryma (quę & ipſa etiam myrrha dicitur) erũpit, & egreditur, quæ mortuorum cadauera incorrupta conſeruat, ſed precioſior eſt gutta, quæ ſponte manat, quam quæ vulnere corticis elicitur, quę vilior iudicatur, *Et aurum regium*, omnium metallorum pręcioſiſſimum ab aura ideſt ſplendore ita appellatũ, quia præ ceteris metallis fulget, vel dicitur ab Arion, quod eſt ſeruare; quia præ cęteris metallis ſeruatur, & ad uitæ pernitiẽ repertum (vt notat Plin.) *Regem cumque nunciant &c.* vt ſit ſenſus, quibus myſticis munerum ſpeciebus, fatentur ipſum eſſe regem Deum, & tãdem mortalem, vnde *Theſaurus* ideſt aurum *nunciat* ipſum eſſe *regẽ*, regi enim aurum conuenit, *Et fragrans* ideſt redolens *odor turis ſabæi*, nunciat ipſum eſſe *deum*, Deo enim turis ſoluuntur honores, & lachryma hæc, quę vni terrarum Arabię conceſſa eſt, diuinis ſacrificijs, & templorum ſuffimentis dicata eſt, & dicitur à Theos quod eſt deus, quia in ſacrificijs deorum adoletur, & ſacrificatur, *Et myrrhæus puluis prædocet ſepulchrum*, Chriſti glorioſum, ac per

Mich. 5. c.

hoc

hoc ipſum eſſe mortalem, cui ſit laus, & gloria in ſecula ſeculorũ. Amen.

Hymnus ad veſperas in feſto Sancti Andreæ epiſcopi & confeſſoris ordinis carmelitarum.

SEquitur expoſitio hymni. *Gaudeat magnæ &c.* qui dicitur ad veſperas, & ad matutinum nocturnum in feſto ſancti Andreę epiſcopi & confeſſoris ordinis carmelitarũ, in quo auctor hortatur ut ſecta carmeli nunquam ceſſet à laudibus dicendis, ob id quia habet Andream florentinum epiſcopum feſulanum, & confeſſorem, qui ſuis meritis auxit honorem ordinis & religionis, de quo multa recenſere videtur, & quod fuerit fortis, patiens, vita integer, pietate feruens, cuſtos pauperum, benignus miſeris, iuris amator, & quod populum domini monuerit ſacris legibus. Ait ergo *Gaudeat magnę &c.* verborum ſenſus eſt, *ordo magnæ genitricis &c.* ideſt fratrum carmelitarum, qui dicitur ordo beatæ Mariæ virginis de monte carmelo, ortum enim habuit à ſtrenuiſſimis viris ſolitarijs, & contemplationi deditis, quos alio nomine vocãt anachoretas, qui adiutores apoſtolorum Chriſti militum perfectorum, & ſequaces ſanctorum prophetarum Heliæ, & Heliſei, & forſan etiã D. Ioan. Baptiſtæ, de monte carmelo deſcendentes per Galileam, Samariam, & Iudæam: fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt, quique in honorem B Marię virginis in montis carmeli decliuio oratorium fabricantes, ſpecialiſſimè illi ſeruierunt, ob quod ele gerunt ipſius titulum, vt dicerentur fratres B Marię virginis de mõte carmelo, & ſic deinceps vocati ſunt. *ordo igitur magnę genitricis*, de Carmelo *Gaudeat* .i. lętetur gaudio, & lætitia animi, & *veneranda ſecta carmeli*, quæ ortum habuit (vt diximus) ab his qui de mõte carmeli deſcẽdẽtes fabricauerunt oratorium ibi in honorem B. virginis, *nunquam ceſſet per æuum*, ideſt tempus, ſeculum, & ætatem longam, atque perpetuam, Hoc. n. propriè æuum eſt, *omne reſonare laudibus magnis*, ita vt lætitia illa animi, ſignis, & exultatione vocis, atque membrorum oſtendatur, ac declaretur. Sed dices, quæ cauſſa gaudij, & exultationis? Reſpondet hymni auctor *Ecce confeſſor &c.* & quia vtitur aduerbio demonſtandi *ecce* q᷑ apud virgiliũ aliquod repentinum, & inſperatũ ſignificat, & in rebus improuiſis hac particula vtuntur probati auctores, monſtratur ob id non aliquod improuiſum, nam religioni intactæ matris dicatus fuit almus hic Andreas, priuſquam in vtero conciperetur. Sed aliquod inſperatum, & aliquod magnũ, ſicut quum in ſcriptura dicit. Ecce virgo

A quibus ortum habuit ordo carmelitarũ vide.

Aa conci-

Iſai. 7. c. concipiet, & pariet filium, & ecce mulier quę erat in ciuitate peccatrix: & ecce vir nomine Zacchęus, an non magnum hoc fuit Andream agnum ex lupo factum? (lupum enim pro homine peperiſſe in ſomnis vidit mater eius peregrina nomine) & factum beatæ Mariæ virginis ouile penetraſſe? hoc magnum, ac repentinum oſtendit hymni auctor quum ait, *ecce confeſſor*, vt ſit ſenſus, *ecce* qui iuſſa parentum in omnibus negligebat, quem mater animo concitato, videns non poſſe illum à peſſimis ſuis moribus reuocare, allocuta eſt dicens, tu profecto inquit lupus es, quem in ſomnis viſa ſum peperiſſe, ex lupo agnus factus eſt, *& amictus humeros veſtibus ſacris almę genetricis ordinis auctor* euaſit. & *confeſſor omni ſeculo nobis* ideſt à nobis, & per nos *celebrandus*, vbi notandum quod hoc loci nomen illud *auctor* non ſignificat nobis principem, primum, & caput (neque enim verum eſt quod ſui ordinis is fuerit princeps, primus: caput, ac inſtitutor) ſed vel dicitur auctor ideſt approbator ordinis ingreſſu ſuo ad ordinem: vel dicitur auctor ab augendo quia auxit ordinem perpetuo lucro ſuis meritis, quod monſtrat hymni auctor in carmine tertio ſequentis verſus, Ait *enim ecce carmeli etc.* vt ſit ſenſus, *ecce proles alta* ideſt excellens ſublimis, & magna *carmeli micat* ideſt ſplendet fulget, coruſcat, honeſtans florentinam *patriam* ideſt decorans: honore afficiens *multis titulis* ideſt laudibus & dignitatibus, & *meritis tuis augens honorem religionis* carmelitarum *hic fuit &c.* explicat hoc verſu hymni auctor pręclara multa de ſancto Andrea, & quod *fuerit fortis*, terrenas enim cupiditates ſubiecit pedibus, & tantę fortitudinis factus eſt, vt cunctas animi perturbationes ſuperaret, vnde & ad ſectandam domini fortitudinem miſericorditer hortabatur omnes: vnicuique dicens eſto fidelis vſque ad mortem (ait Chriſtus in Apoc.) & dabo tibi coronam vitę, & quod *fuit patiens* didicit enim quod patientia nobis neceſſaria ſit multum, quę magnam habet (vt D. Paulus ait) remunerationem, æquo animo tolerauit probra, hinc de eo ſcriptū legimus: quod obturabat aures ſuas ne audiret verba detrahentium ſibi, & quod *fuit integer in omni vita*, viuens enim dicitur de eo quod fuerit integer ideſt perfectus moribus ita vt nihil illi deeſſet, innocens, candidus, nulloque vitio corruptus, hinc dicitur de eo quod virgo electus: virginitatis integritatem perpetua integritate ſeruauit: firmus ſemper ac recens: & laboribus non fractus, corpus enim ſuum aſſiduis flagellis macerans in ſeruitutem redigebat, cilitio illud domabat, & ieiunio caſtigabat, & quod *fuit feruens pietate cuſtos pauperum, et benignus miſeris*, quos ſuis facultatibus educabat, hinc de eo dicitur quod

Lucæ 7 c.
Lucæ 19. c.
Lupum pro homine peperiſſe in ſõnis uidit mater S. Andreę epiſcopi feſulani.
Auctor ordinis qũo poſſit dici D. Andreas.
Apoc. 2. c.
Heb. 10. c.

quod paſcebat pauperes, quibus clanculum præbebat alimoniam, quorum pedes lauabat qualibet quinta feria in memoriam humilitatis Chriſti, & miſeros ſolabatur, & egeſtate affectos non modo videre: ſed nec audire ſine lachrymis poterat, Dicit etiam de eo qđ fuerit *iuris amator*, nam viduarum, & pupillorum cauſſam ſuſcipiens: nunquam à charitatis officio diſcedebat, & tandem dicit de eo quod *doctus antiſtes domini*, epiſcopus, & ſuper intendens monebat ideſt obſecrabat, increpabat, arguebat cum omni patientia, & doctrina *populum ſacris legibus*, ſibi commiſſum, ita vt *nulla pars uitæ ſibi prӕteriret inſcia curę* ideſt ſolicitudinis, & amoris, qua videlicet cura excruciabatur ideſt abſumebatur ita ut cor ſuum ederet, timebat enim ne contra ſe diceretur: Paruuli petierunt panem, & non fuit qui frangeret eis, vnde non mirum ſi in ſummis cælorum: *Tren.* 4 c.
in conſpectu agni meruit locum accipere, apud quem cum poſſit plurimum, dicamus illi omnes, Beate Andrea intercede pro nobis apud deum, qui cum patre, filio, & ſpiritu ſancto vincens tempora, cuncta nutu regit, & gubernat. Amen.

Hymnus ad laudes in feſto ſancti Andreę epiſcopi, & confeſſoris ordinis carmelitarum.

SEquitur expoſitio hymni *Chriſte carmeli decus &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto Sancti Andreę epiſcopi ordinis carmelitarum, in quo auctor orat deum vt accipiat vota, & deſideria præcantium in hac memoranda die feſti S. Andreę, de quo dicit quod mortales honores, & ſeculi fragilis triumphos ſpreuerit, & quod iuuenis pudicus intrauerit clauſtra ordinis matris intactæ, & quod hoſte ſepulto referat æternos honores, Ait ergo *Chriſte carmeli &c.* vt ſit ſenſus: o *Chriſte* qui es *carmeli* ordinis (cuius initium in monte carmeli, qui eſt in confinio paleſtinæ atque phœnicis iuxta ptolemaidam mari imminens, qui hebraicè dicitur chermel, vel in monte carmeli galileæ in terra promiſſionis) *Decus atque norma* ideſt regula, extra quam nil rectum fieri poteſt, qua omnia diriguntur, & metuntur, ad quam ſtructura noſtrorũ operum omnis reſpondeat oportet, dirigatur, & conformetur, conformes fieri (ait D. Paulus) imaginis filij ſui, qui es *gaudium men- Rom.* 8 c.
tis, cuius diem vt vidit Sanctus Abraham gauiſus eſt: cuius typum *Ioan.* 8. c.
quum geſſiſſet yſaac non mirum ſi ex riſu nomen accepit, riſerat. n. *Gen.* 17. c.
pater quando promiſſus eſt ei admirans in gaudio riſerat etiam ma *Gen.* 18. c.
ter eius quando promiſſus eſt ei dubitans in gaudio, qui es etiam

Pietatis auctor, & pietas immenſa, quæ cogit te vt ferres noſtra crimina, crudelē mortem patiens, quaue etiam coact⁹, & victus mala noſtra ſuperas, & tandē *qui es porta*, per quam qui intrat ſaluat, *quaue cælos gradimur* .i. per quam cælos ingredimur: & intramus, & vtitur hymni auctor verbo ſimplici gradior, pro ſuo cōpoſito ĩgredior, vel vt oſtendat ꝙ ad cælorũ regnum, paſtum, & paſcua, non accedimus niſi gradiendo, & ambulando in luce, & exercendo opera lucis, *ſuperne* vbi nota ꝙ hæc dictio pōt legi nominaliter vt ſit vocandi caſus, & coniungat vocatiuo illi Chr̃e, vt ſit ſenſus *o Chriſte ſuperne*. i. qui es ſupra oēs non elatus, Poteſt ēt legi aduerbialiter vt tantum valeat, quantũ deſuper, & coniũgat verbo, & dictioni illi *accipe uota*, & ſit ſenſus *o Chriſte accipe uota* nr̃a .i. deſideria noſtra, *ſuperne* .i. deſuper, & de ſummo cælorũ. *Hæc erunt nobis &c.* ſeries verborũ hic eſt, *et hic dies feſtus à nobis memorandus referens Andreæ beati annua*, ideſt anniuerſaria *ſacra* hęc, quæ ſemper, & ſingulis annis erunt *celebranda à nobis. Ille mortales &c.* ſenſus eſt, & merito quidem celebrantur ſacra anniuerſaria huius ſancti & ſingulis annis à nobis, nam dum viueret hæc ſibi comparauit, *Mortales enim honores fugiens, & ſpernens triumphos ſeculi fragilis*, orauit B. virginem lachrymis aſſiduis faciem irrigans intra eccleſiam carmelitarũ, vt ſe lupum in agnum vertere dignaretur, cui virgo apparuit dicēs, ſeruus meus es tu Andrea, quia in te gloriabor: vnde mox *Iuuenis pudicus clauſtra virginis intactę ſubiuit*, ideſt intrauit, & virgo electus, virginitatis dignitatem, perpetua integritate ſeruauit, canit enim de eo quod virginis matris veſtigia ſequens, carnis corruptionem non nouit, & virgo religionis clauſtra ingrediens, ē corporis ergaſtulo ab oĩ immunditia carnis intactus exiuit, qui etiã in religione terrenos honores contempſit, & vani ſeculi pōpas, nam cũ ſciret ſe iam deſignatum in ep̃m ſęſulanæ ciuitatis, timens ne ſub onere tanto deficeret, fugit, & apud carthuſieñ. latitauit, qui tandem manifeſtatus à puero duorum annorum, per cuius os loquutus ſpiritus ſanct⁹ ait: quem quęritis, ecce apud carthuſieñ. orat, ibique eum inuenietis, cognĩta dei voluntate: pontificatus onus conſtanti animo ſuſcepit, *Cãdido ſplendet &c.* ſenſus eſt: qui *ſplendet candido amictu* ideſt veſtibus albis indutus, candidiori clamyde intus in animo tegitur, & pontificalium ornamentorum *diadema fulgens gemmis, ſcapulas*.i. humeros, *& caput ornat*, *referens* hoc ſigno *æternos honores* ſibi collatos à deo: *hoſte ſepulto*, neque .n. hæc corona æternorum bonorũ (quę non eſt aliud quam edere de ligno vitę, qđ eſt in paradiſo, & ſedere in throno Chr̃i) conceditur niſi legitimè certantibus: cum

Dictio hæc ſuperne poteſt legi nominaliter, et aduerbialiter.

2. *Tim.* 2. *c.*

cum hoſte:illumq́; vincentibus, corona verò (ait quidã) victoribus
datur, & Chr̃us in Apoc. vincenti (ait) dabo edere de ligno vitę, & *Apoc.3 c*
ſedere mecũ in regno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum patre meo ĩ
throno eius, & quia in ſecundo carmine vltimi verſus, fit mentio de
flamine, tam in primo quã in ſecundo hymno, notandum quod ver-
bale nomen flamen, quod deducitur à flo, as ui. flatum tertiã in tri- *Flamen ver*
nitate ſuper ſancta exprimit perſonam, videlicet ſpiritum ſanctum *bale nomen*
à patre procedentem: & à filio incomprehenſibiliter, qui in hymnis *quid nobis ſi*
ſępe flamen idest ſpiramen & flatus appellatur, qui vnus deus, & *gnificet.*
auctor oĩum exiſtens cum patre, & filio, nec in minimiſſimo minor
illis, & ſi ab illis procedat, nutu regit, & gubernat omnia. Amen.

Hymnus ad veſperas in feſto S. Guilelmi ord. erem. S. Auguſtini.

SEquitᷣ expoſitio hymni *Alme caleſtis etc.* qui dr̃ ad veſperas, &
ad matutinũ nocturnũ in feſto S. Guilelmi ord. erem. S. Auguſt.
ꝙ celebratᷣ decima die mẽſis Februarij in quo auctor orat S. Gui
lelmũ vt pro nobis in cęlis ſit pius aduocatus, explicat, ꝙ fugiens ti-
tulos turgidos paterni gñis, & vanas furias orbis, petierit vaſtã ere-
mũ, & tandẽ ꝙ beatus fruatur gloria æterna ſanctorũ. Ait ergo, *Alme
caleſtis etc.* ſenſus eſt ò S. Guilelme *alme pater ipſe particeps caleſtis
coetus.* i. in partẽ ſortis ſanctorũ vocate, & cõgregationis & multitu-
dinis cæleſtiũ, *miſerate noſtrã sortẽ,* in miſerijs videlicet, quia ſumus
in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis, & in hac valle, q̃ miſeriarũ val
lis eſt: oramꝰ *eſto pro nobis.* i. in cauſſa nr̃a adeſto *pius aduocatus,* &
patronus apud deũ, & nõ accuſantis nos, ſed accuſatorũ cauſã agẽs
opẽ illis ꝑſta, atq́; fauorẽ, *Antra deserti etc.* ſenſus eſt: qui *perosus.* i.
valdè, & perfectè odio hñs *turgidos.* i. tumidos, & inflatos *titulos pa-
terni generis,* (aquitanię. n. dux fuit, & pictauieñ. comes) *et uanas fu
rias orbis, tandẽ petiſti sacra antra.* i. ſpelũcas, atra & obſcura loca *de-
ſerti,* in quibus ſobriè viuens, ſimul & pudicè: ſecretiſſimus penitus
ab oĩ hoĩum aſpectu, ſub D. p̃ris Aug. regula perfectus Chr̃i ſeruus
eſſe cepiſti nigro habitu indutus, & zona pellicea ſuccinctus, & loca
q̃ tpis incuria, vel diuturnitate labefacta erãt, reſtauraſti, & optimo
vitę tuæ exemplo illuſtraſti, & auxiſti, & pane ſolo, aquaq; conten- *eremi amã-*
tus, *refrenans effrenos ſtimulos carnis,* quam domabas, & affligebas *tiſsimus fuit*
indutus ad carnem tuam lorica quaternis confixa catenis, *immemor* *B. Guilelmus*
ipse tu nunquam fuiſti proprię salutis, ſic tuis tandẽ etc. ſenſus eſt, *ſic* *& bis Hie-*
tandem tuis meritis, quibus te deũ cõparaſti (neque. n. tantum eremi *rosolymam*
amantiſſimus fuiſti, ieiunijs, & orationibus, vigilijs, & diſciplinis, *petiit, & se*
corpus affligebas, ſed peregrinationibus: bis enim Hieroſolymam *mel limina*
viſitaſti, & ſemel magno deuotionis ardore limina beati Iacobi) *B. Iacobi.*

Beatus

Beatas ſedes occupas , *& ſine fine gaudens numine ſacro* ideſt deo, vel maieſtate dei, *frueris ęterna gloria diuum* ideſt deorum, & ſanctorũ: vnde oramus vt noſtri memor, ſedulas ad deum, quo frueris, prò nobis fundas preces. Amen.

Hymnus ad laudes in feſto ſancti Guilelmi ordinis eremit. Sancti Auguſtini.

SEquitur expoſitio hymni *Chriſte ſalus mortalium &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto ſancti Gulielmi ordinis eremitarum ſancti Auguſtini in quo auctor orat Chriſtum ut meritis & precibus ſancti Gulielmi remittat nobis debita, quæ in hoc ſeculo commiſimus. De quo explicat quod reſpuerit pro dei ſeruitio in hoc ſeculo manens, vana gaudia mundi, & ſeculi pompas, quod petierit antra deſerti, quod carnem docuerit ſeruire ſpiritui, & tandem quod clarus miraculis migrauerit ad cæleſtia. Ait ergo *Chriſte ſalus mortalium* ſenſus primi & ſecuudi verſus eſt ò *Chriſte ſalus* ſupple tu vera, certa, & ſecura *mortalium*, ideſt hominum morti ſubiectorum & *una*, ſolaque *ſpes credentium*, in quo ſolo ſpe
Pſal. 145. randum, & confidendum, & non in principibus aut filijs hominũ, in quibus non eſt ſalus, *precamur te uotis* ideſt deſiderijs *cordium*,
Prou. 23. *c.* quæ paramus tibi, qui non deſinis dicere fili prębe mihi cor tuum, *exaudi preces ſupplicum* ideſt humilium, & humili, ac deiecto corde ſupplicantium, *&* S. *Gulielmi precibus*, orationibus, & interceſſionibus *memor* noſtræ *naturę fragilis* ideſt caducæ, & mortalis, quis enim neſciat res humanas caducas eſſe, & fragiles, ita quod facilè frangi poſſint? *ignoſce noſtris debitis* ideſt veniam da, & illorum pęnam prętermitte, quæ commiſimus, perpetrauimus, & perfecimus: *In fluctibus huius mundi*, quibus veluti marino quodam æſtu ſemper agitamur, vt nulla nobis de ſalute ſpes ſit, niſi tu adiuues nos cognoſcens figmentum noſtrum, & quoniam puluis ſumus, & vmbra. *Hic uana mundi &c.* ſenſus huius, & ſequentium verſuum eſt, Dignũ eſt ò domine, vt memor ſis noſtri precibus ſancti Gulielmi, nam *hic manens in hoc ſeculo* pro tuo ſancto ſeruitio *vana mũdi gaudia*, *& ſeculi pompas reſpuens* i. deſpiciens, & contemnens, *ſubijt antra* .i. atra, & obſcura loca deſerti ingreſſus eſt, *& fortis hic athleta domini* .i. pugil, & luctator *docuit ſpiritui ſubſeruire* .i. diligenter ſeruire & obtemperare *carnem rebellem*, illique contrariam, ſemel enim deuicta, & in deditionem recepta, non permanet in fide, bellum inſtaurat, & ſpiritui, & rationi imperium detrectat, atq; recuſat,

recuſat, *tandem miraculis clarus iuſſu iudicis ſuperni*, cuius iudicium rectum eſt, *ex hac machina terreſtri migrauit ad cæleſtia*, & ex hac vita translatus mutauit domicilium, ibique ad habitandum ſe contulit habitatione priore relicta, & *factus eſt conſors*, ideſt ſocius, & particeps *gloriæ*, *quæ ſuperat omnes ſenſus*, oculus enim non vidit, *Iſa.64.c. et*
auris non audiuit, in cor hominis non aſcenderunt, quæ præparauit deus diligentibus ſe, *1.Cor.2.c.*
& lætatur ſine termino, & fine *in collegio*, ideſt congregatione, *Sanctorum: precamur ſancte domine &c.* ſenſus eſt: & nos habitantes in *hac caligine tetra* & obſcura terræ: *precamur* te ò domine qui es dominus dominantium, *ut gratia* & cauſſa *huius ſancti*: & per merita huius ſancti *remittas nobis debita* ideſt peccata noſtra, quæ in commiſſione fiunt, quando fit quod prohibetur, ſiue ſint ex infirmitate, ſiue ignorantia, ſiue ex certa malitia, vel in patris attributum quod eſt potentia: uel in filij quod eſt ſapiētia, uel in ſpiritus ſancti attributum quod eſt clementia, vel bonitas, & delicta etiam, quę in omiſſione ſunt, quando non impletur dei mandatum: ſicque cantabimus fortitudinem tuam, & exaltabimus mane miſericordiam tuam. Videntes quod factus ſis refugium *Pſal. 58.c.*
noſtrum in die tribulationis noſtræ. Amen.

Hymnus ad veſperas in Quadrageſimali tempore.

SEquitur expoſitio hymni *Audi benigne conditor &c.* qui dicitur ad veſperas in quadrageſimali tempore a prima dñica uſq; ad dominicam paſſionis, in quo auctor qui creditur fuiſſe beatus Ambroſ. dirigit orationem ad deum, vt in ſacro tempore ieiunij quadrageſimalis, reuerſis ad ſe exhibeat, & concedat remiſſionem peccatorum: & languidis medelam conferat, & cum corporali ieiunio etiam à vitijs: & peccatis abſtinentiam tribuat, ac largiatur. Ait ergo: *Audi benigne conditor &c.* ſenſus eſt: *o benigne*, & pie *conditor*, factor, atque creator rerum omnium deus, *Audi* gratioſe accepta *preces noſtras fuſas*, & quas fundimus, *cum lachrymis*, & fletibus *in hoc ſacro quadragenario ieiunio* ideſt in hoc tēpore quadrageſimali quod tempus eſt acceptabile, & dies ſalutis, & extenditur numero quadraginta dierum, vbi nota quod poſſumus exponere ly *Benigne* ita ut referatur ad vocatiuum conditor, & cum eodem accipiatur, ita ut & ipſum ſit vocandi caſus, ut ſit ſenſus, ò benigne conditor (vt expoſuimus) vel poſſumus exponere ita vt referatur ad ly *audi*, & aduerbialiter ſumatur, vt ſit ſenſus o conditor benignè audi ideſt clementer, & piè aduerte, & auribus percipe,

preces.

preces: orationes quas lachrymoſa mentis eleuatione ad te fundi-
mus. Hoc ieiunij tempore: & ſi exauditus eſt Dauid, qui hæc duo
Pſal. 38.c. connectit dicens, exaudi orationem meam domine, & auribu per
cipe lachrymas meas, & ſi cornelio ieiunanti, & oranti apparuit;
angelus ideſt dei miſericordia, ſi Chriſtus dicit genus eſſe dæmonio
Act. 10.c. rum quod eijcitur ieiunio, & oratione, & non alio modo: cur time-
bimus nos non exaudiendos, qui orationem, lachrymas, & ieiu-
Marc. 9.c. nium tibi opponimus? Angelus ad Tobiam ait, bona eſt oratio cum
ieiunio, quid de lachryma dicam? Si hæc magis affligit diabolum,
quàm infernale ſupplicium, ſi hęc vincit inuincibilem, & ligat om-
Pſal. 55. nipotentem? Audi igitur nos, ò domine orantes, & ieiunantes, &
pone lachrymas noſtras in conſpectu tuo. *Scrutator alme cordiũ etc.*
ſenſus eſt, o *alme* ſancte, & tranquille, *ſcrutator*, inueſtigator in-
Hier. 17.c. quiſitor *cordium* noſtrorum, quę praua ſunt, & inſcrutabilia: non
Danie 13.c. a te tamen, qui (vt Daniel ait) omnium abſconditorum es cogni-
Quid faciãt tor, & noſti omnia antequam fiant, *Infirma tu ſcis virium*, ſolent
qui orando qui orando volunt aliquem ad pietatem, & miſericordiam inflecte-
nolunt ali- re, aliquam prætendere excuſationis cauſſam, vel ignorantiæ, vel
quem ad pie debilitatis & infirmitatis, qua iudex molleſcat, ita ut in reum: non
tatem flecte ſic (ſicut oportet) excandeſcat, vnde dicunt per ignorantiam hoc
re. fecit, non aduertens quid faceret, infirmitate peccauit: non malitia,
ſic Dauid ait: miſerere mei domine quoniam infirmus ſum, ſic alle-
Pſal. 6. gans ignorantiam ait, delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas
Pſal. 24. ne memineris, ſic Chriſtus in cruce in extenuationem iniquitatis
iudęorum ignorantiam adduxit, quum patrem orans, ait, ignoſce
illis quia neſciunt quid faciunt, ſic Diuus Paulus miſericordiam
Lucæ 23.c. (ait) conſecutus ſum: quia ignorans feci in incredulitate, Quos imi
1.Tim. 1.c. tatus hymni auctor orans deum non ignorantiam adducit, ſed infir
mitatem, & debilitatem, vt vel ſic ad pietatem: & ad miſericordiam
inflecteret illum. *Infirma* (ait) *tu ſcis virium*, ideſt tu ſcis infirmita-
tem, fragilitatem, imbecillitatem humanarum virium, & poten-
tiarum, & carnis noſtræ, in qua non habitat bonum, per quam
Rom. 7.c. ſæpius prolabimur in peccatum: qua nitimur in vetitum, cupimus-
Caro noſtra que negata, quæ (non ſecus, ac agar Abrahæ ancilla contra ſaraym)
eſt ſimilis a- concupiſcit aduerſus ſpiritum, & rationem, quæ ſemper depreca-
gar. tur ad optima, idcirco quia benè noſti (o domine) figmentum no-
Pſal. 102. ſtrum, & quoniam puluis ſumus, & quod nedum de luto ſumus
Iob. 10.c vaſ que fictilia, & ſicut lutum: ſed ipſummet lutum: ſuſcita de pul-
Iſa. 64.c. uere egenos, & de ſtercore eleua pauperes. *Et ad te reuerſis exhibe*,
1.Reg 2.c. ideſt concede, ſuppedita, miniſtra: *reuerſis ad te*, conuerſis ad te

per

per veram contritionem, & iniquitatis cognitionem, & reuerſis nõ in dimidiato corde, ſed toto: non in mendacio, ſed in veritate *gratiam remiſsionis*, qua nedum culpa deleatur, ſed & tota pœna. Tu enim es qui dixiſti: Fornicata es (anima) cum amatoribus multis, reuertere tamen ad me, & ego ſuſcipiam te. *Multum quidem peccauimus*, ſenſus eſt, & quia ſcimus quod nedum tibi placeat cõtritio, ſed & confeſſio inperfectionis noſtræ, quam vident oculi tui, Nolumus eſſe de numero eorum: qui dicunt abſque peccato & innocens ego ſum, & propterea auertatur furor tuus à me, quia tu iudicio poteris contendere nobiſcum in eo tantum: quia diximus non peccauimus: potius cum hymni auctore dicemus. *Multum quidem*, certè *peccauimus* & peccatum noſtrũ multo grauius eſt peccatis quibuſcunque proximorum noſtrorũ, nam horum peccata paleæ ſunt, & feſtucæ, noſtra autem trabes, & plumbo grauiora, & nedũ pondere, ſed numero, quia ſupet numerum arenæ maris peccauimus, vnde nõ ſumus digni videre altitudinẽ cæli pra multitudine iniquitatis noſtræ, nec vocari amplius filij tui, tam viles facti ſumus iterando vias nr̃as, quibus irritauimus iram tuam, & ſpiritum tuũ cõtriſtauimus peccãdo corde, ore, opere, omiſſione, commiſſione, in deum, in eccleſiam: in proximum, cõtra leges, naturalem, diuinam, & poſitiuã, vt vere poſſit dici, vhe nobis quia peccauimus. Sed quid? deſperandum erit nobis ob id? Nequaquam, ſed enixè orandum ꝙ ſequitur. *Parce confitẽntibus*. i. ignoſce narrãtibus, & agnoſcentibus peccata ſua, pro eis veniam petentibus, & arguentibus illa in conſpectu tuo, qui remiſiſti impietatem peccati Dauid cum confiteretur aduerſum ſe iniuſtitiam ſuam tibi. *Ad laudem tui nominis confert &c.* vt ſit ſenſus, & *confer* ideſt tribue *languidis*. i. non corpore, ſed ſpiritu: corde, & animo ęgrotis, *Medelam*. i. medicinã, quę peccata pręterita nedum medeatur, iiſque remedium afferat, ſed & à futuris præſeruet, & gratiam collatam conſeruet, & augeat in nobis. *Ad laudem &c.* ideſt & hoc non propter nos, qui nec digni ſumus pane, quo veſcimur, ſed ad gloriam, pręconium, & laudem nominis tui, qui verè dixiſti in Ezech. Notum ſit vobis, quod non propter vos ego faciam, ſed propter nomen ſanctum meum, Neque enim nos in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis, ideo dele iniquitates noſtras, confer medelam non propter nos (qui etiam ſi fecerimus omnia quæ pręcepta ſunt nobis, ad huc ſerui inutiles ſumus) ſed propter te, vt oſtendas bonitatem, miſericordiam tuam, ſunt qui legunt. *Multum quidem peccauimus. Pęnaſque comparauimus ſed cuncta qui*

Hier. 3. c.

Ibi.

Nedum placet deo contritio ſed & confeſsio imperfectionis noſtræ.

Hier. 2. c.

Pſalm. 31.

Ezec. 26 c.

Luca 17. c.

ſolus potes conferre medelam languidis, quæ lectio licet ſeruet regulam & normam carminis, tamen quia non eſt in vſu, ſic legas (vt expoſitum eſt, & vt legitur in Romano nuper reformato Breuiario) *Sic corpus extra conteri &c.* ſenſus eſt, & quia ieiunium quo corpus attenuatur, & exercitatio corporalis, qua caro, quodam veluti freno, frænatur, ne contra ſpiritum ſæuiat, ad modicum eſt vtilis, niſi cum corpore, mens etiam à vitijs ieiunet, oramus: vt deus benigno fauore proſequatur ieiunia noſtra, & ſicut ab alimentis abſtinemus in corpore: dignetur concedere, vt à vitijs etiam ieiunem in mente, vera enim mortificatio: ad quem finem etiam ordinatum eſt ieiunium: conſiſtit in hoc: vt tam interior: quam exterior homo mortificetur: interior gratia mortificatur dei, eſt enim aſinus ille indomitus ſuper quem nullus hominem ſedet, nullus domare poteſt niſi deus, exterior autem abſtinentia: ne contra ſpiritum laſciuiat, ſub iugo igitur præmenda eſt hęc aſina: alioquin ſpiritum ſeſſorem excutiet: ſenſus igitur verborum eſt, *dona* domine *per abſtinentiam ſic conteri* ideſt caſtigari, affligi *corpus exterius* & deforis. (Neque enim contero verbum hoc loci pro eo intelligi debet: quod eſt in puluerem redigo, vel conſumo, ſed pro eo: quod eſt affligo, caſtigo, attenuo, & macero) caſtigari enim debet corpus exterius per abſtinentiam, non mortificari, & occidi: ſicut dominus caſtigans caſtigat: at morti non tradit homines (vt in pſ. legitur) & Diuus Paulus, vt caſtigati (ait) & non mortificati. Rationabile debet eſſe obſequium noſtrum ſecundum D. Paulum: non refert (inquit Diuus Hieronymus) vtrum magno vel paruo tẽpore te interimas, quia de rapina holocauſtum offert, qui vel ciborum nimia ęgeſtate, vel manducandi, vel ſomni penuria: immoderatè corpus affligit, Dona igitur ò domine ſic caſtigari, affligi, attenuari corpus exterius pęnitentialiter, *ut mens ſobria prorſus*, totaliter, & omnino, vel verè & certè ieiunet, & abſtineat *à labe criminum* ideſt à fœditate, & corruptione culparum mortalium, ad hoc enim ieiunium corporis ordinatur, vt per ipſum ſpiritus promptior operetur, ſcimus enim quod quadriga: quæ non eſt onerata: facilius trahitur, & nauis leuigata citius vento, & remigio ducitur, ſic attenuata carne per ieiunium, ſpiritus ad opera expeditior eſt: in cuius ſignũ 3. reg. hr̃: qđ Helias ieiunauit quadraginta diebus, & poſtea faciliter perrexit in mõtem dei Oreb, quod vt facilius fiat: ieiunet etiam mens à vitijs, quibus ſi onerata fuerit, non poterit eſſe expeditior, nec promptior ad opera quæ dei ſunt, ſi adeſt ieiunium corporis, & abeſt ieiunium mentis à vitijs, & concupiſcentijs, ad modicum eſt vtile ieiunium corpo-

Marginal notes: 1. Tim. 4. c. — Pſal. 117. — 2. Cor. 6 c. — Rom. 12. c. — *Mortificatio noſtra debet eſſe moderata & rationabilis.* — *Ad quid fuerit inſtitutũ corporis ieiunium.* — 3. Reg. 19. c.

corporis, deeſt enim finis: ad quem ordinatur talis corporalis exercitatio videlicet mentis purificatio, & tale ieiunium domino nõ placet, immo illud reprehendit apud Iſaiam: ſed illud ei placet, quo & corpus exterius attenuatur & mens, & anima interius à vitijs reprimitur, qui enim peccat, & ieiunat, non ad gloriam dei ieiunat, nec ſe humiliat, ſed ſuę ſubſtantiæ parcit, non in ſola abſtinentia cibi ſtat noſtri ſumma ieiunij, infructuoſè eſca ſubtrahitur corpori, ſi mens ab iniquitate & a propria voluntate (quæ inueniri non debet in die ieiunij) non reuocetur, & nota quod per corpus, quod ieiunio attenuari debet, intelligit hymni auctor omnia membra corporis, omnia enim membra peccarunt, omnia ieiunent, gula, oculus, auris, lingua, manus, & multò magis anima ipſa, & mens ieiunet à vitijs, ſine cuius ieiunio, cæterorum ieiunia reprobantur à domino. *Præſta beata trinitas*, perſonarum videlicet diuinarum, ideſt pręſta pater, filius, & ſpiritus s. *Concede ſimplex vnitas*, qui eſtis vnus, & iſdem deus in eſſentia, vt *Munera, & dona ieiuniorum*, quę nobis conceſſiſti, & in eccleſia ordinaſti, ad hunc finẽ, vt mens per ipſa purgetur, ſubleuetur ſenſus, caro ſubdatur ſpiritui: vitia cõprimantur, nebulæ concupiſcentiæ diſſipentur, *ſint fructuoſa*, ideſt meritoria *tuis* fidelibus ſeruis, & ita vt per ea virtutes illis largiaris, & præmia: per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Iſa. 58.c.

Ibi.

Omnia membra corporis ieiunare debent.

Hymnus ad matutinum in quadrageſimali tempore.

SEquitur expoſitio hymni. *Ex more docti myſtico &c.* qui dicitur ad matutinum per quadrageſimam vſque ad ſabbatũ dominicæ paſſionis, in quo auctor commendat ieiunium quadrageſimale, Hortatur nos ad ieiunandum, quod & patres veteris inſtrumenti fecerunt, ſuoq; ieiunio docuerunt, & Chriſtus ſuo etiã conſecrauit, & tandem Hortatur ad deo ſeruiendum in hoc ſacro ieiunij tempore, orationibus: alijſq; bonis operibus plusquam in alijs diebus, Ait ergo. *Ex more docti myſtico &c.* ſenſus eſt nos *docti ex more myſtico* ideſt conſuetudine ſacra, Diuina, occulta, & figurata, Myſtis enim græce, ſecretum dicitur latinè, vnde myſticus a. um. idem eſt: quod ſacer: diuinus, occultus, & figuratus, quia in ſe reconditam, atque ſecretam habet intelligentiam, & diſputationem, quum aliud dicitur, & aliud intelligitur, *Seruemus hoc ieiunium*, quot annis, & ſingulis annis, *ducto circulo notiſsimo & celebratiſſimo quater deno dierum*, ideſt quadrageſimale, quater enim decem quadraginta efficiunt, & eſt numerus in ſacris ſcripturis ſacratus

numerus quadragenarius ſcripturis ſacratus eſt.

cratus, & index perfectionis vitę, & ſignum plenæ ſatisfactionis, nā quadrageſimus numerus, ex quaternario, & denario, qui eſt primus limes numerorum, & ſignificat plenitudinem: ducitur, & ideo quadrageſimale ieiunium ſignificat ſatiſfactionem ductam pro omnibus transgreſſionibus legis, & euangelij, vetus enim lex conſiſtit in decem præceptis, & nouum teſtamentum in quatuor euangelijs, quæ duo ſanè indicant denarius, & quaternarius numerus, quorum præcepta frequenter transgreſſi ſumus quare oportet vt denarius per quaternarium multiplicetur, vt ſic quadrageſimam faciamus ideſt toto vitæ noſtræ tempore impleamus veteris, & nouæ legis præcepta: ſed dices quomodo quadrageſima numero quadraginta dierum completur, cum a die cinerum, quo ieiunium incipimus vſq; ad ſabbatum ſanctum incluſiuè (ſi optima fiat computatio) ſint dies quadraginta ſex? Reſpondeo quod ſi dies ſex dominici ſubtrahantur ab abſtinentia (dominici enim dies non afflictionis ſunt, ſed lętitiæ: vnde his diebus non inuenitur inſtitutum ab eccleſia ieiuniū, non plus in abſtinentia remanebunt, quam quadraginta dies, & inde quadrageſima dicitur, quod ſi ab his demantur quatuor primi illi dies, qui dies cinerum dicuntur, qui loco primitiarum poſſent eſſe: remanebunt tantum triginta ſex dies in abſtinentia, quo numero ſecundum D Gregorium ſoluimus deo decimas temporis totius anni, & decimas dierum, qui in lege iubemur offerre decimas rerum. Dum vero per trecentos ſexaginta quinque dies ducitur annus nos autem per triginta ſex dies affligimur, quaſi anni noſtri decimas deo dantes, & quia nobiſmetipſis per totum annum viximus, auctori noſtro nos, & in eius decimis per abſtinentiam mortificemur. At quia quadrageſima ſecundum quod incipit à prima dñica quadrageſimæ habet vſq; ad ſabbatum ſanctū incluſiue quadraginta duos dies, tale tempus deſignat nobis tempus quo filij yſrael morati ſunt in deſerto, ſicut enim illi morati ſunt in deſerto per quadraginta duas manſiones cibati manna, ſic nos ab hoc dominica vſque ad Paſcha per quadraginta duos dies à delitijs abſtinemus, & verbis vitæ reficimur orationi vacantes, & ieiunio, quibus duobus ſecundum Chriſtum in euangel. dæmonium eijcitur ideſt perfectè caro mortificatur: vt per Ieſum Chrūm in viuentium terrā introducamur, ſicut illi per Ieſu naue filiū Ioſue introducti fuerunt in terram promiſſionis, *lex & propheta* primitus &c. ſenſus eſt: *lex* ideſt Moſes, & prophetæ ideſt Helias, ij enim duo hoc temporis ſpatio ieiunaunt Bis Moſes (vt patet inſcriptura) Helias ſemel *Hoc* videlicet ieiunium quadrageſimale protulerunt, ordinauerunt, & poſteris, exem-

Quadrageſima numero 40. dierum cópletur: & tam a die cinerum uſq; ad ſabbatū ſanctum 46. dies decurrunt.

Exo. 24. & 34. c.
Deut. 9. c.
3 Reg. 19.

exemplo ſuo propoſuerunt, & dicto, & facto declarauerunt, ſed quia illorum ieiunium, quo cibo, & potu abſtinuerunt, ita vt per quadraginta dies, & totidem noctes, panem non comederent, & aquam non biberent, fuit vmbra quædam, & imago, *poſtmodum Chriſtus*, qui eſt veritas, *rex*, *& factor omnium temporum*, ſuo ieiunio, quod peregit poſt ſuſceptum à baptiſta lauacrum, *ſacrauit*, atque ſanctificauit, & celebratiſſimum ac commendatiſsimum reddidit hoc tempus, & noſtrum hunc quadragenarium dierum, quo etiam nos ieiunamus in memoriam ieiunij Chriſti, vt ei modo nobis poſſibili conformemur, cujus quadrageſimalis ieiunij inſtitutionem eccleſia ex traditione apoſtolica accepit, teſtatur hoc Ignatius martyr, qui in epiſtola quadam dicit ſe hanc accepiſſe ordinationem à Diuo Ioanne euangeliſta: teſtatur Diuus Hieronymus, qui in epiſtola ad marcellam dicit, Nos vnam quadrageſimam ex traditione apoſtolica toto anni tempore nobis congruo ieiunamus: nec veriſimile eſt eccleſiam hanc ſarcinam acceptaſſe, & per tot ſecula obſeruaſſe, niſi à ſpiritu ſancto & apoſtolis emanaſſet, qui ſcientes Chriſtum: nedum Moyſem, & Heliam quadraginta diebus, & totidem noctibus ieiunaſſe, & tandem dixiſſe tunc eos eſſe ieiunaturos, quando ſponſus ab eis contingeret auferri, ordinarunt hoc ſolenne ieiunium, & obſeruandum propoſuerunt in memoriã ieiunij Chriſti, & vt ei modo quodam nobis paſſibili (vt dictum eſt) conformaremur: & ab his accipiens eccleſia noſtra, etiam ipſa ordinauit, atque inſtituit quadrageſimale ieiunium, & non vt reprobet cibos vt ſecundum ſe malos, quos deus purificauit, non vt ceremonialia legis Moyſi ſeruet, non vt corpus interimat (vt ſomniant hęretici) quorum doctrinã diabolicam eſſe cognoſcit eccleſię ſanctæ fides, & vt ſathanicum figmentum, atque commentũ improbat, ſed ad Chrũm imitandum, ad concupiſcentias reprimendas, ad placandum deum, ad reatum pœnę delendum, & ad hoc: vt fideles diſponantur ad redemptionis nr̃æ myſteria deuotè recolẽda, ſi Moſes ieiunauit vt legem ſcriptam in tabulis lapideis mereretur accipere: à fortiori & nos, vt auctorem legis, & gratiam ſpiritus s. recipere mereamur in paſchate: ieiunarunt Hælias, Heſter pro populo yſrael deprecatura: Ioſaphath pugnaturus contra aduerſarios Niniuitæ ne ad 40. dies ſubuerterent: Chr̃s, & apoſtoli & oẽs quotquot dño placuerunt: cur id ẽt à nobis non erit obſeruandũ? putamus forſan in nobis aquã carnis verſam in vinum ſpũs: an putamus ſolo ſpũ mortificãdam carnem? præpoſterè faciunt (o boni) qui ſolo ſpũ carnẽ mortificandam putant, cum ipſi luxu interim, genioque indulgeant, quis tam

Vnde acceperit eccleſia quadrageſimalis ieiunij inſtitutionem.

Matth. 9.c.

Cur eccleſiã inſtituerit quadrageſimale ieiunium.

3. Reg. 19.c.
Herſter. 4.c
2. para. 20.c
Ionæ 3.c.
Matt. 4.c.
Act. 13.c.

Solo ſpiritu non eſt mortificanda caro.

tam inſipiens, qui oleo ignem extinguere conatur? quis tam demens: qui iturus ad pugnam aduerſario proprium gladium tribuat? & quid aliud facis genio indulgens, quam quod hoſti gladium tradis, quo ipſe feriaris? obſecro ne flocci faciamus ieiunium quadrageſimale quod Chriſtus ſuo ieiunio ſacrauit, ſequamur ipſum à lõge: ſi non poſſumus de prope, qui ieiunauit 40. diebus, & totidẽ no

Cur Chriſtus quadraginta dieb⁹ et 40. noctibus ieiunauerit. ctibus non ſolũ ob id, ne Moyſi, vel Helię inferior videret, ſed quia is numerus varijs myſterijs ornatus in ſcripturis cõmendatur, quadraginta enim diebus ira dei ſæuit in diluuio, quam Chriſtus quadragenario numero auferre voluit, quadraginta martyrum ſub Licinio rege uox vna hæc erat, quadraginta in ſtagnum ingreſſi ſumus, quadraginta item (domine) corona donemur: ne vna quidem huic numero deſit, eſt in honore hic numerus, quem tu quadraginta dierum ieiunio decoraſti, per quem diuina lex ingreſſa eſt in orbẽ terrarum, Helias 40. dierum ieiunio deum quęrens eius viſionem cõſecutus eſt: quadraginta annis pauit dominus ĩ deſerto filios yſrael,

Pſal. 94. & per 40. annos offenſus fuit generationi illi: Apud Ezech. dicitur

Ezech. 4. c. aſſumes iniquitatem domus Iuda 40. diebus, Niniuitis datur tẽpus pęnitentiæ in 40. diebus: per dies quadraginta apparuit Chriſtus a-

Act. 1. c. poſtolis poſt reſurrectionem, in ieiunando Chriſtus non exceſſit nu-

Nõ exceſſit Chriſtus in ieiunãdo numerum quadragenariũ. merum quadragenarium, tum ne carnis aſſumptio fictitia videret: tũ vt legis mandatũ in eo impleretur: ſic enim pręcipitur Deut. 25. c. ſi Iudices, eum qui peccauit: dignum viderint plagis, proſternant, & coram ſe faciãt verberari, pro menſura peccati: erit & plagarum modus, ita duntaxat vt quadragenarium numerum nón excedant, id & in Chriſto contigit, erat enim ipſe Iudex, & quaſi reus propter peccata noſtra, & corám iudicante diuinitate ſibi met inſita: vera humanitas eius proſtrata, ieiuniorum plagis verberabatur: non quia peccauerat, ſed quia peccata gulæ noſtræ ſuper ſe ſuſceperat, vlterius autem non debebat extendi ieiunium, ne nimium ſeuerè eius affligeretur humanitas, & quia qui deo grati fuerunt, ieiunio, & abſtinentia ſemper vſi ſunt, quę duo tentationes propulſant, ad pietatem armant, cum ſobrietate habitant, nazzareum ſanctificant, ſacerdotem perficiunt (neque enim fas eſt ſine ieiunio ſacrificium attingere) rectè ſequens intentum ſuum hymni auctor, per viam illationis ait. *Vtamur ergo parcius &c.* vt ſit ſenſus: *ergo*: vt nos deo placeamus. *Vtamur parciuś*, ideſt frugalius, & temperatius: quam

Iſai. 58 c. hucuſque fecimus. *Verbis* ita vt deſinamus loqui quod nõ prodeſt,

1. Cor. 15 c. corrumpunt enim bonos mores colloquia mala, ſic enim fiet, vt nõ dicamus oporteat, vt epuloni illi contigit, Dic Lazaro ut intingat

exuo-

extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia cruciot in hac flamma. & ſiquis loquitur (vt D. Petrus monet) quaſi ſermones dei, *Cibis & potibus* nam ſine Cerere, & Baccho friget venus, ideſt per abſtinentiam cibi: & potu tepeſcit luxuria, crapula enim & ebrietas multorum radix, & origo criminum eſt, hinc detractio, blaſphęmia, & cætera alia eius generis vitia: vt interim taceam obſcęna alia quæ inde oriuntur, denudationes pudendorum (vt accidit Noe) inceſtum filiatum (vt contigit Loth) peccatum Sodomorum Ezechiele dicēte hæc fuit iniquitas Sodomæ ſuperbia: Panis ſaturitas, abundantia, & otium, *ſomno iocis*, nam ſomnus corporis quum immoderatus eſt, & æquo protenſior, deſidiam inducit, & ignauiam, nec ſinit, vt de deo aliquid pium meditemur. Et ioci, & ludi ſolent gignere trepidum certamen, & iram, ira, truces inimicitias, & funebre bellum. Aduertas tamen inter ludum, & iocum hanc eſſe differentiam, quia ludus dicitur in factis, & iocus in verbis. Eſt enim propriè ludus quoduis ludicrum ad animi recreationem, vel corporis exercitationem fieri ſolitum, propoſita tamen quadam ſpe lucri, & damni periculo, nam quę ad ſolam voluptatem fiunt, luſus propriè dicuntur. Accipitur tamen aliquando ludus pro ioco, & iocus pro ludo. Aduertas etiam quod quum dicit hymni auctor *vtamur parcius iocis*: non loquitur de iocis, & ludis prohibitis, ſed de iocis qui conceduntur, & iura non prohibent, vt ſunt ludi recreationis, qui conſiſtunt in verbis, & factis ludicris, iocoſis, & ridiculis, qui eutrapelia virtute talium ludorū moderatiua, moderari debent, ne patiantur defectum, vel exceſſum, eſt modus in rebus ſunt certi denique fines (ait ille) quā quidem virtutem (quę ridicula moderatur) D. Tho. appellat iucunditatem requiſitam ad remedium contra fatigationem animalē, animus enim hominis frangeretur, ſi nunquam à ſua intenſione, & cōtemplatione relaxaretur: ideo cato dicebat: interpone tuis interdum gaudia curis, quod caret alterna requie durabile non eſt, cauendū eſt tamen in ludis, ne delectatio quæratur in turpibus factis, vel verbis ad laſciuiam prouocantibus, quia tales ludi dicuntur theatrales, & diabolici, quos D. Chryſoſtomus propter periculum diſtrictè ꝓhibuit non ſolum exercere, ſed etiam inſpicere, quia (vt inquit) pauci à ſpectaculis redeuntes inueniuntur innoxij, cauendum eſt etiam ne delectatio quæratur in his quę ſunt in nocumentum, famę, honoris, perſonæ, vel alterius boni: tam ſpiritualis, quam temporalis. quia tunc eſſet mortale peccatum ex genere: quam quidem recreationem illicitam, etiam pueris interdicit Tullius: quum in 1. lib. de off.

Luca 16. c.
1. Pet. 4. c.
Crapula, & ebrietas eſt radix multorū criminū.
Gen. 9. c.
Gen. 19. c.
Ezech. 16. c.
Deſcrimen inter iocum, & ludum.
Moderatè utendum iocis, & ludis conceſſis, et non prohibitis.
Quid ſit fugiendum in ludis & iocis.

de off. ait, Pueri s, non omnem ludendi licentiam, damus, ſed eã quę non ſit ab honeſtis actionibus aliena, cauendum eſt etiam: ne in huiuſmodi recreationibus ſemper ſimus, & diſſoluti, exceſſus .n. in his diſſolutio dicitur, & peccatum eſt mortaliſſimum ſi in his tẽpus conſumitur ita vt prætermittantur ea quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria: & aduertendum etiam: quod non licet ijs intendere tempore

Eccl. 22. c. luctus, & pœnitentię (vt eſt in quadrageſima) hinc in Eccl. dicitur musica in luctu importuna eſt narratio, & in Tob. ait Sara filia ra-

Tob. 3. c. guelis: quod nunquam ſe miſcuerit cum ludentibus vel tempore captiuitatis, vel illicitè ludentibus, & in Hier. hr̃ non ſedi in con-

Hier. 15. c. cilio ludentium, & ſolus ſedebam quoniam amaritudine repleſti me, quia igitur ludorum moderatus vſus, & benè circunſtantionatus non eſt illicitus, ideo non totaliter hymni auctor monet vt ijs non vtamur. Sed quod vtamur illis parcius, ſed dices quid dicen-

Quid ſentiat noſter auctor de ludis ingenij: fortunę & mixtis.

dum de ludis ingenij tantum, vt eſt ludus ſcaccorum, qui eſt valdè ingenioſus, & in nulla parte innititur fortunæ? quid de ludis fortunę tantum, vt ludi taxillorum vel cartarum, qui fortunæ ſoli innituntur? & quid de ludis mixtis, vt ludi tabularum: qui ex parte taxillorum innituntur fortunæ, & ex parte directionis tabularum innituntur ingenio? Reſpondeo quod ludi ingenij tantum de ſe boni ſunt, & liciti pro loco, & tempore, dum tamen non vitientur aliqua mala circunſtantia, Duo vero vltimi ludi ſecundum ſe nõ ſunt mali, ſed quia multa mala ex eis oriri ſolent, vt rixæ blaſphemię, iniuriæ, cupiditates, & conſumptiones bonorum maximè in aſſuetis, prohibiti ſunt à iure (vt habetur in rubr. de aleę vſu, & aleatoribus) & ſic ſunt mali: quia prohibiti, non ſecundum ſe, quia illis vti pro loco, & tempore peccatum non eſt, dummodo propter recreationem; vel ad expenſas, ſiue ad eſculentum, & poculentum fiant, & alię circumſtantię ſeruentur, vt videlicet quod non multũ tempus conſumatur in illis, neque rixæ ſuboriantur, & quod cupiditate pecuniarum non fiant, & abſque fraude & dolo, quia tũc illiciti eſſent, *Et arctius perſtemus &c.* vt ſit ſenſus; pro eo quod ſequitur, & ſtrictius, & anguſtius permaneamus, perſeueremus in cuſtodia ſenſuum, lingue videlicet. Gulæ, oculorum, & manuum; vt nihil, vel modicum delinquamus in illis, quin potius prædicta membra ex nunc exhibeamus ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem, & ſicut illis deum irritauimus, & ſanctos ac per hoc iudicio contendunt nobiſcum, ſic illis, nitamur illos placere, & vt deus habeat nos pro filijs, & ſancti ſint nobis in fratres, quod vt facilius fiat, audi quid ſequitur hymni auctor? *Vitemus autem peſſima &c.* vt ſit ſen-

ſenſus: ſat prata biberunt, ſufficiat nobis (ò boni) præteritum tē-
pus, in quo ambulauimus in luxurijs, deſiderijs, vinolētijs, com-
meſſationibꝰ, potationibus, ebrietatibus, & illicitis ydolorum culti- *1.Pet.4.c.*
bus (vt monet D. Petrus) incipiamus, *vitare peſſima*, ideſt à nobis
abigere vitia, & peccata, *quæ ſubruunt*, ideſt obruunt, opprimunt,
ſubmergunt, & ſuffoſſo fundamento diruunt *mentes uagas*, ideſt ob
errantes, incertas, inſtabiles, inconſtantes, ideſt corda vana, inania,
& vacua, *Nullumque demus locum tyrānidi*, ideſt dominationi ſæue,
& crudeli, ac violento imperio *callidi*, ideſt aſtuti, verſuti, & falla-
cis *hoſtis*, ideſt inimici diaboli, qui calliditate, & aſtutia ſua multos
fallere nouit, qui modo hoc, modo illud vt viſum fuerit ſimulat,
& ſe ſe in omnes vertit ſpecies. Alij tex. habent. *Nullumque demus
callido hoſti locum tyrannidis*, & quomodocumque legatur ſuum ſen
ſum bonum habet. *Dicamus omnes cernui &c.* vt ſit ſenſus, *omnes
cernui*, ideſt inclinati quaſi qui terrā cernamus: & erecto armo, vel
humero cernui incumbentes dicamus. *Et ſinguli* ita vt nullus ſit ex-
emptus, & ſubtrahatur, *clamemus*, & ploremus gemitibus inenar-
rabilibus *ante iudicem* deum, qui peccatis noſtris exigentibus iudex
nr̄ effectus eſt, qui pater eſt: quum benè agimus. *Flectamus iram vin-* *Deus pater*
dicem, ideſt pacificam reddamus iram dei, *uindicem* ideſt de peccatis *noſter & iu*
nr̄is vindictam ſumere diſponentis, & iniuriarum, ſcelerum, & faci- *dex eſt, &*
norū vltricem, Sed dices, & quid dicēdum? quid clamandum? quid *qūo pater,*
plorandum? Reſpondet hymni auctor, Hoc videlicet certè, ꝙ ſequit̄ *quomodo iu*
Noſtris malis. i. peccatis *offendimus clementiam tuam o deus*, & quia *dex.*
ſi iniquitates obſeruaueris domine quis ſuſtinebit? obſecramus: ne *Pſal. 129.*
intres in iudicio cum ſeruis tuis: ſed cum apud te ſit miſericordia, *Pſal. 142.*
& copioſa redemptio, *Effunde nobis o remiſſor*. i. relaxator, *indulgen* *Pſal. 129.*
tiam. i. veniam, culpę remiſſionē, & erroris condonationē, vtere non
ſolū patientia, qua nos abutimur: ſed lenitate, & ſi non in filios (ne-
que enim digni ſumus vocari filij tui) ſaltim in ſeruos tuos, & fili- *Luc. 15. c.*
os ancillę tuæ, *& memento* quod licet ſimus *caduci plaſmatis*, ideſt *Pſal. 115.*
fragilis formationis, ideſt corpora noſtra vaſa ſint fictilia, naturę fra-
gilia, occidua, & ad lapſum prona, *tui ſumus* ad tuam imaginem, &
ſimilitudinem creati, tuoq; ſanguine redempti, & ad hoc conditi, &
redēpti, vt in nobis honoreris, quapp precamur te, *Ne des alteri ho
norem nominis tui*. i. ne permittas animas noſtras, ad tui nominis glo
riam, & honorem creatas, conditas, & ſanguine tuo redemptas,
alteri. i. poteſtati dæmonis, qui à te alienus omnino eſt, tibique abſ-
que ceſſatione contrarius, & ad ruinam noſtram vigilantiſſimus.
Ideo laxa malum quod fecimus, vel geſſimus, ideſt remitte, & libera

nos à malo *quod fecimus*, & à vinculis quibus vſque ad hanc diem compediti ſumus. *Auge bonum quod poſſimus*, adiuua incredulitatem noſtram, & fidem adauge, *vt poſſimus tandem tibi placere hic*, ideſt in hac præſenti vita, quæ miſeriarum vallis eſt, & tota tentatio, *& perpetim* ideſt ſemper, & perpetuò in futuro. Amen.

Marc. 9. c.
Luc. 17. c.

Hymnus ad laudes in quadrageſimali tempore.

SEquitur expoſitio hymni. *Iā Chriſte ſol iuſtitiæ &c.* qui dr ad laudes matutinales à prima dominica quadrageſimæ, vſque ad dominicam paſſionis, in quo auctor orat deum, vt in hoc tempore acceptabili, dieque ſalutis: largiatur nobis gratiam, vt pro peccatis noſtris pœnitētiam ſalutarem agere valeamus. Ait ergo. *Iam Chriſte ſol iuſtitiæ &c.* ſenſus eſt: ò *Chriſte* qui es *ſol iuſtitiæ*, de quo dicunt impij, ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitię lumen non luxit nobis, & ſol intelligentię non eſt ortus nobis. Oramus vt *iam dei diſcant* (vt quidam tex habent) ideſt aperiātur, vel recedant tenebrę mentis, vel (vt tex. noſter habet) *iam* oramus *tenebræ mentis dieſcant* ideſt diurno lumine illuminentur, illuceſcant, & gratia diuina quæ lux eſt, propellantur: recedant tenebræ mentis, *vt dum reparas* ideſt reddis, atque oſtendis diē terris, *redeat* in nobis *lux virtutum* diuinarum, nedum theologicarū, ſed et principalium, quę quidem eſt gratia, & charitas, quæ non ſolum eſt lux, ſed vita, decor, forma, & mater virtutum, ſine qua virtutes informes ſunt: & ſicut colores in tenebris, ſicut carbones extincti: ſicut rami aridi, ſicut alę mortuæ: ſicut aurum obſcuratū, & ſicut gemmæ conuerſæ in ſilices: & cum qua ſunt formatæ, & ſicut colores in luce: ſicut carbones ardentes, ſicut rami virentes: ſicut alæ volantes, & viuentes: ſicut aurum fulgens: & ſicut gemmę vas aureum decorantes, quæ charitas, & gratia: mira operatur in cælo, cui vim facit, mira in mundo, quia cuſtodit hominem ne cōcupiſcentię igne combuatur, & ne mergatur in aquis voluptatis, ne conquinetur luto incontinentię, & ne laceretur ſpinis auaritiæ, mira in corde humano, quia vulneratum ſanat, inquinatum mundat, mortuum viuificat, excęcatum illuminat, Mira tandem in inferno, quia ignis infernalis non poteſt lædere charitate ornatum, ſicut nec ignis materialis ſalamandram, qua rationabilis illuminatur ad cognitionem veri, cōcupiſcibilis excitatur ad amorem boni: & iraſcibilis confortatur ad deteſtationem mali, quę nunquam ſine præmio eſt, ſicut & vitia nunquam ſine pęna. *Da tempus acceptabile.*

Sap. 5. c.

Charitas eſt forma virtutū et quomodo ſine ea & cum ea charitas mira operatur vbique.

bile &c. ſenſus eſt: *da* ideſt pręſta, concede nobis *tempus accepta-bile*, & diem ſalutis, *& tribue cor poenitens*, vt in nobis puniamus puniendo: quod malè admiſimus. Et bene dicit cor pœnitens, quia reuera è corde exeunt cogitationes, bonę, & malæ: vt pœnitendo molleſcat: quod peccando factum eſt durum, vnde ſi ſic permaneret, non benè cederet ei, quia ſcriptum eſt cor durum malè habebit in nouiſſimo *conuertat vt benignitas &c.* ſenſus eſt, *vt benignitas tua*, qua ad pœnitentiam nos adducis, *conuertat* nos, & conuerſione ſimplici: qua ſecundum logicos totum vertitur in totum, ideſt totú cor in totum deum, non conuerſione per accidens: in qua totum vertitur in partem: quia totum cor non niſi ſui partem prębet deo, nec conuerſione per contrapoſitionem: in qua cor paruulum: atque finitum: vertitur in infinitas concupiſcentias, & concupiſcentiæ cogitatus, nam in prima filij yſrael, & filij Iuda congregantur pariter, ideſt cogitationes terrenę, & ſpirituales in vnum deum referuntur: in ſecunda regnum Solomonis in duas ſcinditur partes, ita vt vna deo, alia cupiditati ſubſeruiat: in tertia leuitica mulier partitur, & ad duodecim tribus mittitur emortua, in prima vera mater infanté integrum repetit, in ſecunda Meretrix infantem diuidit, in tertia inter procellas cogitationum varias infantem inuentum ſubmergit

Matt. 15. c.
Eccl. 3. c.
Rom. 12. c.
Qua cõuerſione cõuerti debeam' ad deum.

Quos longa ſuffert pietas ideſt *quos pietas* ideſt clementia, & miſericordia dei, & longanimitas tua longo tempore, ſuſtinet, & tolerat, expectans conuerſionem noſtram, & nos ingrati diuitias bonitatis, patientię, & longanimitatis tuæ contemnimus: ignorantes quoniã benignitas dei ad pœnitẽtiam nos adducit, qui ſecundum duritiam noſtram, & impœnitens cor, theſaurizamus nobis iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij dei. *Quiddam que poenitentiæ &c.* ſenſus eſt: & *da* nobis o Chriſte *ferre* ideſt pati, tolerare, ſufferre *quiddam* ideſt aliquid *pænitentiæ*, quod quidem ſit *demptio* ideſt ablatio, abſumptio, & remotio, *Maiore* tamen *munere tuo*, ingentique dono, *criminum licet grandium*, vel grauiũ, & enormium, ſicque verificabitur quod deſperatio non traxerit nos ad laqueum (id quod ſceleſtiſſimo accidit iudæ) ſed vera pœnitentia reuocauerit ad deum.

Rom. 2. c.

Dies uenit, dies tua &c. quidam per diem domini exponunt diem iudicij, qui dies domini dicitur in ſcripturis, & dies domini magna, Dies dicitur non ſolum propter ſolis illuminationem, ſed propter omnium operum hominum manifeſtationem, tunc enim dominus illuminabit abſcondita tenebrarum. Dies magnus dicitur, quia in eo magna fient, & dies domini ſpetialiter, quia in eo ipſe præcipuè ſuam omnipotentiam declarabit: ſuam operationem efficiet,

Hier. 46. c.
Sopho. 11. c
2. Theſſ. 2. c
Ioel 2. c.
Apoc. 16. c.
1. Cor. 4.
Dies iudicij dicitur dies

ſuam voluntatem complebit, vt ſit ſenſus, vt cum venerit dies illa;
domini; & dies magna. dies tua iudicij, *in qua reflorent omnia* ideſt omnia opera, & facta no-
ſtra aperta, & manifeſta erunt, vt flores in arbore, Dies. n. domini
declarabit opera videlicet ſingulorum qualia fuerint, *lætemur* & gau
1. Cor. 3. c. deamus *in hac* die dictá, *per hanc reducti gratię tuę*, vel ad gratiam
tuam, ideſt quia per hanc diem boni, & electi erunt reducti ad gra-
tiam tuam conſũmatam, quę eſt gloria beatorum. Quidam autem
exponunt verſum hunc quartũ de die paſchali, qui dies domini pe-
culiariter dicitur, quia ipſum ſibi cõſecrauit, atq; ſanctificauit triũ-
phali reſurrectione ſua, de quo in Pſalm. Hæc dies quam fecit dñs
Pſal. 117. exultemus & lętemur in ea, qui & ſi dies omnes fecerit, hanc verò
Dies paſchalis dicitur dies domini et cur. diem, & tempus ſpecialiter feciſſe dicitur: propter opera priuilegia-
ta, quæ fecit in ea, & ſpecialiter dicitur dies, quia tunc verum lumẽ
ortum eſt: & verus ſol de ſepulchro ortus eſt, & tenebras infidelita-
tis amouit, quæ erant ſuper faciem abyſſi, ideſt ſuper faciem cordis
Thomę, qui interpetratur abyſſus, qui dixit, niſi videro in manibus
eius &c, non credam, ſed illas amouit, cum ei apparens (ait) noli
Ioan. 20. c. eſſe incredulus, vnde ſenſus eſt: vt cum venerit dies, & *tua dies* re-
ſurrectionis, *in qua reflorent omnia* non tam corporaliter, quam ſpi
ritualiter ob nouam vitam nobis reparatam, *lætemur* & gaudeamus
in *hac* die paſchali, quia per eam *reducti ſumus ad tuam gratiam*, re-
conciliati ſumus deo, & ad vitam reuocati ſine fine duraturam. *Te
rerum uniuerſitas &c.* vt ſit ſenſus: propter quod optamus, *vt rerum
uniuerſitas adoret te o clemens trinitas*, & ſicut hucuſque ingemuit re
uelationem filiorum dei expectans, in qua, & ipſa liberabitur à ſer-
uitute corruptionis, in libertatẽ gloriæ filiorum dei (corpora enim
Rom. 8. c. cæleſtia, & elementaria, rerumque aliarum vniuerſitas, non inno-
uabuntur niſi corporibus electorum glorificatis) ſic lętentur, quum
in fine ſeculi clarificationem ſortientur, filijs dei reuelatis, de qui-
bus dicitur, filij dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. *Et
1. Ioan. 3. c.* nos noui per ueniam* ideſt nos ad nouitatem adducti ſpiritus, & vitæ
per peccatorum remiſſionem, *canamus canticum nouum*, gratias agẽ-
tes deo ob beneficium tam ſolenne nobis collatum. Amen.

Hymnus in ſecundis veſperis in dominicis diebus quadrageſimæ.

SEquitur expoſitio hymni: *Ad noſtras aures deitatis preces &c.*
qui dicitur in ſecũdis veſperis dominicarum quadrageſimæ vſ-
que ad Dominicam paſſionis excluſiue, in quo auctor deprecatur
Deum

Deum, vt in hoc ſacro quadrageſimalis ieiunij tempore, exaudiat nos, & reſpiciat nos oculis miſericordię ſuæ, & donans nobis amorem ſuum, refundat nobis lumen fidei æternum, augeat dilectionem charitatis, tribuat fontem lachrymarum, miniſtret fortia ieiuniorum, vitia carnis retundat, & procul tandem faciat à nobis perfidum Sathan, qui tanquam leo rugiens, abſque requie circuit quęrens quem deuoret, Ait ergo. *Ad noſtras aures &c.* Hic hymnus, & ſi ſapphici metri, & carminis imaginem gerat, non ſequitur tamen legem, & menſuram eius, ſed deprehenditur in eo ſine pedum obſeruatione, ſolus ſyllabarum numerus in vnoquoque carmine requiſitus, ſenſus igitur primi verſus eſt, *ò Deus inclina aures deitatis, ad noſtras preces*, ita tamen vt audias, & auide rapiens ſonum exaudias, & hoc non noſtris meritis, ſed gratia, & *pietate*, ideſt benignitate, & clementia tua *ſola*, & licet pietas quandoque ſumatur pro debito cultu erga deum, patriam, parentes, & eos qui nobis parentum loco ſunt, de qua Cic. in de ſomnio Scip. lib. cole pietatem (ait) quæ cum ſit magna in parentibus: & propinquis: in patria tamen, quæ communis eſt omnium ciuium parens, maxima eſt, hoc loci tamen pro benignitate, & clementia ſumitur, & differt à miſericordia, nam miſericordia ſtudet ad reuelandas miſerias proximorum, ex hoc ꝙ coniuncti ſunt, uel conſanguinei: vel familiaritate, vel naturæ ſimilitudine, in oĩbus aliquid humanum pro menſura accipiens: at pietas mouetur ad reuelandas miſerias eorumdem ex aliquo diuino, quo filij dei ſunt, vel diuina ſimilitudine inſigniti, *Et nos famuli tui precamur ſuſcipe*.i. ſurſum in cælo cape, *vota*. i. deſideria, & promiſſiones ſpontaneas, *ſupplicum*, ideſt ſubtus ſe plicantium, & humiliter abiectè, & demiſsè te precantium, quas tibi deo viuo, & vero offerunt, & de his, quæ ad te pertinent, & dei ſunt. *Reſpice clemens ſolio de ſancto &c.* ideſt *clemens* erga nos, *reſpice* nos *de ſancto ſolio*, ideſt regia ſella cæli, quę ſolium dicitur, quia ſola trinitas ſedet in ea, vel de ſede, & ſinu patris, in quo etiam in carne mortali, & in mundo apparens etas, de quo baptiſta, deum nemo vidit vnquam, ſed vnigenitus, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. *Vultu ſereno lampades illuſtra*: vt ſit ſenſus, *illuſtra*, ideſt illumina *vultu tuo ſereno*, ideſt claro, placito, atq; tranquillo, qui ſpirituale lumen eſt, *lampades*.i corda noſtra, & conſcientias nr̃as, methaphorice. n. conſcientiæ, & corda nr̃a lampades dñi, quia in eis oleum donorũ ſpũs s. cum lumine bonorũ operũ reponi debet, & ita eſſe diſpoſita, vt luceãt: & ardeant: nedũ coram hominibus, ſed & corã deo, fatuæ.n. ſunt, & nõ prudentes virgines, qui cum ſponſo obuiã ire ni-

1. Pet. 5. c.

Quot modis ſumatur pietas.

Pietas differt a miſericordia.

Regia ſedes cæli dicitur ſolium uide cauſſam.

Ioan. 1. c.

Conſcientia & corda noſtra dicũtur lampades, & quomõ.

ire nitantur, ſolum externas lampades ſumunt, non autem oleum, ſolum externæ iuſtitiæ ſtudent, non autem internę, ſolum, id curant, vt hominibus iuſti videātur, non autem deo. oramus igitur vt deus gratia ſua illuſtrat corda noſtra, ita tamen ut primo omniū iuſtitiam internam quęrant, quæ conſiſtit in fide, ſpe & charitate, nec tamen externa negligant, vt habeant quod internè corām deo ardeant, & externè quod hominibus luceant, in quo laudetur & glorificetur deus, non homines, non creaturę, ſed creator earum. *Lumine tuo tenebras &c.* vt ſit ſenſus: oramus etiam vt *depellas* ideſt eijcias, abigas, procul facias *pectore* ideſt è pectore, & corde noſtro, *lumine* ideſt gratia tua, *tenebras*: & quia dicit tenebras depellēdas e pectore, apparet quod hymni auctor non loquatur de tenebris oculorum, ſed de tenebris morum, tenebræ enim morum metuendæ ſunt, non oculorum, & ſi oculorum, non exteriorum, ſed interiorum, vnde diſcernuntur non album, & nigrum, ſed iuſtum, & iniuſtum, & dicuntur tenebræ ob id quia viſum prohibent, & oculos impediunt, ne videant lumen, ſolemque iuſtitiæ qui oritur timentibus deum. *Crimina laxa pietate multa*, ſenſus eſt: ò Chriſte *laxa* ideſt dimitte, ſolue, libera, condona *crimina* ideſt noſtra enormia delicta, *multa tua pietate*, & ignoſcentia, quam rebus humanis vtilem eſſe nouimus etiam auctore Gel. lib. 7. c. 3. *Ablue ſordes*, ideſt immunditias, maculas, quibus ſordeſcimus & turpes ſumus. Ne qui in ſordibus ſunt: ſordeſcant adhuc, *ablue*, laua, purga, & abluendo remoue, *Vincula diſrumpe* ideſt omnis generis peccata & catenas frange, quibus vinculati & ligati ſumus: vt poſſimus dicere: Dirupiſti domine vincula noſtra, *Parce peccatis*, & *releua* ideſt potenti *dextera* & virtute tua erige nos iacentes in peccatis & in cæno vitiorum, immo qui & veluti iumenta in ſtercore computruimus, & (vt Dauid ait) emittens manum tuam de alto, eripe nos, & libera nos de aquis multis voluptatum, quæ intrauerunt vſq; ad animam noſtram, *Te ſine tetro &c.* vt ſit ſenſus, nam *ſine te* ideſt niſi manum tendas facilem ò Chriſte, tam ponderoſi ſumus ob peccatorum grauamen, & pondus, *Tetro mergimur* profundo ideſt inferno, & damnatorum loco, vbi nulla poſtea eſt redemptio, nam facilis deſcenſus auerni (ait ille) ſed reuocare gradum, ſuperaſq; euadere ad auras, hoc opus hic labor eſt, *Labimur alta ſceleris ſub vnda*, ideſt ſine tuo auxilio *labimur* ideſt deorſum ferimur, *& ſub alta vnda ſceleris*, non ſecus ac qui in lubrico veſtigia figunt: in terram ruimus, & ſubmergimur, *Brachio tuo trahamur &c.* ſenſus eſt, & qui ſine tuo auxilio labimur ad ima oramus, *brachio tuo*, in quo ſem

Tenebrę morum metuendę: non oculorum: & ſi oculorum non tamē exteriorum

Malac. 4. c.

Apo 22. c.

Pſalm. 115.

Iohelis 1. c.

Pſal. 143.

Pſalm. 68.

per

per deus facit potentiam, non tantum fecit, *trahamur ad ſidera clara cæli*, nec eſt quod excuſationem prætendas, dixiſti enim & ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum: nec ob id à libertate arbitrij abſoluemur, nam iſte tractus amoroſus eſt, ac per hoc voluntarius, vnde in hoc falſa eſt differentia, quam quidã ponunt inter trahor, & ducor, trahimur enim (inquiunt) nolentes Ducimur volentes. *Chriſte lux uera &c.* ſenſus eſt: ò *Chriſte* qui es *lux uera*, quæ illuminas oēm hominem venientem in hunc mundum, quam qui ſequitur non ambulat in tenebris, de qua quoniã apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, *qui es bonitas*, cuius bonitatis effluxio in creatione nedum, ſed in recreatione præmonſtrata eſt, ac declarata, qui es *vita* omnium (vita omnium Chriſtus dicitur cauſaliter, qui & ſecundum naturam aſſumptam eſt meritoria cauſſa vitę gratię in cunctis fidelibus) dixiſti .n. ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant; cuius vita, multò magis animæ neceſſaria eſt, quam ipſi corpori anima, qui *es gaudium mundi*, & myſticus yſaac ideſt riſus hinc Abraham exultauit, & diem tuum videns, quum ei dixiſti in ſemine tuo benedicentur omnes gentes, gauiſus eſt, hinc angelus annuncians tuam natiuitatem ait, annuncio vobis gaudium magnum: venit enim de cælo ad terras magnus medicus, quia in terra magnus iacebat ægrotus. *Qui es pietas immenſa*, tam magna enim eſt quod menſurari nequit; *qui tandem nos ſaluaſti à morte* tum animæ cum corporis debita, morte tua indebita, *& roſeo ſanguine tuo* indebitè fuſo, cuius occiſione mors in electis occiſa eſt quantum ad hoc, quia mortis Chriſti merito immortalitatē ſunt ſortituri, & benè ait hymni auctor Chriſti ſanguinem roſeum eſſe, nam ſicut roſa flos è ſpina naſcens breui viget, & odorem per multum tempus ſeruat, ſic ſanguis Chriſti: licet breui tempore fuſus fuerit, ęterno tamen tempore durat: & perſeuerat in odore, atque effectu ſuo. *Inſere tuũ petimus amorem &c.* ſenſus eſt: ò Chriſte *petimus inſere* ideſt impone, immitte, immiſce, planta in mentibus noſtris *amorem tuum*, Rectè dicit, amorē tuum, quia eſt amor naturalis, qui nec laudabilis, nec vituperabilis eſt, & habet finem indigentiam, vel vtilitatem propriam, eſt amor vitioſus, qui vituperabilis eſt, quia peccatum: & habet finem voluptatem, ſiue delectationem in creatura, eſt & amor gratuitus, qui laudabilis eſt, quia virtus, & habet finem principalem incommutabile bonum: vnde non petimus, cum dicimus. *Amorem tuũ*. Naturalem amorem, non vitioſum, ſed gratuitum, quo amamus deum amore ſecundum amicitiam non reſpicientes vtilitatem propriam, *inſere*.

Luca 1. c.

Ioan. 12. c.

Trahit nos deus & tamē liberi remanemus.

Damnat auctor differētiam quam quidam ponūt iter trabor & ducor.

Pſal. 35.

vita omniũ Chriſtus dicitur vide quõ.

Ioan. 10 c.

Ioan. 8. c.

Gen. 22.

Luc. 2. c.

Sãguis Chriſti roſeus ẽ, & quare.

Multiplex amor cũ ſit petimus tamen amorẽ gratuitum: et ſanctum: qui eſt habitus inhærẽs quod monſtrat uerbũ inſere.

ptiam, ſed bonitatem amati, quo quidē modo diligimus plus deū, quam noſmetipſos, & quo amamus deum amore concupiſcentiæ remunerationem expectantes (vt fecit Moyſes) de quo D. Paulus, reſpexit in remunerationem: & (vt fecit Dauid) qui inclinaui (ait) cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem: Rectè dicit *amorem tuum*, quia eſt amor naturalis erga ſe, eſt amor pius erga parentes, eſt amor iucundus erga ſocios, eſt amor iuſtus erga amicos, eſt amor violentus erga inimicos, et eſt amor ſanctus erga deum, & hunc vltimum amorem petimus inſerat deus mentibus noſtris, & quia hymni auctor vtitur verbo *inſerere*, quod dicitur de arboribus, quando videlicet ſciſſo trunco, ſurculus fœcundæ arboris inſeritur in ſterili, ſiue cum oculus vnius arboris alteri adhibetur, quod inoculationem uocant quidam, patet quod loquatur de amore creato, & pro virtute, & habitu, & accidente ſpirituali inhærente, non de amore increato, qui nexus patris, & filij eſt, qui ſpiritus.s. eſt, & tertia in trinitate perſona, quæ licet illabatur mentibus noſtris, cum tamen ſit ens nobiliſſimum: non decet ipſum informare, nec poteſt ſupplere vicem cauſſæ formalis inhærentis, quæ: amoris gratuiti: qui eſt in nobis: non ſolū cauſſa efficiens eſt: ſed etiam exemplaris, & finis. Eſt cauſſa efficiens quo deus, eſt cauſſa exemplaris, quo ipſe eſt procedens à patre & filio per modum amoris, eſt cauſſa finalis, pro quanto ſpiritus ſanct⁹ habet rationem primi boni, in quod tendit amor gratuitus, qui eſt à ſpiritu ſancto, & cum ſpiritu.s. qui ſecundū theologos in donis gratuitis datur, quem oramus: vt deus inſerat *mentibus noſtris*, nam amor iſte diuinus efficit in his, quos replet, triplicem vim quam habet, inclinatiuam, qua inclinat ſuperiora inferioribus: eleuatiuam, qua eleuat inferiora ſuperioribus, & coordinatiuam, qua coordinat æqualia coæqualibus: nam inclinat eos per humilitatem, & ſui cōtemptum, eleuat in deſiderium ſupernorum, coordinat inuicem diuerſos, & peruerſos, per vniformitatem morum, habitare enim facit vnius moris in domo, quæ eſt eccleſia dei. *Fidei refunde lumen æternum &c.* ſenſus eſt, & *refunde* ideſt iterum funde, vel infunde *lumen æternum fidei*, & benè (ait) *infunde*: nam de habitibus, qui non ex frequentatis actibus fiunt, & acquiſitis, eſt fides, ſed de dei donis præcipuis infuſis, quam ſolus deus operatur in nobis, iuxta illud, fides eſt donum dei, ſine qua impoſſibile eſt placere deo, & ſine qua nemo benè viuere poteſt, ſit vtcumque iuſtus, & non petimus quodcumque fidei donum, quia non fidem informem, quę eſt à ſpiritu s. & non cum ſpiritu s. quia ſi cum eo eſſet, non eſſet ocioſa & mor-

Heb. 11. *Pſal. 118.* *Triplicem vim diuinus amor efficit in humanis mentibus.* *Pſal. 67.* *De quibus habitib⁹ ſit fides.* *Eph. 2.c.* *Heb. 11.c.*

& mortua, ſed formatam, quæ per dilectionem operatur, quę virtus eſt theologica, & ſpiritualis ędificij fundamentum, quę à ſpiritu. s. eſt, & cum ſpiritu. s quę per culpam informis fit, & eſſe viuum perdit, & iterum poteſt formari per pœnitentiam adueniente gratia, quæ eſt habituum origo: finis, & forma, per quam poteſt recipere eſſe viuum, Dico quod deperditur per peccatum & culpam, quo ad eſſe viuum, non totaliter, neque enim dicimus de fide pro virtute, & habitu, qui in animo credentis eſt, quo mediante credimus: ideſt firmiter aſſentimus reuelatis à deo, vt de charitate, quæ per quodlibet mortale peccatũ deperditur demeritoriè, & effectiuè diſpoſitiuè, eo quia quodlibet peccatum mortale directè contratiatur charitati, & dilectioni, nam fidei directè non contrariant omnia peccata. Sed ſolum infidelitas, & ideo per ſolam infidelitatem propter contrarietatem ad eam: deperditur totaliter, quamuis per quodlibet mortale deperdatur quo ad eſſe viuum; non ſimpliciter: nam ſi fides eſt in dæmonibus. D. Iacobo dicente & dæmones credunt, & contremiſcunt, cur ſimpliciter neganda eſt à peccatoribus fidelibus, & chriſtianis? *Charitatis auge dilectationem &c.* ſenſus eſt: petimus *auge* in nobis *dilectionem charitatis*, viatoribus enim dilectio, & charitas augeri poteſt, ſicut id etiam de fide dicimus vnde D. Auguſtinus ſuper Ioan. charitas (ait) meretur augeri, vt aucta mereatur perfici, et aliquam charitatem alia eſſe maiorem conſtat ex verbis Chriſti. Maiorem charitatem nemo habet: & alibi cui minus dimittitur minus diligit, & augetur non per additionem gradus ad gradum, cum ſit forma ſimplex, & ſpiritualis in ſubiecto ſpirituali, nec extenſiue cum minima charitas ſe extendat ad omnia illa, quę ſunt ex charitate diligenda, ſed intenſiue per maiorem videlicet participationem, & radicationem ipſius in ſubiecto, & per habere ipſam maiorem efficaciam ad producendum feruentiorem actum, & augetur per actus noſtros, non effectiuè: cum excedat naturam actuum noſtrorum, ſed diſpoſitiuè, & meritoriè, & non quolibet actu augetur: licet quilibet actus mereatur augmentum, vnde ſicut quolibet actu charitatis meremur vitam æternam, non ſtatim tamen, ſed ſuo tempore dandam, ſic licet quilibet actus charitatis mereatur augmentum, non tamen ſtatim augetur, ſed quando aliquis conatur ad huiuſmodi augmentum, qui quidem actus vltimus cum conatu, virtute præcedentium auget charitatem, licet alij præcedentes diſpoſuerint incompletè, ſicut guttæ cauantes lapidem diſponunt, & vltima, in virtute pręcedentium cauat, & licet de ea poſſit dici quod poſſit augeri, non tamen verum eſt quod poſſit minui

Fides duplex formata et informis.

Fides per culpam non omnino deperditur ut charitas.

Iac. 2. c.

Fides & charitas augeri poſsũt.

Ioan. 15. c.
Luc. 7. c.

Quo charitas augeat.

Charitas nõ põt minui.

nui quo ad habitum : cõparatur enim igni, vnde ſicut ignis ſemper aſcendit, & numquam deſcendit, ſic charitas viæ, quamdiu manet aſcendere poteſt, & augeri, deſcendere vero, & minui non poteſt, nam ſi hoc eſſet, vel eſſet per peccatũ mortale, vel veniale: vel a deo: vel per ſolam ceſſationem ab actu, nõ per peccatum mortale, cũ per illud totaliter corrumpatur, neque enim ſtare poteſt cum eo, nõ per veniale: quia non contrariatur illi, & cum eo ſtare poteſt, non à deo, qui cum videt ꝙ homo auertat ſe à fine, totaliter corrumpit charitatem, at quum videt ꝙ non auertat ſe à fine, non permittit quod patiatur detrimentum in charitate: nec tandem per ceſſationẽ ab actu, nã iſte habitus non eſt ex frequentatis actibus, nec cauſatur ab actibus humanis (vt dicitur de virtutibus acquiſitis, quę ob id corrumpuntur, & diminuuntur ceſſantibus actibus humanis, quia ceſſat id vnde cauſantur) ſed à ſolo deo, & ideo ceſſante actu, modo in ipſa ceſſatione deſit peccatum mortale, non diminuitur, nec corrumpitur charitas: & ſi dices contraria nata ſunt fieri circa idem ſubiectum: ſed diminutio, & augmentum ſunt contraria ergo: reſpondeo verum eſt: quando ſubiectum æqualiter ſe habet ad vtrumq; cõtrariorum, at charitas non eodem modo ſe habet ad augmentum & diminutionem, quia poteſt habere cauſſam agentem, non aũt diminuentem, & ſi dices ſecundũ D. Auguſt. augmentum charitatis eſt diminutio cupiditatis, ergo per oppoſitũ augmentũ cupiditatis erit diminutio charitatis. Reſpondeo nego conſequentiã: nã ibi intelligitur de cupiditate in qua finis cõſtituitur in creaturis, & hõ auertit ſe à debito fine: propter ꝙ charitas totaliter corrumpitur. Rogamus igit vt deus augeat in nobis dilectionẽ charitatis, qua diligamus deũ ex tota mẽte. i. memoria: vt abſit obliuio, ex toto corde. i. intellectu, vt deſit error: ex tota aĩa. i. voluntate, vt tollatur omnis contraria affectio, vel ex toto corde. i. ſapienter, ex tota aĩa. i. dulciter, & ex tota mente. i. fortiter diligamus & ſine mẽſura: cum ſit immenſus: nulluſque locus in nobis remaneat vacuus, qui dei dilectione non repleatur, ſed mens lingua, Manus: eius dilectionem reſonent. *Tu nobis dona fontem lachrymarum*, ſenſus eſt: o Chriſte petimus, & oramus ut *dones nobis fontem lachrymarum*, & exitum aquarum deducant oculi nrĩ, quia non cuſtodierunt legem tuam, vt hac uia purgentur delicta nrã, & fletibus largis maculę lauentur animæ noſtrę, & quis beatos non dicet nos, cum dicat Chriſtus beati qui lugent. *Ieiuniorum fortia miniſtra*, ideſt præpara, *fortia ieiuniorum*, vt & dignitas conditionis humanæ per immoderantiam ſauciata, medicinalis parſimõniæ ſtudio reformetur, & ſalutaribus ieiunijs erudit homi-

Quando cõ traria nata sũt fieri cir ca idem ſu biectum.

Exponitur qũo ſit dili gẽdus deus ex toto cor de ex tota anima et ex tota mente. Pſal. 118.

Matt. 5 c.

homines à noxijs quoque vitijs abſtinentes, propitiationem tuã facilius impetrent, *Vitia carnis milia retunde &c.* ſenſus eſt: & *framea* ideſt vel lancea tua, vel haſta, vel gladio bis acuto ſpiritus, quod eſt verbum dei, quo meticuloſos tremere facis, inde framea dicitur ſecundum quoſdam quaſi fremea à fremo, is. *retunde* id eſt fræna *milia* ideſt innumerabilia, *vitia carnis*, quæ nos enecare conantur, & cuſpidem, vel aciem illorum hebeta, ita vt vſum eorum vanum, & irritũ reddas (pijſſime domine) *Procul à nobis perfidus abſiſtat &c.* vt ſit ſenſus: Satan ideſt aduerſarius, contrarius, *perfidus*, veritatis inimicus, fidei violator, & proditor, improbus malitioſus: qui ſemper contraire nititur virtutibus ſanctorum *contractus*, ideſt debilitatus omnino, deuictus, depreſſus à tuis viribus ideſt a tua potentia & virtute, qua nulla maior eſſe nequit, *procul à nobis abſiſtat*, ideſt diſcedat, & loco eius *aſsiſtat ſpiritus ſanctus demiſſus à tua ſede*, nam cum procedat à te æternaliter, poteſt: & de facto à te procedit etiam temporaliter, & talis proceſſio non eſt niſi ad ſanctificandas creaturas illius miſſio, de quo dicimus: quod tunc apud nos manſionem facit, quum benè agimus: at tunc diſcedit à nobis cum peccamus, & illi contumeliam facimus: cui debemus: omnem gloriam, & honorem. Amen.

Eph. 6. c.

Vnde dicat framea.

Heb. 10. c.

Hymnus ad veſperas in feſto S. Thomæ de Aquino ord. prædicatoumr.

SEquitur expoſitio hymni: *Exultet mentis iubilo &c.* qui dicitur in feſto ſancti Thomæ de Aquino: in quo auctor hortatur Chriſti fideles, vt in laudando deum exultent, ex quo dedit nobis in veſpere mundi ſanctum Thom. noui ſolis radium, qui ex vita ſua ſancta: ſcientia, & doctrina clara illuminauit mundum pulſo nubilo errorum: de quo dicit quod fuerit plenus donis morum: & ſapientiæ ex cælo: quod fuerit clarus munditia vitæ, ſplenduerit miris prodigijs, ob quod dat gaudia toti mundo: & tandem ſupplex orat deum, vt merito ſancti huius iungat nos coetui cæli. Ait ergo. *Exultet mentis iubilo &c* ſenſus huius primi verſus eſt: *Turba fidelium laudans*, ideſt commendans, & verbis extollens deum non cum exceptione, nam is cum exceptione laudat Deum, qui non integrè laudat ipſum, atque perfectè, *exultet*, ideſt ſupramodum exiliat, ac lætetur, & licet exulto dicatur ab ex, & ſalto, mutata. a. in u. & ſignificet ſupra modum exilire, vel efferri, & quaſi geſtibus, & ſaltibus lętitiam, aut etiam aliũ animi affectum oſtendere: hoc loci tamen non accipitur exultare:

Quis eſt qui laudat deũ cum exceptione.

Quomõ, & qua ſignificatione acci

piatur hoc uerbum. exulto. ſecundum iam dictam ſignificationem; ſed pro ſupramodum lætati corde, ita tamen quod gaudium, & lætitia corde concepta: verbis, vel geſtis explicari nõ poſſit, quod benè oſtendit hymni auctor, neque enim monet vt ſimpliciter exultemus (eiuſmodi enim exultatio verborum eſt, atque membrorum) ſed vt exultemus iubilo mentis, eſt enim iubilum gaudium, quod exprimitur, nec voce tamen, aut verbis explicatur, iubilo mentis (ait) exultandum, nam quæ mẽte geruntur, corde, & animo, magis placent deo, quàm cum voce tantum ruſtica, & incondita inclamantes gaudium teſtamur, pſallam ſpiritu pſallam & mente ait Sanctus Paulus: quamuis & exultatio illa, qua ſupra modum corporis geſtibus exilimus (vt fuit illa Dauid ſancti ante arcam domini iuncta terræ puuio, vel tripudio) ſi iuncta fuerit iubilo, & lætitiæ mentis, deo nequaquam diſplicere poſſit: qui per prophetam (ait) cor meum, & caro mea exultaue runt in deum viuum, ſed dices quare inuitas: aduocas, & exhortaris turbam fidelium ad exultandum in deum viuum iubilo mentis? Reſpondet hymni auctor, *errorũ pulſo nubilo &c*. vt ſit ſenſus, hæc eſt cauſſa quare exultare debemus mente, corde, & corpore, nam *per radium noui ſolis* (& per radium intelligit D. Thomam, qui verè fuit ſplendor à ſole emicans) *pulſum eſt nubilum*, ideſt obſcuritas, & nubes ipſa denſa errorum, & per nouum ſolem vel intelligit ſanctum Dominicum ordinis prędicatorum caput, & inſtitutorem, qui veluti nouus ſol, nouum producens ordinem exortus, mundum illuminauit, cuius ſolis radius fuit D. Thomas: vel per nouum ſolem intelligit D. Thom. vt ſit ſenſus, quia per radium, & ſplendorem virtutum, & ſapientiæ huius noui ſolis ideſt D. Thomæ, cuius hodie feſta ſolennia celebramus pulſum eſt nubilum .i. nubes denſa errorum, mundusque illuminatus, ac reformatus, *Thomas in mundi ueſpere &c*. ſenſus eſt, *qui Thomas* (quẽ ſcienctię abyſſum congruum eſt interpretemur) *in mundi ueſpere*, ideſt in mundi vltima ætate miſſus à deo, ex ortus pro mundi vniuerſali illuminatione, *plenus donis ex æthere fudit*: ideſt largiter ſparſit, *theſauros gratis morum, & ſapientię*: quicquid enim habuit gratiæ morum, & ſapientię, & doctrinæ, non ſibi, nec proprio ingenio attribuebat, ſed ſpiritui ſancto, hinc fratri Raynaldo ſocio ſuo (quem vnicè diligebat) ſub ſecreto reuelauit, quod ſcientiam ſuam magis diuinitus, & medio orationum acquiſiuerit, quàm humano exercitio, & magis à deo infundendo quàm à proprio ingenio ſtudendo, nam (ut de eo refert dominus Antoninus ĩ cronica ſua parte tertia tit. 23 c. 7. & habetur in legenda Breuiarij Romani) quoties ſtudere, legere, ſcri-

1. Cor. 14. c.

Exultatio q. ſupra modũ corporis geſtibus exilimus: iuncta iubilo mentis placet deo.

Pſal. 83.

Per nouum ſolem intelligimus: uel Sãctum Dominicũ, uel D. Thomã.

Scientiã D. Thomas à deo potius habuit quã

ſcribere, aut dictare volebat, prius ad orationis ſecretum accedens, profuſis lachrymis orabat, petens ſibi diuinitus reuelari quod quęrebat, poſtmodum verò ab oratione ſurgens, ſic in promptu habebat quod ſcriberet, aut dictaret, quaſi in libro aliquo didiciſſet, & fertur quod aliquando habuerit præceptores, & inſtitutores in aliquo puncto difficili, & obſcuro: Diuos Petrum, & Paulũ ſibi à deo è cœlo miſſos, quos pręcipuè venerabatur. Petrum quidem, ne cõtingeret errare in fide, ſciens ſcriptum eſſe de eo, ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua: & Paulum, quia erat doctor eccleſię, hinc in vno reſponſoriorum dicitur, felix doctor cuius Petrus, & Paulus fauent obſequio, unde non mirum ſi mirabili ſapientia, atque ſcientia claruit, mundum repleuit doctrina gratiæ, & ſuſceptam refundens gratiam, rigauit totam ſanctam eccleſiam. *De cuius fonte luminis &c.* ſenſus eſt, *de cuius luminis fonte*, & loquitur abſque hæſitatione de beato Thoma, & quem antea appellauit nouum ſolem, Nunc vocat fontem luminis, quo nomine etiam ſolem nuncupamus ſecundum Heracliti doctrinam, ipſe enim ſolem, cæleſtis lucis fontem appellauit, & hoc benè competit D Tho. nam ſicut ſol dux, princeps, & moderator dicitur luminum reliquorum à Cicerone, ſic D. Thomas cæterorum doctorum dux, princeps, & moderator eſt, Dux quia omnes præcedit doctrinæ maieſtate, princeps quia ita eminet, vt propterea quod talis ſolus appareat, ſol nouus vocetur, moderator, quia præceptor & magiſter bonarum literarum eſt, & aliorum doctorum doctrinam, vis huius ſolis, & poteſtas conſtituta dimenſione moderatur: ad cuius doctrinam (quę tantam habet claritatem quod ſimplex grãmaticus, & philoſophus illam per ſe poteſt ſtudere, & intelligere) tamquam ad lydium lapidem examinantur cæterorum aliorum doctrinę, & videntur ſint ne adulterinę, & erroneæ, an veræ, & catholicæ, ſenſus igitur eſt: *De cuius fonte luminis*, ideſt de quo fonte noui luminis, & ſolis, *coruſcant*, ideſt ſplendent, hinc cælum etiam dici poteſt, propriè. n. cæli eſt coruſcare, cũ in eo ignis oſtenditur ſine tonitru *facula verbi* dei ignitæ, *& regula numinis* ideſt deitatis & maieſtatis, *ſcripturæ ſacræ, & ueritatis. Fulgens doctrinę radijs &c.* ſenſus eſt, qui *fulgens* ideſt lucens, & ſplendorem emittens, *radijs doctrinę claræ*, cuius copiam illi infudit de excelſis fons ſapientiæ, qua adeò excelluit, vt ob eam cauſſam nomen angelici doctoris iurè ſit adeptus, *clarus ſupplex tu extitit; munditia*, ideſt innocentia *vitę*, quam adeò coluit, vt mulierem, ignitæ libidinis ſuggeſtricem, quæ introducta fuerat, ad labefactandam eius conſtantiam, titione, pugionis loco, extra came-

exercitio, proprioque ingenio.

Præceptores quando que habuit D. Thomas Petrum, et Paulũ ſibi à deo miſſos..

Lucę 22. c.

Fõs luminis D. Tho. & bene illi hoc nomen competit.

Ad doctrinã D. Tho. tamquã ad lydium lapidem examinantur cæterorũ aliorũ doctrinę.

Angelici doctoris nomẽ adeptus eſt D.Tho. et q̃ cauſſa.

Floruit D. Tho. innocẽ

tia vitæ & libidinis ſenſu caruit ex quo ab angelis conſtrictus fuit circa lumbos.

cameram fugauerit, & mox ante crucis ſignum orans, ſomno correptus per quietem ſentire viſus eſt ſibi ab angelis conſtringi lumbos, qui ei dixerunt, ex parte dei te cingimus cingulo caſtitatis, quod nullatenus diſſoluetur ex tunc enim omni libidinis ſenſu caruit, *& ſplendens prodigijs miris*, & multis, quæ numerari vix poſſũt pro quibus vide dominum Antoninum tertia parte cronicæ ſuæ tit. 23. c. 7. inter alia tamen ego vnum hoc ſilentio non prætereundum cenſeo, nam cum per octauam paſchæ in baſilica ſancti Petri prædicaret, mulierem (quę veſtimenti eius fimbriam tetigit) à fluxu ſanguinis liberauit, nec illa de quibus in vna antiphonarũ diei ſui, Tumor gulæ pellitur: leproſus mundatur: cæco lumen redditur: claudo greſſus datur, & in alia preſſus vi dæmonij, cito liberatur: raptu merſus fluuij vitę reſtauratur. D*at gaudia toti mundo*, gaudij nomine vtitur hymni auctor: non lætitiæ, vt ſcias exultationem hominum in mundo exiſtentium ob ea quę de Diuo Thoma narrantur: non eſſe animi qui inaniter moueatur, & effuſè exultet, & lætitia nimia geſtiat, ſed animi qui cum ratione mouetur placidè atque cõſtanter: *Laus patri, &c.* ſenſus eſt: ſit *laus*, gloria, & honor *patri, ac genito, & ſimul ſancto flamini uni deo*, cuius vnitatem in trinitate, & trinitatem in vnitate veneramur, *qui merito ſancti Thomæ iungat nos agmini*, ideſt turbæ, & ordinatæ multitudini & militiæ cæli: Annotandũ etiam ſuper illud ſancto flamini, quod flamen in neutro genere verbale nomen eſt à flo. flas. idem ſignificans quod ſpiramen, flatus, vel ſpiritus ſanctus: in maſculino verò ſignificat ſacerdotem gentilium, & Romanorum, apud quos ſacerdotes flamines dicebantur quaſi filamines: à filo quo vtebantur quo caput cinctum habebant, cum tempore æſtus pileum ferre non poſſent: (vt annotat Calepinus) Amen.

Multa miracula numerantur Sancti Tho.

Cur gaudij nomine utatur hymni auctor magis quàm lætitiæ.

Quid ſignificet flamen ĩ neutro genere, & qd in maſculino,

Hymnus ad matutinum in feſto ſancti Thomę de Aquino, ordinis ſancti Dominici.

SEquitur expoſitio hymni. *Thomas inſignis genere &c.* qui dicitur ad matutinum nocturnũ in feſto ſancti Thomę de Aquino, in quo auctor deſcribit D. Thomæ ortum ex inſigni genere, ꝙ ætate tenera ingreſſus ſit, & ſuſceperit habitum ord. prędicatorum, quod geſſerit typum luciferi ſplédens in cætu nubium, quod purgauerit dogma gentilium pluſquam cæteri doctores, quod ſcrutans profunda fluminum in lucem promulgarit ſecreta, & fecerit cognita, quę obſcura erant: & tandem explicat quod ſactus ſit fluuius

ſluuius paradiſi, gladius Gedeonis, tuba, lagena, & radius, Ait ergo. *Thomas inſignis genere &c.* ex nobilibus enim natalibus, illuſtrique proſapia comitum aquinorum, *claram*, illuſtram, & excellentem, *duxit originem*, ex patre Landulpho, matre vero Theodora, *ętatis tenerę*, ideſt tempore teneræ ętatis, decem enim erat annorum, quando deus illi hanc perfectionem contulit, vt mundum affectu, & effectu relinquens, *ſubiret*, ideſt ingrederetur, atque ſuſciperet ſacrum, *ordinem prædicatorum*, vel vt ſit ſenſus, *ſubijt*, ideſt ingreditur, & ſuſcipit habitum ordinis prædicatorum: qui ordo erat ętatis tenerę, ideſt quaſi nouiter inſtitutus, *Typum geſsit luciferi*, in hoc videlicet, nam ſicut ille ſplendebat in medio lapidũm ignitorum ambulans, & de eo ſcriptum eſt ſub nomine principis tyri, ecce ſapientior es tu Daniele, & omne ſecretum non eſt abſconditum à te, ſic iſte, *typum luciferi geſsit*, in hoc, quia *ſplendens*, eſt, *in coetu*, & multitudine, *nubium*, ideſt rationalium doctorum, & prædicatorum, qui nomine nubium in ſcriptura vocantur, vnde qui ſunt iſti, qui vt nubes volant? (ait eſai) de quibus isdem dicit mandabo nubibus meis ne pluant ſuper eam imbrem, de quibus dicitur & veritas tua vſque ad nubes, neque enim hoc poteſt referri ad nubes inanimales, ſed benè dicimus: quod veritas dei vſque ad illas nubes eſt, quę audiunt mandatum domini & nouerunt quo pluuias deferant, & à quibus eas ſuſpendant, in cętu igitur harum rationabilium nubium ideſt doctorum, & prędicatorum ſplendens. Diuus Thoma, *plusquam*, cęteri doctores ſupple qui fuerunt poſt ipſum, *purgat dogma gentilium*, (vt patet in libro quem ſcripſit contra gentes, *profunda ſcrutans fluminum etc.* hunc tertium verſum hymni auctor deſumpſit à libr. Iob. cap 28. is.n. in hæc verba prorupit, profunda fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita produxit in lucem, & verborum ſenſus eſt: qui Diuus Thomas videlicet, *ſcrutans*, ideſt inquirens, inueſtigans *profunda fluminum*, vel fluuiorum ideſt vel in quibus cubat draco, & ipſe draco eſt, & ipſe draco fecit, de quibus, (Ezec. 29 c.) mea ſunt flumina, & ego feci illa, & talia ſunt hęreticorum eloquentia, quæ contra veritatem & eccleſiam fluit, quibus iraſcitur dominus, & ſuper quibus eſt furor ſuus (Abacuh 3. c.) ſunt etiam hęreſes, quorum fluminum profunda ſcrutatus eſt, *& abdita in lucem produxit*, cum docuit diligenter attendendum, ne quum aquam bibunt credentes, & catholici: bibant de illo fluuio, in quo ſedit draco, ſed benè ex aqua viua, & de eo fluuio, in quo eſt ſermo Dei, & in quo dominus Chriſtus, qui ſuper maria fundauit eccleſiam, & ſuper flumina

Decem annis natus ingreſſus ẽ ordinem prædicatorũ D. Thomas.

Q̃uo luciferi Typus D. Thomas.

Ezec. 28. c.

Iſa. 60. c.

Iſa. 5. c.

Pſal. 35.

Propoſitio illa, ueritas tua uſq; ad nubes & alia ſententiæ in ſcriptura, non de nubibus inanimalium, ſed rationabilium prędicatorum uideli cet, & doctorũ intelliguntur.

Flumina ſũt *hæreticorũ eloquentia, et hæreſes, et ãtiquorũ patrũ dicta.*

Pſal. 23. flumina præparauit illam ita vt prauæ voluntates perſequutorum ei nocere non valeant, & ſi contra eam inſana mentium præcipitatio ne conſurgant, vel profunda fluminum, vel fluuiorum ideſt antiquorum patrum dicta, quę non abſurdè fluuiorum noīe nuncupantur, quis enim penſare ſufficiat quàm vehemens fluuius ex pectore Moyſi prorupit, quum legem conderet? quàm vehemēs fluuius ex corde Dauid defluxit? quanta ex Salomonis ore, atque omniū prophetarum fluminum fluenta manarunt? quorum fluminum Iudęa ſpeciem tenuit, dum literæ ſuperficiem ſeruans, eorum profunda neſciuit, at ſanctus hic doctor angelicus noſter, qui nomē hoc iure adeptus eſt, quia ſcripta eius, & multitudine, & varietate, & facilitate explicandi res difficiles excellunt, qui non literam, quæ occidit, ſed ſpiritum, qui viuificat ſequutus, *profunda fluminum ſcrutans*, abdita ideſt abſcondita, *in lucem pandit*, atque producit, dum facit cognita, quę obſcura ſunt, & ſupra ſenſus hominum ideſt dū ſuis expoſitionibus antiquas prophetantium obſcuritates aperuit,
Pſal. 17. & tenebroſam aquam in nubibus aëris: ideſt occultam ſcientiam in prophetis aperuit, verificatumque eſt quod loquens in parabolis p
Matt. 10. c. euangeliū veritas diſcipulis præcepit dicens quod dico vobis in tenebris dicite in lumine, & quod in aure auditis prędicate ſuper tecta, apertè namque dicta exponentis huius fecerunt nobis iam eſſe conſpicuas ſententias antiquorum patrum, in quibus ęterna ſpiritalia quęrens, eorum profunda rimatus eſt, & iam eccleſia ſancta p ſpiritum agnoſcit, quod ſynagoga prius per literam intelligere omnino non valuit, vel per flumina in plurali intellexit hymni auctor quatuor ſpeciales materias, quę pertractantur in quatuor libris ſententiarum: videlicet emanationem diuinarum perſonarum, rerum mundanarum productionem, filij dei incarnationem, & ſacramētorum diſpenſationem, quorū quodlibet verè fluminis nomen ſortiri poteſt, quia in vnoquoque illorum repetitur vnum de quatuor proprietatibus fluuij materialis: conſidero enim fluuium materialē quo ad durationem, & inuenio perennitatem, perennis enim fluxus eſt, & propter hanc perennitatem, emanatio perſonarum di-
Emanatio perſonarum quō dicitur fluuius. uinarum dicitur fluuius, ſola enim eſt ſine principio & fine, de quo fluuio: antiquus dierum ſedit, & fluuius igneus, rapidusque egrediebatur à facie eius, & per antiquum dierum intellexit patrem, cuius antiquitas eſt ęternitas, à cuius facie egrediebatur fluuius rapi-
Dan. 7. c. dus, igneusque, quia de ſublimitate diuinitatis eius procedit plenitudo virtutis in filium tamquā fluuius rapidus, & plenitudo amoris in ſpiritum ſ. tamquam fluuius igneus, conſidero item fluuium mate-

materialem quo ad extenſionem, & inuenio ſpecioſitatem, & pro- *Productio*
pter hanc, rerum humanarum productio dicitur nedum fluuius, *humanarũ*
ſed mare, (vt ibi) hoc mare magnum & ſpatioſum, fluuius (vt ibi) *rerum dici-*
ecce ego ad te draco magne: qui dicis meus eſt fluuius: quod tamẽ *tur nedũ flu*
falſum eſt, nam dei opus eſt, & ipſe conditor eius. Conſidero flu- *ui⁹, ſed ma-*
uium materialem quo ad motum, & inuenio circulationem, & pro *re.*
pter hanc filij dei incarnatio dicitur fluuius, vnde in pſona filij dei *Pſal. 103.*
incarnati dicitur, ego quaſi fluuius dorix, ideſt medicamenti gene- *Eze. 29. c.*
ratio, vel medicinalis fluuius, quia incarnatio filij dei non fuit *Incarnatio*
aliud, quàm medicina languorum noſtrorum, verè languores no- *filij dei dr̃*
ſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, conſidero fluuium *fluuius, &*
materialem quo ad effectum, & inuenio emundationem, mundat *quomõ.*
enim terras per quas currit, & propter hanc, ſacramentorum di- *Eccl. 24. c.*
ſpenſatio dicitur fluuius, quæ ſine ſui pollutione mundant nos à *Eſa. 53. c.*
coinquinationibus peccatorum. De quo fluuio dicitur, oſtẽdit mihi *Sacramẽto*
fluuium aquæ viuæ ſplendidum tamquam chriſtallum, procedẽtem *rum diſpẽ-*
de ſede dei, & agni, vbi per fluuium intelligit diſpenſationem ſacra *ſatio dicitur*
mentorum, quę dicitur fluuius aquę viuæ propter efficaciam gratię, *fluuius, &*
quæ viuificat animam, dicitur ipſa procedere de ſede dei, & agni, *quomodò.*
nam gratia ſacramentalis procedit à deo tamquam ab auctore, & ef- *Apo. 22. c.*
ficiente, & à Chriſto tamquam à mediatore, & promerente, Horũ
igitur fluminum, ideſt emanationis perſonarum diuinarum, produ
ctionis rerum humanarum, & mundanarum, incarnationis filij
dei, & diſpenſationis ſacramentorum profunda ſcrutatus eſt Tho.
hic ſanctus in quatuor ſcriptis ſentẽtiarum, & in partibus ſummæ,
in quibus in lucem produxit abdita, & abſcõdita, ideſt diuinæ ſub-
ſtantiæ magnitudinem, quę verè erat abſcondita, & notam fecit
nobis, viſis, & intellectis nobiliſſimis emanationibus, & proprie-
tatibus: diuinæ ſapientię ordinem, quem verè notum fecit tractan-
do de ordine malorum, & bonorum, quo innotuit nobis, quomo-
do ab æterno ſapientia dei ordinata eſt, & ex antiquis antequã terra *Sap. c. 8.*
fieret, Diuinę potẽtiæ fortitudinem, de qua cornua in manibus eius, *Abac. 3. c.*
ibi abſcondita eſt fortitudo eius dicitur de Chriſto in cruce penden
te, vbi latuit fortitudo veritatis, ſub pallio infirmitatis, quod qui-
dem appellat D. Paulus abſconditum ſacramentum, quod quidem *Eph. c. 3.*
notum fecit; & in lucem produxit tractando de incarnatione filij
dei, de morte eius, & quod in infirmitate ſua vicit contrariam po-
teſtatem, & tandem diuinę miſericordiæ dulcedinem, cuius ma-
gnam multitudinem abſcondit dominus timentibus ſe, quam no- *Pſalm. 30.*
tam fecit ſanctus hic noſter oſtẽdendo, quòd deus remittat peccata

in preſenti, quod noſtris vulneribus adhibeat medicamenta, & q̃ʒ in futuro det pręmia, Hæc igitur profunda fluminum ſcrutatus eſt Diuus Thom. & hæc abdita, & abſcondita produxit in lucem, & manifeſtauit, & non ſine ſpiritus s. dono, qui ſcrutator eſt ſecreto-
1. Cor. 2. c. rum, & profundorum, & reuelator abſconditorum, de quo dicitur ſpiritus omnia perſcrutatur, etiam & profunda dei, & alibi ipſe
Dan. 2. c. reuelat profunda, & abſcondita, & nouit in tenebris conſtituta, cuius etiam dono factum ẽ de eo quod ſequitur, *fit paradiſi fluuius &c.* ſenſus eſt: ideſt, *fit peruius*, ideſt per quem iri poteſt, & penetrabilis, *fluuius paradiſi*, ideſt vel pomarij, (gręca enim dictio eſt pa-
Quid ſignificet græca dictio paradiſus. radiſus, & pomariũ ſignat vnde poma illa, quæ in pomarijs odorẽ, & ſapore inſignia ſunt, paradiſea vocantur) vel Horti (ſic enim interpretatur Paradiſum terreſtrem D. hic Thomas in ſecunda ſecundæ) ideſt eccleſiæ ſanctæ terreſtris, & militãris, quæ hortus conclu-
Cant. 4. c. ſus dicit, quo è loco voluptatis egrediente (quia non eſt egreſſus niſi ad irrigandum paradiſum) irrigata eſt credentium vniuerſitas verbo prædicationis, *quadripartite*, ideſt quadrupliciter, & in quatuor partes, & capita diuiſę, quia ſuper quatuor euangelia verbum prædicationis eructans, irrigauit totam terram in quattuor partes diuiſam. De quatuor virtutibus cardinalibus, & principalibus preclaros in lucem tractatus produxit, & eximia compoſuit volumina ſuper quatuor ſententiarum libros. *Fit Gedeonis gladius*, alludit hymni auctor hoc carmine ad hiſtoriam quæ ſcribitur lib. iudicum vbi
Iudic. c. 7. habetur, quòd Gedeon cum trecentis viris pugnaturus contra Ma-
Quomõ D. Tho. poſsit dici Gedeonis gladius. dian, ſtetit in circuitu caſtrorum hoſtilium, & clangore tubarum, fractione lagenarum, & hydriarum fictilium, & fulgore lampadum totum exercitum hoſtium profligauit, & in fugam conuertit, ſic ſanctus hic noſter perfecta cognitione trinitãtis, fidei noſtræ aduerſarios deſtruxit, cũ hoc enim dominus noſter ad prædicationis bella deſcendit, qui potuit diuina cognoſcere, qui ſciuit de trinitate (quæ deus eſt) perfecta ſentire, & armatus venit ſub duce ſuo ad prelium contra aduerſarios fidei, non gladijs, & armis materialibus. ſed gladio dei, & Gedeonis, ideſt gladio ſpiritus, quod eſt verbum dei
Heb. 4. c penetrabilius gladio quouis ancipiti, & pertingens vſque ad diui-
Quomõ D. Tho. poſsit dici tuba, lagena, et radius, et quid in eis deſignetur. ſionem animę, & compagum eius, hinc dicitur, *fit Gedeonis gladius*, ſed tubis, ſed lagonis, ſed radijs, & lampadibus, hinc dicitur, fit, *tuba*, *lagena*, *Radius*, & in tubis clamor prędicantium deſignatur, in lagenis fragilitas corporum, in lampadibus claritas miraculorum, qui tuba tunc ſonuit, quum prædicauit, confregit lagenas, dum ſoluendo corpus propter Chriſti, & doctrinæ fidei ve-

tita-

ritatem, hoſtilibus gladijs ſuppoſuit, reſplenduit lampadibus; dum poſt ſolutionem corporis, miraculis coruſcauit, ac per hoc de⁹ mirabilis oſtenſus eſt in hoc ſancto: cui ſit laus, gloria, & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

Hymnus ad laudes in feſto D. Thomę de Aquino ordinis prędicatorum.

SEquitur expoſitio hymni: *Lauda mater eccleſia &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto ſancti Thomæ, in quo auctor excitat eccleſiam ad laudandum felicem exitum D. Tho. oſtendit ipſum perueniſſe ad gaudia cęleſtia per meritum verbi vitę, quòd vltimum diem clauſerit in monaſterio foſſæ nouæ ciſtercień. ordinis: & tandem declarat, quòd veritas doctrinę, funeris integritas, mira fragrans ſuauitas, & ægris collata ſanitas, mõſtret hunc dignũ laudibus, & quod iuuet nos ſuis precibus in omni loco. Ait ergo: *lauda mater eccleſia, &c.* ſenſus eſt: ò *mater eccleſia*, in terris degens, & militans: *lauda felicem exitum Thomæ*, de hoc mundo, & tenebroſo carcere: in quo habitatur cum habitantibus cedar, qui *per meritum verbi uitę*, & ſalutis, quod inceſſanter prędicauit, & docuit, & mundum illo repleuit, & per ea quæ de eodem verbo ſcripſit: *peruenit ad gaudia* cæleſtia: tã magna, quæ à nullo geometra menſurari poſſunt, tam multa, quæ à nullo arithmetico numerari queunt, tam copioſa, quæ non poſſent finiri, nec à grammaticis, dialecticis, rethoricis, & theologis explicari, & tã precioſa, quæ etſi acquiri poſſint: exiſtimari tamen non poſſunt, & quòd per meritum verbi vitæ, ꝙ prædicauit, & per ea quæ de Chriſto filio dei, & verbo eius ſcripſit, peruenerit ad gaudia; arrhã à Chriſto accepit, nam quũ apud Neap. in eccleſia oraret, audiuit ab imagine crucifixi hanc vocem, bene ſcripſiſti de me Thoma: quã ergo recipies pro tuo labore mercedem? Reſpondit Tho. non aliam domine pręter teipſum. *Foſſa noua tunc ſuſcipit &c.* ſenſus eſt, quum perueniſſet ad foſſam nouã in loco monachorum ordinis ciſtercień. vidit reuelante domino, quod inſtaret vitę ſuæ terminus, vnde conuerſus ad ſocium ſuum ait, fili hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quòd & factum eſt, nam poſt dies aliquot, foſſa noua, quæ ſuſcepit ipſum viuum, tunc videlicet, cum mortem cum vita commutauit, *& Chriſtus Tho. effecit hæredem regni gloriæ*, ipſumque cœlo reddidit, quo facto fidus de nube tractum eſt, de fęno flos elicitus eſt, & adeps de carne oblatus eſt. *Suſcipit techam*, idest loculum, & armarium, *Theſauri gratiæ*, ſacrum enim illius corpus

Pſal. 119.

Gaudia cæleſtia magna ſũt multa, copioſa, et pręcioſa.

Poſt annos cētum ferè a morte ſua D. Thomæ corpus delatū eſt Tholoſam.

per multum temporis ſpatium in loco illo permanſit, quod reſtitutum eſt ordini, & Tholoſam delatum poſt annos ferè centum, *Manens doctrinæ veritas &c.* ſenſus eſt: hæc quatuor per ordinem monſtrant hunc doctorem præfulgidum, & radium noui ſolis, eſſe dignum laudibus, videlicet pro primo, *veritas doctrinæ manens*, cuius ſtilus breuis eſt, grata facundia, celſa, clara, & firma ſententia, quam etſi labefactare nixi ſunt inuidi, & maleuoli, & expugnare, non potuerunt tamen, ſtat enim firma in ſententia illa crucifixi, bene ſcripſiſti de me Thoma. Pro ſecundo & *funeris*, ideſt cadaueris, & per tot annos emortui corporis *integritas*, monſtrant hunc dignum laudibus. Pro tertio, *mira ſuauitas fragrans*, nam quum reportare vellent corpus ad pædorem locum, vnde clam noctu monachi (timentes ne à fratribus ſui ordinis aliquando aſportaretur) abſtulerunt, aperto ſepulchro, tanta ſuauiſſimi odoris fragrantia fluxit, & emanauit ex tumulo, vt non defuncti corporis ſepulchrum, ſed multorum aromatum apotecha patuiſſe videretur; & Pro quarto, & vltimo monſtrat hunc dignū laudibus; & gloriæ corona bina coronatum, & duplici torque prçditum, vna doctoratus, alia virginitatis, in qua prçcellit D. Auguſtinum (vt idem D. Auguſtinus cuidam fratri Alberto de Brixia reuelauit his verbis, Thomas mihi par eſt in gloria, virginali præſtans munditia, *ſanitas collata ægris*, in eius n. laudē fertur Papa Ioa: vigeſimus ſecundus, qui ipſum canonizauit, dixiſſe contra oblocutores ſuæ ſanctitatis, ꝙ tot miracula fecerit, quot quæſtiones terminauit: & ſoluit, *Terra, ponto, & ſuperis*, ſenſus eſt, quē oramus: *vt ſuis precibus iuuet nos terra*, ideſt in terra, *mari*, ideſt *in mari*, & *ſuperis*, ideſt in cçlis, *& meritis* ſuis *commendet nos deo*, cui ſit laus, & gloria in ſecula. Amen.

Hymnus ad veſperas in feſto ſancti Benedicti.

SEquitur expoſitio hymni: *Laudibus ciues &c.* qui dicitur ad veſperas in feſto S. Benedicti, in quo auctor hortatur Chriſti fideles ad laudandum deum hac die, qua Sanctus Benedictus ingreſſus eſt cœlum, De quo explicat, quòd in hac vita degens, puer reliquit patrios lares, & deſerta loca perens ſolus latuit, & per aliquot annos manſit omnibus incognitus, quibus in locis vicit altricem ſcelerum iuuētutem, proijciens ſe inter incendia vrticarum, & aculeos ſpinarum, narrat etiam de eodem: quod cum perueniſſet ad montem Caſſinum deſtruxit templum apollini dicatum, ibique in honorem beati Ioannis baptiſtæ paruulum oratorium ædificauit,

cauit, & tandem dicit quòd felici reſidens nunc olympo inter cateruas cherubinorum audiat preces ſeruorum, & dulci liquore gratiæ reficiat corda illorum: Ait ergo, *Laudibus ciues &c.* ſenſus eſt, *hac die*, qua ſanctus *Benedictus ſcandit*, ideſt aſcendit per virtutum ſcalas, quibus onuſtus erat, *arcem*, ideſt locum fortem, beneque munitum, quem locum hymni auctor vocat *arcem*, ab arcendo, quia arcet, & prohibet hoſtes accedere, altiſſimum poſuiſti refugium tuum (ait Dauid) non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo, *ſummi olympi*, ideſt cæli, olympus enim & ſi mons ſit ita ſublimi vertice, vt ſummam eius quidam cęlum vocarint, nos tamen olympum non ſumimus hoc loci pro mõte, aut ipſius montis ſumma, ſed pro cælo cælorum, & ſummo cęlorum, in quo ſedet, & regnat deus, ſuntque animalia illa ſancta optimam vitam ducentia, *ciues* vel mundi, vel cęli, *reſonent*, ideſt ſonum referant, *laudibus canoris*, ideſt ſonoris, & ſonitus canoroſos, reſonantibus, *& templa*, vel materialia, vel ſpiritualia, *modulentur*, ideſt dulciter cantent, *ſolennes hymnos*, ideſt cantica: laudes dei continentia, vel laudes dei cum cantico, Hymnos dicit, nõ trena, ſunt enim trena lamenti, & funeris carmina, & quæ cauſſa fletus? neque enim fas eſt locum eſſe triſtitiæ, vbi ſanctus hic verè naſcitur ad vitam, cuiuſque mortis, laboris, doloris, clamoris, & luctus expertem, & omni moleſtia ſolutam, ac liberã, *ille florentes etc.* ſenſus eſt, *ille* videlicet ſanctus Benedictus, *peragebat florentes* annos, & quum *puer* adhuc, & tenellus eſſet, ſoli deo placere deſiderans, in quo clarè didicimus quod ab ipſo pueritię ſuæ tempore, & flore: cor ſenile geſſit, & infantia quippe computabatur in annis, ſed erat in eo ſenectus mentis immenſa, liquit, ideſt deſeruit, dereliquit, *penates dulcis patriæ*, ij enim putati ſunt dij domeſtici, & priuati, qui ad vrbium commoda vigilare dicebantur inter compita, quique etiam dominus priuatorum præeſſe credebantur, quos alio nomine lares appellabat antiquitas, at nos per penates intelligimus propriè domos interiores paternas, & parentes, quos rectè penatum nomine intelligimus, nam per eos penitus ſpiramus, per eos corpus habemus, per quos tãdem rationem animi poſſidemus, hinc de eo legitur quòd relicta domo, rebuſque patris, ſoli deo placere deſiderans ſanctæ conuerſationis habitum quęſiuit, & deſerta loca petere decreuit, & hymni auctor ſubdit, *& ſolus ſilenti antro conditus*, ideſt abſconditus, *latuit*, & tribus annis hominibus incognitus manſit, excepto monacho, cui nomen erat Romanus, cuius animum, & deſiderium cum cognouiſſet, & ſecretum tenuit, adiu-

Beatorũ locum appellat hymni auctor arcẽ & quare.

Pſal. 90.

Per penates quid intelligere debeamus.

torium

cum illis exiſtens, in perſona tamen, & proceſſione diſtinctus, *ſcepetro* idest regni baculo, quo inſigne tantum reges vtuntur maieſtaſtis gratia *perpete* ideſt perpetuo *regnat* ideſt regnum poſſidet, cuius nunquam erit finis. Amen.

¶ *Hymnus ad matutinum in feſto ſancti benedicti.*

SEquitur expoſitio hymni: *Quicquid antiqui &c.* qui dicitur ad matutinum nocturnum in feſto ſancti Benedicti, in quo auctor explicat, quòd vita ſancti Benedicti côtinet quicquid antiqui vates cecinere, & monumenta legi æternę admonent, oſtendit quod ſub vno pectore clauſit omnia, quibus laude digni ſunt Moyſes, Abraham, & yſaac ex patribus veteris teſtamẽti, Andreas, Paulus, & Ioannes ex patribus nouæ legis, & tandẽ precatur D. Benedictum vt ſtatuat, ac proueliat ſuos in cœlú: vbi pax eſt, & requies nullo pauore mixta, Ait ergo. *Quicquid antiqui uates*, ideſt prophetæ fatidici, & diuini, *cecinerunt*, & *quicquid monumenta, uel monimenta*, ideſt hiſtorię, *æternę legis*, admonent ſupple nos de vita, & moribus prę̨teritorum hominum, ut illorum exempla, & res geſtas imitemur, *continet uita ſummi monarchæ benedicti* patris noſtri, *celebranda à nobis*, quem meritò hymni auctor appellat monarcham ideſt ſingularem principẽ, pater enim eſt multarum gentium, & creuit in gentem magnam, ab eo enim & ipſius religione proceſſerunt multi, & multi, hinc legitur quod Ioan. papa vigeſimus ſecundus oĩ diligentia cum feciſſet extrahi ex archiuis ſummorũ pontificũ, inuenit quod à tẽpore dicti patris benedicti, vſque ad pontificatum eius, fuerunt de ſuo ordine epiſcopi quinq́; milia, & quatuor: archiepiſcopi ſeptingenti, cardinales trecenti triginta, pontifices viginti quinque, & in cathalogo ſanctorum cõpertum eſt quod de dicto ordine fuerint triginta quattuor milia canonizati, *Extulit Moyſem &c.* primum carmen verſus huius ſecũdi planum eſt, at ſecundum & tertium multam videtur habẽ difficultatem. Puto tamen quod ſenſus verborum (ni fallor) iſte ſit. *Pietas extulit*, ideſt amplificauit, euexit, celebrauit, in altum eleuauit, *Moyſem benignum*, & in tantum vt in laudem eius ſacra dicant eloquia quum finem de ipſo loquendi faciant, non ſurrexit propheta vltra in yſrael ſicut Moyſes *Proles* promiſſa Abrahæ, *yſaac* .i. in yſaac, qui Chriſtus eſt, in quo benedictę ſunt omnes gentes, qui verę *ſponſæ*, ideſt eccleſiæ collectę ex iudęis, & gentilibus, *decus* ẽ, & ornamentum, & *ſeneti*, ideſt vel crudelis, ob id quia propriò filio

Monarcha meritò dici debet B. Benedictus.

Deut. 34. c.

Gen. 22. c.

Rom. 8. c.

filio ſuo non pepercit, vel grauis, & cui maximè ſit fidendum, *paren-tis iuſſa* explens, quæ .n. illi placita ſunt fecit ſemper, *decorat incly-tum*.i. illuſtrem, glorioſum, & inſigné, *Abraham. Ipſe uirtutum &c.* ſenſus eſt, *at ipſe*, Benedictus videlicet, *celſior patriarcha noſtri cœtus*: i. multitudinis: *onuſtus*.i. ſarcinatus, *cumulis* & coaceruationibus: *virtutum*, & ad ſummũ apoſtolicis virtutibus plenus, *ſub uno pectore clauſit yſaac, Moyſem, & Abraham*: i. horum omnium virtutes, & præclara merita, venit enim in nomine yſaac, quantum ad obedientiã, in noĩe Moyſis, quantũ ad ſignorum operationem, hinc Petrus mauritius cognomẽto venerabilis, abbas cluniacẽ. in hymno quem fecit de eo, ait, Fracta reſtauras prece ꝑpotenti frangis oblatum cruce mortis hauſtũ, currit ignarus monachus per vndas, patre iubente; verberas fratrem, fugit hoſtis atrox, ad manus ferrum redit è profundo, præcipis rupi, vomit illa riuos, arua rigantes, ales agreſtis ſibi iuſſa complet, lora conſtricti piè viſa ſoluis, conſpicis mundum radio ſub vno, raptus ad aſtra, mortuũ vitæ reuocas precando, corda multorum penetras propheta, cernis ad cælos animas leuari, clarificatus: Quæ omnia miracula cum alijs hic non expreſſis à B. Gregorio in ſecundo dialogo lib. diffusè enarrantur, & ab eo requirenda, venit etiã in nomine Abrahę quo ad nominis interpretationem; quia ſicut Abraham multarum gentium pater dicitur, ſic pr̃ benedictus multarum gentium pr̃ fuit (vt paulò antediximus.) Hæc de patribus quibuſdam veteris legis, ſed quid de patribus quibuſdam nouæ legis? Sequitur hymni auctor, *fulget Andreas probitate, Paulus floruit verbo, & Ioannes meritis*, & quamuis in his hĩ tres nouæ legis patres fuerunt præcellentes, *ſolus*, tamen *beatus hic pater* Benedictus; *ęquat* hos *tres laudibus*, ideſt ęqualem ſe, vel parem facit illis, laudatur enim laude probitatis, verbi, & meritorũ; nam fuit vir probitate fulgens, & verbo, ac meritis florens; *Ipſe quos mundi &c.* ſenſus eſt: oramus vt *ipſe* pater Benedictus, *pius ſecundo*, ideſt proſpero, *flatu*, *ſtatuat*, ideſt collocet, ponat, *quos*, ideſt illos quos, *rapuit à procellis*, ideſt tempeſtatibus, ac moleſtijs, *mundi*, in cælo ſupple ſuis meritis, & precibus, *vbi pax*, ideſt publica tranquillitas, & tranquilla libertas, *& requies gliſcit*, ideſt creſcit, augetur, inualeſcit, *mixta nullo pauore*, ſapientiam omnem hominibus ex animo expectorante, & tandem vbi vita tranquilla eſt, & quieta remota à quibuſcumque procellis, ad quam nos perducat, qui in trinitate perfecta viuit, & regnat deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Ioan. 8. c.

Patribus quibusdam veteris et nouæ legis nĩ inferior fuit ſanctus Benedictus.

nui quo ad habitum: cōparatur enim igni, vnde ſicut ignis ſemper aſcendit, & numquam deſcendit, ſic charitas viæ, quamdiu manet aſcendere poreſt, & augeri, deſcendere vero, & minui non poteſt, nam ſi hoc eſſet, vel eſſet per peccatū mortale, vel veniale: vel a deo: vel per ſolam ceſſationem ab actu, nō per peccatum mortale, cū per illud totaliter corrumpatur, neque enim ſtare poreſt cum eo, nō per veniale: quia non contrariatur illi, & cum eo ſtare poteſt, non à deo, qui cum videt: ꝙ homo auertat ſe à fine, totaliter corrumpit charitatem, at quum videt ꝙ non auertat ſe à fine, non permittit quod patiatur detrimentum in charitate: nec tandem per ceſſationē ab actu, nā iſte habitus non eſt ex frequentatis actibus, nec cauſatur ab actibus humanis (vt dicitur de virtutibus acquiſitis, quę ob id corrumpuntur, & diminuuntur ceſſantibus actibus humanis, quia ceſſat id vnde cauſantur) ſed à ſolo deo, & ideo ceſſante actu, modo in ipſa ceſſatione deſit peccatum mortale, non diminuitur, nec corrumpitur charitas: & ſi dices contraria nata ſunt fieri circa idem ſubiectum: ſed diminutio, & augmentum ſunt contraria ergo: reſpondeo verum eſt: quando ſubiectum æqualiter ſe habet ad vtrumq; cōtrariorum, at charitas non eodem modo ſe habet ad augmentum & diminutionem, quia poteſt habere cauſſam agentem, non aūt diminuentem, & ſi dices ſecundū D. Auguſt. augmentum charitatis eſt diminutio cupiditatis, ergo per oppoſitū augmentū cupiditatis erit diminutio charitatis. Reſpondeo nego conſequentiā: nā ibi intelligitur de cupiditate in qua finis cōſtituitur in creaturis, & hō auertit ſe à debito fine: propter ꝙ charitas totaliter corrumpitur Rogamus igiť vt deus augeat in nobis dilectionē charitatis, qua diligamus deū ex tota mēte. i. memoria: vt abſit obliuio, ex toto corde. i. intellectu, vt deſit error: ex tota aīa. i voluntate, vt tollatur omnis contraria affectio, vel ex toto corde. i. ſapienter, ex tota aīa. i. dulciter, & ex tota mente. i. fortiter diligamus & ſine mēſura: cum ſit immenſus: nulluſque locus in nobis remaneat vacuus, qui dei dilectione non repleatur, ſed mens lingua, Manus: eius dilectionem reſonent. *Tu nobis dona fontem lachrymarum*, ſenſus eſt: o Chriſte petimus, & oramus ut *dones nobis fontem lachrymarum*, & exitum aquarum deducant oculi nři, quia non cuſtodierunt legem tuam, vt hac uia purgentur delicta nřa, & fletibus largis maculę lauentur animæ noſtrę, & quis beatos non dicet nos, cum dicat Chriſtus beati qui lugent *Ieiuniorum fortia miniſtra*, ideſt præpara, *fortia ieiuniorum*, vt & dignitas conditionis humanæ per immoderantiam ſauciata, medicinalis parſimoniæ ſtudio reformetur, & ſalutaribus ieiunijs eruditi homi-

Quando cōtraria nata sūt fieri circa idem ſubiectum.

Exponitur quō ſit diligēdus deus ex toto corde ex tota anima et ex tota mente. Pſal. 118.

Matt. 5 c.

homines à noxijs quoque vitijs abſtinentes, propitiationem tuã facilius impetrent, *Vitia carnis milia retunde &c.* ſenſus eſt: & *framea* ideſt vel lancea tua, vel haſta, vel gladio bis acuto ſpiritus, quod eſt verbum dei, quo metieulosos fremere facis, inde framea dicitur ſecundum quoſdam quaſi fremea à fremo, is. *retunde* id eſt fræna *milia* ideſt innumerabilia, *vitia carnis*, quæ nos enecare conantur, & cuſpidem, vel aciem illorum hebeta, ita vt vſum eorum vanum, & irritũ reddas (pijſſime domine) *Procul à nobis perfidus abſiſtat &c.* vt ſit ſenſus: Satan ideſt aduerſarius, contrarius, *perfidus*, veritatis inimicus, fidei violator, & proditor, improbus malitioſus: qui ſemper contraire nititur virtutibus ſanctorum *contractus*, ideſt debilitatus omnino, deuictus, depreſſus à tuis viribus ideſt a tua potentia & virtute, qua nulla maior eſſe nequit, *procul à nobis abſiſtat*, ideſt diſcedat, & loco eius *aſsiſtat ſpiritus ſanctus demiſſus à tua ſede*, nam cum procedat à te æternaliter, poteſt: & de facto à te procedit etiam temporaliter, & talis proceſſio non eſt niſi ad ſanctificandas creaturas illius miſſio, de quo dicimus: quod tunc apud nos manſionem facit, quum benè agimus: at tunc diſcedit à nobis cum peccamus, & illi contumeliam facimus: cui debemus: omnem gloriam, & honorem. Amen.

Eph. 6. c.

Vnde dicat framea.

Heb. 10. c.

Hymnus ad veſperas in feſto S. Thomæ de Aquino ord. prædicatoumr.

SEquitur expoſitio hymni: *Exultet mentis iubilo &c.* qui dicitur in feſto ſancti Thomæ de Aquino: in quo auctor, hortatur Chriſti fideles, vt in laudando deum exultent, ex quo dedit nobis in veſpere mundi ſanctum Thom. noui ſolis radium, qui ex vita ſua ſancta: ſcientia, & doctrina clara illuminauit mundum pulſo nubilo errorum: de quo dicit quod fuerit plenus donis morum: & ſapientiæ ex cælo: quod fuerit clarus munditia vitæ, ſplenduerit miris prodigijs, ob quod dat gaudia toti mundo: & tandem ſupplex orat deum, vt merito ſancti huius iungat nos coetui cæli. Ait ergo. *Exultet mentis iubilo &c.* ſenſus huius primi verſus eſt: *Turba fidelium laudans*, ideſt commendans, & verbis extollens deum non cum exceptione, nam is cum exceptione laudat Deum, qui non integrè laudat ipſum, atque perfectè, *exultet*, ideſt ſupramodum exiliat, ac lætetur, & licet exulto dicatur ab ex, & ſalto, mutata. a. in u. & ſignificet ſupra modum exilire, vel efferri, & quaſi geſtibus, & ſaltibus lętitiam, aut etiam aliũ animi affectum oſtendere: hoc loci tamen non accipitur exultare: ſecun-

Quis eſt qui laudat deũ cum exceptione.

Quomõ, & qua ſignificatione acci

piatur hoc uerbum, exulto. ſecundum iam dictam ſignificationem, ſed pro ſupramodum lætati corde, ita tamen quod gaudium, & lætitia corde concepta: verbis, vel geſtis explicari nõ poſſit, quod benè oſtendit hymni auctor, neque enim monet vt ſimpliciter exultemus (eiuſmodi enim exultatio verborum eſt, atque membrorum) ſed vt exultemus iubilo mentis, eſt enim iubilum gaudium, quod exprimitur, nec voce tamen, aut verbis explicatur, iubilo mentis (ait) exultandum, nam quæ mẽte geruntur, corde, & animo, magis placent deo, quàm cum voce tantum ruſtica, & incondita inclamantes gaudium teſtamur, pſallam ſpiritu pſallàm & mente ait Sanctus Paulus: quamuis & exultatio illa, qua ſupra modum corporis geſtibus exilimus (vt fuit illa Dauid ſancti ante arcam domini iuncta terræ puuio, vel tripudio) ſi iuncta fuerit iubilo, & lætitiæ mentis, deo nequaquam diſplicere poſſit: qui per prophetam (ait) cor meum, & caro mea exultauerunt in deum viuum, ſed dices quare inuitas: aduocas, & exhortaris turbam fidelium ad exultandum in deum viuum iubilo mentis? Reſpondet hymni auctor, *errorũ pulſo nubilo &c.* vt ſit ſenſus, hæc eſt cauſſa quare exultare debemus mente, corde, & corpore, nam *per radium noui ſolis* (& per radium intelligit D. Thomam, qui verè fuit ſplendor à ſole emicans) *pulſum eſt nubilum*, ideſt obſcuritas, & nubes ipſa denſa errorum, & per nouum ſolem vel intelligit ſanctum Dominicum ordinis prędicatorum capui, & inſtitutorem, qui veluti nouus ſol, nouum producens ordinem exortus, mundum illuminauit, cuius ſolis radius fuit D. Thomas: vel per nouum ſolem intelligit D. Thom. vt ſit ſenſus, quia per radium, & ſplendorem virtutum, & ſapientiæ huius noui ſolis ideſt D. Thomæ, cuius hodie feſta ſolennia celebramus pulſum eſt nubilum .i. nubes denſa errorum, mundusque illuminatus, ac reformatus, *Thomas in mundi ueſpere &c.* ſenſus eſt, *qui Thomas* (quẽ ſcientię abyſſum congruum eſt interpretemur) *in mundi ueſpere*, ideſt in mundi vltima ætate miſſus à deo, ex ortus pro mundi vniuerſali illuminatione, *plenus donis ex æthere fudit*: ideſt largirer ſparſit, *theſauros gratis morum, & ſapientię*: quicquid enim habuit gratiæ morum, & ſapientię, & doctrinæ, non ſibi, nec proprio ingenio attribuebat, ſed ſpiritui ſancto, hinc fratri Raynaldo ſocio ſuo (quem vnicè diligebat) ſub ſecreto reuelauit, quod ſcientiam ſuam magis diuinitus, & medio orationum acquiſiuerit, quàm humano exercitio, & magis à deo infundendo quàm à proprio ingenio ſtudendò, nam (ut de eo refert dominus Antoninus i cronica ſua parte tertia tit. 23 c. 7. & habetur in legenda Breuiarij Romani) quoties ſtudere, legere, ſcri-

1. Cor. 14. c

Exultatio q̃ ſupra modũ corporis geſtibus exilimus; iuncta iubilo mentis placet deo.

Pſal. 83.

Per nouum ſolem intelligimus: uel Sãctum Dominicũ, uel D. Thomã.

Scientiã D. Thomas à deo potius habuit quã

ſcribere, aut dictare vólebat; prius ad orationis ſecretum accedens, profuſis lachrymis orabat, petens ſibi diuinitus reuelari quod quęrebat, poſtmodum verò ab oratione ſurgens, ſic in promptu habebat quod ſcriberet, aut dictaret, quaſi in libro aliquo didiciſſet, & fertur quod aliquando habuerit præceptores, & inſtitutores in aliquo puncto difficili, & obſcuro Diuos Petrum, & Paulũ ſibi à deo è cœlo miſſos, quos pręcipuè venerabatur. Petrum quidem, ne cótingeret errare in fide, ſciens ſcriptum eſſe de eo, ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua: & Paulum, quia erat doctor eccleſię hinc in vno reſponſoriorum dicitur, felix doctor cuius Petrus, & Paulus fauent obſequio, unde non mirum ſi mirabili ſapientia, atque ſcientia claruit, mundum repleuit doctrina gratiæ, & ſuſceptam refundens gratiam, rigauit totam ſanctam eccleſiam. *De cuius fonte luminis &c.* ſenſus eſt, *de cuius luminis fonte*, & loquitur abſque hæſitatione de beato Thoma, & quem antea appellauit nouum ſolem, Nunc vocat fontem luminis; quo nomine etiam ſolem nuncupamus ſecundum heracliti doctrinam, ipſe enim ſolem, cæleſtis lucis fontem appellauit, & hoc benè competit D Tho. nam ſicut ſol dux, princeps, & moderator dicitur luminum reliquorum à Cicerone, ſic D. Thomas cæterorum doctorum dux, princeps, & moderator eſt, Dux quia omnes præcedit doctrinæ maieſtate, princeps quia ita eminet, vt propterea quod talis ſolũs appareat, ſol nouus vocetur, moderator, quia præceptor & magiſter bonarum literarum eſt, & aliorum doctorum doctrinam, vis huius ſolis, & poteſtas conſtituta dimenſione moderatur: ad cuius doctrinam (quę tantam habet claritatem quod ſimplex grãmaticus, & philoſophus illam per ſe poteſt ſtudere, & intelligere) tamquam ad lydium lapidem examinantur cæterorum aliorum doctrinę, & videntur ſint ne adulterinę, & erroneæ, an veræ, & catholicæ, ſenſus igitur eſt: *De cuius fonte luminis*, ideſt de quo fonte noui lùminis, & ſolis, *coruſcant*, ideſt ſplendent, hinc cælùm etiam dici poteſt, propriè. n. cæli eſt coruſcare, cũ in eo ignis oſtenditur ſine tonitru *facula verbi* dei ignitæ, *& regulæ numinis* ideſt deitatis & maieſtatis, *ſcripturæ ſacræ, & ueritatis*. *Fulgens doctrins radijs &c.* ſenſus eſt, qui *fulgens* ideſt lucens, & ſplendorem emittens, *radijs doctrinę claræ*, cuius copiam illi infudit de excelſis fons ſapientiæ, qua adeò excelluit, vt ob eam cauſſam nomen angelici doctoris iurè ſit adeptus, *clarus* ſupple tu extitit; *munditia*, ideſt innocentia *vitæ*, quam adeò coluit, vt mulierem, ignitæ libidinis ſuggeſtricem, quæ introducta fuerat, ad labefactandam eius conſtantiam, titione, pugionis loco, extra came-

exercitio, proprioq; e ingenio.

Præceptores quando que habuit D. Thomas Petrum, et Paulũ ſibi à deo miſſos.

Lucę 22. c.

Fős luminis D. Tho. & bene illi hoc nomen competit.

Ad doctrinã D. Tho. tamquã ad lydium lapidem examinantur cæterorũ aliorũ doctrinę.

Angelici doctoris nomẽ adeptus eſt D. Tho. et q̃ cauſſa.

Floruit D. Tho. innocẽ

tia vitæ & libidinis ſenſu caruit ex quo ab angelis conſtrictus fuit circa lumbos.

cameram fugauerit, & mox ante crucis ſignum orans, ſomno correptus per quietem ſentire viſus eſt ſibi ab angelis conſtringi lumbos, qui ei dixerunt, ex parte dei te cingimus cingulo caſtitatis, quod nullatenus diſſoluetur: ex tunc enim omni libidinis ſenſu caruit, *& ſplendens prodigijs miris*, & multis, quæ numerari vix poſsũt pro quibus vide dominum Antoninum tertia parte cronicæ ſuæ tit. 23. c. 7. inter alia tamen ego vnum hoc ſilentio non prætereundum cenſeo, nam cum per octauam paſchæ in baſilica ſancti Petri prædicaret, mulierem (quę veſtimenti eius fimbriam tetigit) à fluxu ſanguinis liberauit, nec illa de quibus in vna antiphonarũ diei ſui, Tumor gulæ pellitur: leproſus mundatur: cæco lumen redditur: claudo greſſus datur, & in alia preſſus vi dæmonij, cito liberatur: raptu merſus fluuij vitę reſtauratur. *Dat gaudia toti mundo*, gaudij nomine vtitur hymni auctor: non lætitiæ, vt ſcias exultationem hominum in mundo exiſtentium ob ea quę de Diuo Thoma narrantur: non eſſe animi qui inaniter moueatur, & effuſè exultet, & lætitia nimia geſtiat, ſed animi qui cum ratione mouetur placidè atque cõſtanter: *Laus patri, &c.* ſenſus eſt: ſit *laus*, gloria, & honor *patri, ac genito, & ſimul ſancto flamini uni deo*, cuius vnitatem in trinitate, & trinitatem in vnitate veneramur, *qui merito ſancti Thomæ iungat nos agmini*, ideſt turbæ, & ordinatæ multitudini & militiæ cæli:

Multa miracula numerantur Sancti Tho.

Cur gaudij nomine utatur hymni auctor magis quàm lætitiæ.

Quid ſignificet flamen ĩ neutro genere, & qđ in maſculino.

Annotandũ etiam ſuper illud ſancto flamini, quod flamen in neutro genere verbale nomen eſt à flo. flas. idem ſignificans quod ſpiramen, flatus, vel ſpiritus ſanct⁹: in maſculino verò ſignificat ſacerdotem gentilium, & Romanorum, apud quos ſacerdotes flamines dicebantur quaſi filamines: à filo quo vtebantur quo caput cinctum habebant, cum tempore æſtus pileum ferre non poſſent: (vt annotat Calepinus) Amen.

Hymnus ad matutinum in feſto ſancti Thomę de Aquino, ordinis ſancti Dominici.

SEquitur expoſitio hymni. *Thomas inſignis genere &c.* qui dicitur ad matutinum nocturnũ in feſto ſancti Thomę de Aquino, in quo auctor deſcribit D. Thomæ ortum ex inſigni genere, ꝙ ætate tenera ingreſſus ſit, & ſuſceperit habitum ord. prędicatorum, quod geſſerit typum luciferi ſplẽdens in cœtu nubium, quod purgauerit dogma gentilium pluſquam cæteri doctores, quod ſcrutans profunda fluminum in lucem promulgarit ſecreta, & fecerit cognita, quę obſcura erant: & tandem explicat quod factus ſit

fluuius

fluuius paradiſi, gladius Gedeonis, tuba, lagena, & radius, Ait ergo. *Thomas inſignis genere &c.* ex nobilibus enim natalibus, illuſtrique proſapia comitum aquinorum, *claram*, illuſtram, & excellentem, *duxit originem*, ex patre Landulpho, matre vero Theodora, *ętatis tenerę*, ideſt tempore teneræ ętatis, decem enim erat annorum, quando deus illi hanc perfectionem contulit, vt mundum affectu, & effectu relinquens, *ſubiret*, ideſt ingrederetur, atque ſuſciperet ſacrum, *ordinem prædicatorum*, vel vt ſit ſenſus, *ſubijt*, ideſt ingreditur, & ſuſcipit habitum ordinis prædicatorum: qui ordo erat ętatis tenerę, ideſt quaſi nouiter inſtitutus, *Typum geſsit luciferi*, in hoc videlicet, nam ſicut ille ſplendebat in medio lapidum ignitorum ambulans, & de eo ſcriptum eſt ſub nomine principis tyri, ecce ſapientior es tu Daniele, & omne ſecretum non eſt abſconditum à te, ſic iſte, *typum luciferi geſsit*, in hoc, quia *ſplendens*, eſt, *in coetu*, & multitudine, *nubium*, ideſt rationalium doctorum, & prædicatorum, qui nomine nubium in ſcriptura vocantur, vnde qui ſunt iſti, qui vt nubes volant? (ait eſai) de quibus isdem dicit mandabo nubibus meis ne pluant ſuper eam imbrem, de quibus dicitur & veritas tua vſque ad nubes, neque enim hoc poteſt referri ad nubes inanimales, ſed benè dicimus: quod veritas dei vſque ad illas nubes eſt, quę audiunt mandatum domini & nouerunt quo pluuias deferant, & à quibus eas ſuſpendant, in cętu igitur harum rationabilium nubium ideſt doctorum, & prędicatorum ſplendens. Diuus Thoma, *plusquam*, cęteri doctores ſupple qui fuerunt poſt ipſum, *purgat dogma gentilium*, (vt patet in libro quem ſcripſit contra gentes, *profunda ſcrutans fluminum etc.* hunc tertium verſum hymni auctor deſumpſit à libr. Iob. cap 28. is.n.in hæc verba prorupit, profunda fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita produxit in lucem, & verborum ſenſus eſt: qui Diuus Thomas videlicet, *ſcrutans*, ideſt inquirens, inueſtigans *profunda fluminum*, vel fluuiorum ideſt vel in quibus cubat draco, & ipſe draco eſt, & ipſe draco fecit, de quibus, (Ezec. 29 c.) mea ſunt flumina, & ego feci illa, & talia ſunt hęreticorum eloquentia, quæ contra veritatem & eccleſiam fluit, quibus iraſcitur dominus, & ſuper quibus eſt furor ſuus (Abacuh 3.c.) ſunt etiam hęreſes, quorum fluminum profunda ſcrutatus eſt, *& abdita in lucem produxit*, cum docuit diligenter attendendum, ne quum aquam bibunt credentes, & catholici: bibant de illo fluuio, in quo ſedit draco, ſed benè ex aqua viua, & de eo fluuio, in quo eſt ſermo Dei, & in quo dominus Chriſtus, qui ſuper maria fundauit eccleſiam, & ſuper flumina

Decem annis natus ingreſſus ē ordinem prædicatorū D. Thomas.

Qūo lucifer Typus D. Thomas.

Ezec.28.c.

Iſa. 60. c.

Iſa.5.c.

Pſal. 35.

Propoſitio illa, ueritas tua uſq; ad nubes & alia ſententia in ſcriptura, non de nubibus inanimalium, ſed rationabilium prędicatorum uidelicet, & doctorū intelliguntur.

Flumina sūt hæreticorū eloquentia, et hæreſes, et ātiquorū patrū dicta.

Pſal. 23. flumina præparauit illam ita vt prauæ voluntates perſequutorum eī nocere non valeant, & ſi contra eam inſana mentium præcipitatio ne conſurgant, vel profunda fluminum, vel fluuiorum ideſt antiquorum patrum dicta, quę non abſurdè fluuiorum noīe nuncupantur, quis enim penſare ſufficiat quàm vehemens fluuius ex pectore Moyſi prorupit, quum legem conderet? quàm vehemēs fluuius ex corde Dauid defluxit? quanta ex Salomonis ore, atque omniū prophetarum fluminum fluenta manarunt? quorum fluminum Iudęa ſpeciem tenuit, dum literæ ſuperficiem ſeruans, eorum profunda neſciuit, at ſanctus hic doctor angelicus noſter, qui nomē hoc iure adeptus eſt, quia ſcripta eius, & multitudine, & varietate, & facilitate explicandi res difficiles excellunt, qui non literam, quæ occidit, ſed ſpiritum, qui viuificat ſequutus, *profunda fluminum ſcrutans*, abdita ideſt abſcondita, *in lucem pandit*, atque producit, dum facit cognita, quę obſcura ſunt, & ſupra ſenſus hominum ideſt dū

Pſal. 17. ſuis expoſitionibus antiquas prophetantium obſcuritates aperuit, & tenebroſam aquam in nubibus aëris: ideſt occultam ſcientiam in prophetis aperuit, verificatumque eſt quod loquens in parabolis p

Matt. 10. c. euangeliū veritas diſcipulis præcepit dicens quod dico vobis in tenebris dicite in lumine, & quod in aure auditis prędicate ſuper tecta, apertè namque dicta exponentis huius fecerunt nobis iam eſſe conſpicuas ſententias antiquorum patrum, in quibus ęterna ſpiritalia quęrens, eorum profunda rimatus eſt, & iam eccleſia ſancta p ſpiritum agnoſcit, quod ſynagoga prius per literam intelligere omnino non valuit, vel per flumina in plurali intellexit hymni auctor quatuor ſpeciales materias, quę pertractantur in quatuor libris ſententiarum: videlicet emanationem diuinarum perſonarum, rerum mundanarum productionem, filij dei incarnationem, & ſacramētorum diſpenſationem, quorū quodlibet verè fluminis nomen ſortiri poteſt, quia in vnoquoque illorum repetitur vnum de quatuor proprietatibus fluuij materialis: conſidero enim fluuium materialē quo ad durationem, & inuenio perennitatem, perennis enim fluxus eſt, & propter hanc perennitatem, emanatio perſonarum di-

Emanatio perſonarum quō dicitur fluuius. uinarum dicitur fluuius, ſola enim eſt ſine principio & fine, de quo fluuio: antiquus dierum ſedit, & fluuius igneus, rapidusque egrediebatur à facie eius, & per antiquum dierum intellexit patrem, cuius antiquitas eſt ęternitas, à cuius facie egrediebatur fluuius rapi-

Dan. 7. c. dus, igneusque, quia de ſublimitate diuinitatis eius procedit plenitudo virtutis in filium tamquā fluuius rapidus, & plenitudo amoris in ſpiritum s. tamquam fluuius igneus, conſidero item fluuium

mate-

materialem quo ad extenſionem, & inuenio ſpecioſitatem, & propter hanc, rerum humanarum productio dicitur nedum fluuius, ſed mare, (vt ibi) hoc mare magnum & ſpatioſum, fluuius (vt ibi) ecce ego ad te draco magne: qui dicis meus eſt fluuius: quod tamē falſum eſt, nam dei opus eſt, & ipſe conditor eius. Conſidero fluuium materialem quo ad motum, & inuenio circulationem, & propter hanc filij dei incarnatio dicitur fluuius, vnde in pſona filij dei incarnati dicitur, ego quaſi fluuius dorix, ideſt medicamenti generatio, vel medicinalis fluuius, quia incarnatio filij dei non fuit aliud, quàm medicina languorum noſtrorum, verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, conſidero fluuium materialem quo ad effectum, & inuenio emundationem, mundat enim terras per quas currit, & propter hanc, ſacramentorum diſpenſatio dicitur fluuius, quæ ſine ſui pollutione mundant nos à coinquinationibus peccatorum. De quo fluuio dicitur, oſtēdit mihi fluuium aquæ viuæ ſplendidum tamquam chriſtallum, procedētem de ſede dei, & agni, vbi per fluuium intelligit diſpenſationem ſacramentorum, quę dicitur fluuius aquę viuæ propter efficaciam gratię, quæ viuificat animam, dicitur ipſa procedere de ſede dei, & agni, nam gratia ſacramentalis procedit à deo tamquam ab auctore, & efficiente, & à Chriſto tamquam à mediatore, & promerente, Horū igitur fluminum, ideſt emanationis perſonarum diuinarum, productionis rerum humanarum, & mundanarum, incarnationis filij dei, & diſpenſationis ſacramentorum profunda ſcrutatus eſt Tho. hic ſanctus in quatuor ſcriptis ſentētiarum, & in partibus ſummæ, in quibus in lucem produxit abdita, & abſcōdita, ideſt diuinæ ſubſtantiæ magnitudinem, quę verè erat abſcondita, & notam fecit nobis, viſis, & intellectis nobiliſſimis emanationibus, & proprietatibus: diuinæ ſapientię ordinem, quem verè notum fecit tractando de ordine malorum, & bonorum, quo innotuit nobis, quomodo ab æterno ſapientia dei ordinata eſt, & ex antiquis antequā terra fieret, Diuinę potētiæ fortitudinem, de qua cornua in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius dicitur de Chriſto in cruce pendente, vbi latuit fortitudo veritatis, ſub pallio infirmitatis, quod quidem appellat D. Paulus abſconditum ſacramentum, quod quidem notum fecit, & in lucem produxit tractando de incarnatione filij dei, de morte eius, & quod in infirmitate ſua vicit contrariam poteſtatem, & tandem diuinę miſericordiæ dulcedinem, cuius magnam multitudinem abſcondit dominus timentibus ſe, quam notam fecit ſanctus hic noſter oſtēdendo, quòd deus remittat peccata

Productio humanarū rerum dicitur nedū fluuius, ſed mare.

Pſal. 103.

Eze. 29. c.

Incarnatio filij dei dr̄ fluuius, & quomō.

Eccl. 24. c.

Eſai. 53. c.

Sacramētorum diſpēſatio dicitur fluuius, & quomodò.

Apo. 22. c.

Sap. c. 8.

Abac. 3. c.

Eph. c. 3.

Pſalm. 30.

in preſenti, quod noſtris vulneribus adhibeat medicamenta, & q̃ in futuro det pręmia. Hæc igitur profunda fluminum ſcrutatus eſt Diuus Thom. & hæc abdita, & abſcondita produxit in lucem, & manifeſtauit, & non ſine ſpiritus s. dono, qui ſcrutator eſt ſecretorum, & profundorum, & reuelator abſconditorum, de quo dicitur ſpiritus omnia perſcrutatur, etiam & profunda dei, & alibi ipſe reuelat profunda, & abſcondita, & nouit in tenebris conſtituta, cuius etiam dono factum ē de eo quod ſequitur, *fit paradiſi fluuius &c.* ſenſus eſt: ideſt, *fit peruius*, ideſt per quem iri poteſt, & penetrabilis, *fluuius paradiſi*, ideſt vel pomarij, (gręca enim dictio eſt paradiſus, & pomariũ ſignat vnde poma illa, quæ in pomarijs odorē, & ſapore inſignia ſunt, paradiſea vocantur) vel Horti (ſic enim interpretatur Paradiſum terreſtrem D. hic Thomas in ſecunda ſecundæ) ideſt eccleſiæ ſanctæ terreſtris, & militãtis, quæ hortus concluſus dicitur, quo è loco voluptatis egrediente (quia non eſt egreſſus niſi ad irrigandum paradiſum) irrigata eſt credentium vniuerſitas verbo prædicationis, *quadripartite*, ideſt quadruplicitet, & in quatuor partes, & capita diuiſe, quia ſuper quatuor euangelia verbum prædicationis eructans, irrigauit totam terram in quattuor partes diuiſam. De quatuor virtutibus cardinalibus, & principalibus preclaros in lucem tractatus produxit, & eximia compoſuit volumina ſuper quatuor ſententiarum libros. *Fit Gedeonis gladius*, alludit hymni auctor hoc carmine ad hiſtoriam quæ ſcribitur lib. iudicum vbi habetur, quòd Gedeon cum trecentis viris pugnaturus contra Madian, ſtetit in circuitu caſtrorum hoſtilium, & clangore tubarum, fractione lagenarum, & hydriarum fictilium, & fulgore lampadum totum exercitum hoſtium profligauit, & in fugam conuertit, ſic ſanctus hic noſter perfecta cognitione trinitatis, fidei noſtræ aduerſarios deſtruxit, cũ hoc enim dominus noſter ad prædicationis bella deſcendit, qui potuit diuina cognoſcere, qui ſciuit de trinitate (quæ deus eſt) perfecta ſentire, & armatus venit ſub duce ſuo ad prĕlium contra aduerſarios fidei, non gladijs, & armis materialibus, ſed gladio dei, & Gedeonis, ideſt gladio ſpiritus, quod eſt verbum dei penetrabilius gladio quouis ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animę, & compagum eius, hinc dicitur, *fit Gedeonis gladius*, ſed tubis, ſed lagenis, ſed radijs, & lampadibus, hinc dicitur, fit, *tuba, lagena, Radius*, & in tubis clamor prędicantium deſignatur, in lagenis fragilitas corporum, in lampadibus claritas miraculorum, qui tuba tunc ſonuit, quum prædicauit, confregit lagenas, dum ſoluendo corpus propter Chriſti, & doctrinæ fidei veritatem

1. Cor. 2. c.

Dan. 2. c.

Quid ſignificet græca dictio paradiſus.

Cant. 4. c.

Iudic. c. 7.

Quomõ D. Tho. poſsit dici Gedeonis gladius.

Heb. 4. c

Quomõ D. Tho. poſsit dici tuba, lagena, et radius, et quid in eis deſignetur.

ſitatem, hoſtilibus gladijs ſuppoſuit, reſplenduit lampadibus; dum poſt ſolutionem corporis, miraculis coruſcauit, ac per hoc de mirabilis oſtenſus eſt in hoc ſancto: cui ſit laus, gloria, & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

Hymnus ad laudes in feſto D. Thomę de Aquino ordinis prędicatorum.

SEquitur expoſitio hymni: *Lauda mater eccleſia &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto ſancti Thomæ, in quo auctor excitat eccleſiam ad laudandum felicem exitum D. Tho. oſtendit ipſum perueniſſe ad gaudia cęleſtia per meritum verbi vitę, quòd vltimum diem clauſerit in monaſterio foſſæ nouæ ciſtercien̄. ordinis: & tandem declarat, quòd veritas doctrinę, funeris integritas, mira fragrans ſuauitas, & ægris collata ſanitas, mõſtret hunc dignũ laudibus, & quod iuuet nos ſuis precibus in omni loco. Ait ergo: *lauda mater eccleſia, &c.* ſenſus eſt: ò *mater eccleſia*, in terris degens, & militans: *lauda felicem exitum Thomæ*, de hoc mundo, & tenebroſo carcere: in quo habitatur cum habitantibus cedar, qui *per meritum verbi uitę*, & ſalutis, quod inceſſanter prędicauit, & docuit, & mundum illo repleuit, & per ea quæ de eodem verbo ſcripſit: *peruenit ad gaudia* cœleſtia: tã magna, quæ à nullo geometra menſurari poſſunt, tam multa, quæ à nullo atithmetico numerari queunt, tam copioſa, quæ non poſſent finiri, nec à grammaticis, dialecticis, rethoricis, & theologis explicari, & tã precioſa, quæ etſi acquiri poſſint: exiſtimari tamen non poſſunt, & quòd per meritum verbi vitæ, q̃ prædicauit, & per ea quæ de Chriſto filio dei, & verbo eius ſcripſit, peruenerit ad gaudia; arrhã à Chriſto accepit, nam quũ apud Neap. in eccleſia oraret, audiuit ab imagine crucifixi hanc vocem, bene ſcripſiſti de me Thoma: quã ergo recipies pro tuo labore mercedem? Reſpondit Tho. non aliam domine pręter teipſum. *Foſſa noua tunc ſuſcipit &c.* ſenſus eſt, quum perueniſſet ad foſſam nouã in loco monachorum ordinis ciſtercien̄. vidit reuelante domino, quod inſtaret vitę ſuæ terminus, vnde conuerſus ad ſocium ſuum ait, fili hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo, quòd & factum eſt, nam poſt dies aliquot, foſſa noua, quæ ſuſcepit ipſum viuum, tunc videlicet, cum mortem cum vita commutauit, *& Chriſtus Tho. effecit hæredem regni gloriæ*, ipſumque cœlo reddidit, quo facto fidus de nube tractum eſt, de fęno flos elicitus eſt, & adeps de carne oblatus eſt. *Suſcipit techam*, ideſt loculum, & armarium, *Theſauri gratiæ*, ſacrum enim illius corpus

Psal. 119.

Gaudia cæleſtia magna sũt multa, copioſa, et pręcioſa.

Ee 2 per

Poſt annos cētum ferè a morte ſua D. Thomę corpus delatū eſt Tholoſam.

per multum temporis ſpatium in loco illo permanſit, quod reſtitutum eſt ordini, & Tholoſam delatum poſt annos ferè centum, *Manens doctrinæ veritas &c.* ſenſus eſt: hæc quatuor per ordinem monſtrant hunc doctorem præfulgidum, & radium noui ſolis, eſſe dignum laudibus, videlicet pro primo, *veritas doctrinæ manens*, cuius ſtilus breuis eſt, grata facundia, celſa, clara, & firma ſententia, quam etſi labefactare nixi ſunt inuidi, & maleuoli, & expugnare, non potuerunt tamen, ſtat enim firma in ſententia illa crucifixi, bene ſcripſiſti de me Thoma. Pro ſecundo & *funeris*, ideſt cadaueris, & per tot annos emortui corporis *integritas*, monſtrant hunc dignum laudibus. Pro tertio, *mira ſuauitas fragrans*, nam quum reportare vellent corpus ad pædorem locum, vnde clàm noctu monachi (timentes ne à fratribus ſui ordinis aliquando aſportaretur) abſtulerunt, aperto ſepulchro, tanta ſuauiſſimi odoris fragrantia fluxit, & emanauit ex tumulo, vt non defuncti corporis ſepulchrum, ſed multorum aromatum apotecha paruiſſe videretur; & Pro quarto, & vltimo monſtrat hunc dignū laudibus; & gloriæ corona bina coronatum, & duplici torque prẹditum, vna doctoratus, alia virginitatis, in qua prẹcellit D. Auguſtinum (vt idem D. Auguſtinus cuidam fratri Alberto de Brixia reuelauit his verbis, Thomas mihi par eſt in gloria, virginali præſtans munditia, *ſanitas collata ægris*, in eius. n. laudē fertur Papa Ioa: vigeſimus ſecundus, qui ipſum canonizauit, dixiſſe contra oblocutores ſuæ ſanctitatis, ꝙ tot miracula fecerit, quot quæſtiones terminauit: & ſoluit, *Terra, ponto, & ſuperis*, ſenſus eſt, quē oramus: *vt ſuis precibus iuuet nos terra*, ideſt in terra, *mari*, ideſt *in mari*, & *ſuperis*, ideſt in cęlis, *& meritis ſuis commendet nos deo*, cui ſit laus, & gloria in ſecula. Amen.

Hymnus ad veſperas in feſto ſancti Benedicti.

SEquitur expoſitio hymni: *Laudibus ciues &c.* qui dicitur ad veſperas in feſto S. Benedicti, in quo auctor hortatur Chriſti fideles ad laudandum deum hac die, qua Sanctus Benedictus ingreſſus eſt cœlum; De quo explicat, quòd in hac vita degens, puer reliquit patrios lares, & deſerta loca petens ſolus latuit, & per aliquot annos manſit omnibus incognitus, quibus in locis vicit altricem ſcelerum iuuētutem, proijciens ſe inter incendia vrticarum, & aculeos ſpinarum; narrat etiam de eodem: quod cum perueniſſet ad montem Caſſinum deſtruxit templum apollini dicatum, ibique in honorem beati Ioannis baptiſtæ paruulum oratorium ædificauit,

cauit, & tandem dicit quòd felici reſidens nunc olympo inter cateruas cherubinorum audiat preces ſeruorum, & dulci liquore gratiæ reficiat corda illorum: Ait ergo, *Laudibus ciues &c.* ſenſus eſt, *hac die*, qua ſanctus *Benedictus ſcandit*, ideſt aſcendit per virtutum ſcalas, quibus onuſtus erat, *arcem*, ideſt locum fortem, beneque munitum, quem locum hymni auctor vocat *arcem*, ab arcendo, quia arcet, & prohibet hoſtes accedere, altiſſimum poſuiſti refugium tuum (ait Dauid) non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo, *ſummi olympi*, ideſt cæli, olympus enim & ſi mons ſit ita ſublimi vertice, vt ſummam eius quidam cęlum vocarint, nos tamen olympum non ſumimus hoc loci pro mõte, aut ipſius montis ſumma, ſed pro cælo cælorum, & ſummo cęlorum, in quo ſedet, & regnat deus, ſuntque animalia illa ſancta optimam vitam ducentia, *ciues* vel mundi, vel cęli, *reſonent*, ideſt ſonum referant, *laudibus canoris*, ideſt ſonoris, & ſonitus canoroſos, reſonantibus, *& templa*, vel materialia, vel ſpiritualia, *modulentur*, ideſt dulciter cantent, *ſolennes hymnos*, ideſt cantica: laudes dei continentia, vel laudes dei cum cantico, hymnos dicit, nõ trena, ſunt enim trena lamenti, & funeris carmina, & quæ cauſſa fletus? neque enim fas eſt locum eſſe triſtitiæ, vbi ſanctus hic verè naſcitur ad vitam, cuiuſque mortis, laboris, doloris, clamoris, & luctus expertem, & omni moleſtia ſolutam, ac liberã, *ille florentes etc.* ſenſus eſt, *ille* videlicet ſanctus Benedictus, *peragebat florentes annos*, & quum *puer* adhuc, & tenellus eſſet, ſoli deo placere deſiderans, in quo clarè didicimus quod ab ipſo pueritię ſuæ tempore, & flore: cor ſenile geſſit, & infantia quippe computabatur in annis, ſed erat in eo ſenectus mentis immenſa, liquit, ideſt deſeruit, dereliquit, *penates dulcis patriæ*, ij enim putati ſunt dij domeſtici, & priuati, qui ad vrbium commoda vigilare dicebantur inter compita, quique etiam dominus priuatorum præeſſe credebantur, quos alio nomine lares appellabat antiquitas, at nos per penates intelligimus propriè domos interiores paternas, & parentes, quos rectè penatum nomine intelligimus, nam per eos penitus ſpiramus, per eos corpus habemus, per quos tãdem rationem animi poſſidemus, hinc de eo legitur quòd relicta domo, rebuſque patris, ſoli deo placere deſiderans ſanctæ conuerſationis habitum quęſiuit, & deſerta loca petere decreuit, & hymni auctor ſubdit, *& ſolus ſilenti antro conditus*, ideſt abſconditus, *latuit*, & tribus annis hominibus incognitus manſit, excepto monacho, cui nomen erat Romanus, cuius animum, & deſiderium cum cognouiſſet, & ſecretum tenuit, adiu-

Beatorũ locum appellat hymni auctor arcẽ & quare.

Pſal. 90.

Per penates quid intelligere debeamus.

torium

torium impendit, & inquantũ licuit, miniſtrauit de facultatibus ſui monaſterij, ꝙ non longè diſtabat à prędicto ſpecu, in quo latitabat ſeruus domini ſolus autem dominus nouit, quàm auſteram vitã ibi duxit per tres annos pane ſolo, & aqua contentus beatus hic Benedictus, De quo refert & hymni auctor, *inter urticas &c.* ſenſus eſt, quum diu vixiſſet in illa pœnitentia, & abſtinentia, quadam die tẽtator affuit ĩ ſpecie auis, quæ merula dicitur, & cæpit importunè eius vultui inſiſtere, vt muſca aſinina, quæ licet ad ſignum crucis receſſiſſet, nihilominus ſtatim tanta carnis tentatio eum inuaſit ex recordatione cuiusdam mulieris, quam aliquando in ſeculo viderat, quãtam nunquam expertus fuerat, & in tantum tentatio augebatur, ꝙ volebat dimittere eremum, & redire ad mundum, at dominus adiuuit ipſum; induens illum fortitudine, qua ſecũdum quòd eſt virtus moralis, & donũ ſpiritus. s. reſtitit inclinationibus carnis, occaſionibus mundi, & tentationibus diaboli, vnde deponens veſtes, ſe nudum in ſpinarum aculeis, & vrticarũ incendijs proiecit, ibiq́; diu volutatus exijt inde toto corpore vulnerat⁹. Vide igitur obſecro quàm tortor acerbus fuit in edomando carnem, illamque Chriſto ſubijciendo, & (ut D. Gregorius ait) per vulnera cutis, eduxit vulnus mentis, nec poſt vnquam tale aliquid ſenſit, & hoc eſt, quod ait hymni auctor: quod *inter urticas, & rigidos*, ideſt aſperos, *ſentes*, ideſt ſpinas, vel arbores ſpinoſas, quæ ſentes dicuntur à ſentio. is. quia grauiter ſentiuntur quum pungunt, & à tangentibus, quàm primũ ſentiunt. *vicit*, ideſt; ſuperauit, debellauit fortitudine, quę virtus moralis eſt, & ſpiritus s. donum, *iuuentã*. i. ætatem vnius iuuenis, vel iuuenilem, *altricem*, ideſt nutricem, *ſcelerum*, ſicut n. omnium rerum altor eſt mundus, ſic omnium ſcelerum altrix, & parens eſt iuuenilis ætas, *inde*, ideſt poſtea conſcripſit manu ſua ꝓpria: *pulcra documenta uitę beatæ*, & puto quod per documenta pulchra vitę beatæ, intelligat hymni auctor regulam, cuius executio ducit executores ad vitam beatam, quam dedit ſanctiſſimo Mauro, qui quum adhuc eſſet puerulus, ſuſceptus eſt regulariter inſtituendus à beato Benedicto, vnde de eo legitur, doctrinæ verbo non mediocriter fulxit, ſcripſit namque monachorum regulam diſcretione præcipuam, ſermone luculentam, in cuius inſtitutione poterit quis & vitam, & mores eius cognoſcere, *Aeream turpis &c.* ſenſus eſt, quum perueniſſet ad montem Caſſinum, ad quem vt properaret admonitus fuerat deſuper, deſtructo apollinis templo, quod ibi ſitum erat: reuocato populo circum adiacente ab ydololatria, quem Chriſtianis pręceptis imbuit, & cum dono accepiſſet montem à

Per pulchra documenta: vita beatę ĩtelligit hymni auctor regulã D. Benedicti.

Tertullo nobili Romano, qui prædictum montem ſibi competentem ex integro cum omnibus pertinentijs eius ſibi donauit, & cum, eo etiam filium ſuum nomine Placidum, fabricauit ibi oratorium paruulum in honorem Sancti Ioannis Baptiſtæ, & hoc eſt quod ait hymni auctor. *Aeream turpis &c.* ſenſus eſt, *& ſtrauit*, ideſt comminuit, humi deiecit, atque deſtruxit, à loco ſibi donato à Tertullo nobiliſſimo Romano, *figuram*, ideſt ſtatuam, & ſimulachrum, *aëream*, ideſt ex ære factam, *turpis clarij*, ideſt vel falſi dei, inhoneſti, deformis, & infamis, vel magni clarij ideſt apollinis, qui clarius dictus eſt vel à Claro Ioniæ ciuitate, à Mantho tyreſię filia cõdita, vel à Claro inſula in mari myrtoo, quæ loca apollini ſacra erant, ſed in claro Ioniæ phanum habuit, in quo, reſponſa epota aqua edebantur, quidam dicunt (vt Paulus diaconus) caſtrum Caſſini clarium appellari ſolitum, & quia ibi colebatur Apollo, inde dictus eſt Apollo clarius, *& nemus*, ſupple tu, deſtruxit, ideſt ſyluam amenam, *veneri dicatum*, quæ ab antiquis putabatur dea amoris, gratiarum, pulchritudinis, deliciarum & voluptatum omnium, ita dicta à veniendo, quia ad omnes res veniat, vel à vena ideſt à ſanguine, quia ſanguinis pulchritudinem creat, & amorem, *& loco eius, in monte poſuit*, ideſt erexit, *ſacellum*, ideſt paruum locum, templum, & ædiculam, *ſacrato Baptiſtę*, ideſt in honorem ſacrati Baptiſtæ, *iamque felici &c.* ſenſus eſt: *& iam*, ex hac miſeriarum valle diſcedens, *reſidens olympo felici*, locatus inter *ardentes cateruas*, ideſt multitudines cherubinorum, *ſpectat*, ideſt attendit etiam atque etiam videt, multum, & fixè intuetur (frequentatiuum enim verbum eſt) auditque non ſurdus ibique exiſtens, preces, & orationes ſuorum, *clientum*, ideſt ſeruorum, qui ſub tutela, & patrocinio ſuo ſunt, & defenſione egentes, patronum ſuum hunc omni veneratione colunt, & obſequio venerantur: *& dulci liquore*, gratiæ, quam ſuis interceſſionibus hauſit ex perenni fonte Dei, & fluminis impetu lætificantis Ciuitatem Dei, reficit illorum, *corda*, & hic eſt fructus, quem dat (vt in Pſalmo 1.) tempore ſuo lignum hoc plantatum ſecus decurſus aquarum: ideſt gratiarum ſpiritualium, quæ fluunt impetu de libano, ideſt à patre luminum, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum, *Gloriam patri &c.* ſenſus eſt, *Canamus gloriam patri domino perenni*, ideſt perpetuo, *& genito*; filio, *ſublimi*; cuius filiatio eſt cęterarum omnium naturalium propagationum veritas, ex qua omnis (vt ita dicam) filialitas in cœlo, & in terra nominatur, *cum nobis ardens paraclitus*, vnus deus cum-

Apollo unde ſit dictus clarius.

Venus unde ſic dicta ſit.

Cant. 4. c.
Iac. 1. c.

cum illis exiſtens, in perſona tamen, & proceſſione diſtinctus, *ſce-
ptro* ideſt regni baculo, quo inſigne tantum reges vtuntur maieſta-
ſtis gratia *perpete* ideſt perpetuo *regnat* ideſt regnum poſſidet, cu-
ius nunquam erit finis. Amen.

Hymnus ad matutinum in feſto ſancti benedicti.

SEquitur expoſitio hymni: *Quicquid antiqui &c.* qui dici-
tur ad matutinum nocturnum in feſto ſancti Benedicti,
in quo auctor explicat, quòd vita ſancti Benedicti cõtinet
quicquid antiqui vates cecinere, & monumenta legi æternę admo-
nent, oſtendit quod ſub vno pectore clauſit omnia, quibus laude
digni ſunt Moyſes, Abraham, & yſaac ex patribus veteris teſtamē
ti, Andreas, Paulus, & Ioannes ex patribus nouæ legis, & tandē
precatur D. Benedictum vt ſtatuat, ac prouehat ſuos in cœlū: vbi
pax eſt, & requies nullo pauore mixta, Ait ergo. *Quicquid antiqui
uates*, ideſt prophetæ fatidici, & diuini, *cecinerunt*, & *quicquid mo-
numenta, uel monimenta*, ideſt hiſtorię, *æternę legis*, admonent ſup
ple nos de vita, & moribus prȩteritorum hominum, ut illorum
Monarcha meritò dici debet B. Benedictus.
exempla, & res geſtas imitemur, *continet uita ſummi monarchæ be-
nedicti* patris noſtri, *celebranda à nobis*, quem meritò hymni auctor
appellat monarcham ideſt ſingularem principē, pater enim eſt mul-
tarum gentium, & creuit in gentem magnam, ab eo enim & ipſius
religione proceſſerunt multi, & multi, hinc legitur quod Ioan. pa-
pa vigeſimus ſecundus oĩ diligentia cum feciſſet extrahi ex archiuis
ſummorū pontificū, inuenit quod à tēpore dicti patris benedicti,
vſque ad pontificatum eius, fuerunt de ſuo ordine epiſcopi quinq;
milia, & quatuor: archiepiſcopi ſeptingenti, cardinales trecenti
triginta, pontifices viginti quinque, & in cathalogo ſanctorum cõ
pertum eſt quod de dicto ordine fuerint triginta quattuor milia ca-
nonizati, *Extulit Moyſem &c.* primum carmen verſus huius ſecū-
di planum eſt, at ſecundum & tertium multam videtur haberē diffi-
cultatem. Puto tamen quod ſenſus verborum (ni fallor) iſte ſit.
Pietas extulit, ideſt amplificauit, euexit, celebrauit, in altum ele-
uauit, *Moyſem benignum*, & in tantum vt in laudem eius ſacra di-
cant eloquia quum finem de ipſo loquendi faciant, non ſurrexit pro-
Deut. 34. c. pheta vltra in yſrael ſicut Moyſes *Proles* promiſſa Abrahæ, *yſaac*. i.
Gen. 22. c. in yſaac, qui Chriſtus eſt, in quo benedictę ſunt omnes gentes, qui
verę *ſponsæ*, ideſt eccleſiæ collectę ex iudęis, & gentilibus, *decus* ē,
Rom. 8. c. & ornamentum, *& ſeueri*, ideſt vel crudelis, ob id quia propriò

filio

filio ſuo non pepercit, vel grauis, & cui maximè ſit fidendum, *parentis iuſſa* explens, quæ .n. illi placita ſunt fecit ſemper, *decorat inclytum*.i. illuſtrem, glorioſum, & inſigne, *Abraham. Ipſe uirtutum &c.* ſenſus eſt, *at ipſe*, Benedictus videlicet, *celſior patriarcha noſtri cœtus*: i. multitudinis: *onuſtus*.i. ſarcinatus, *cumulis* & coacervationibus: *virtutum*, & ad ſummũ apoſtolicis virtutibus plenus, *ſub uno pectore clauſit yſaac, Moyſem, & Abraham*: i. horum omnium virtutes, & præclara merita, venit enim in nomine yſaac, quantum ad obedientiã, in noĩe Moyſis, quantũ ad ſignorum operationem, hinc Petrus mauritius cognoměto venerabilis, abbas cluniaceñ. in hymno quem fecit de eo, ait, Fracta reſtauras prece ꝑpotenti frangis oblatum cruce mortis hauſtũ, currit ignarus monachus per vndas, patre iubente, verberas fratrem, fugit hoſtis atrox, ad manus ferrum redit è profundo, præcipis rupi, vomit illa riuos, arua rigantes, ales agreſtis ſibi iuſſa complet, lora conſtricti piè viſa ſoluis, conſpicis mundum radio ſub vno, raptus ad aſtra, mortuũ vitæ reuocas precando, corda multorum penetras propheta, cernis ad cælos animas leuari, clarificatus: Quæ omnia miracula cum alijs hic non expreſſis à B. Gregorio in ſecundo dialogo lib. diffuſè enarrantur, & ab eo requirenda, venit etiã in nomine Abrahę quo ad nominis interpretationem; quia ſicut Abraham multarum gentium pater dicitur, ſic pr̃ benedictus multarum gentium pr̃ fuit (vt paulò antediximus.) Hæc de patribus quibuſdam veteris legis, ſed quid de patribus quibuſdam nouæ legis? Sequitur hymni auctor, *fulget Andreas probitate, Paulus floruit verbo, & Ioannes meritis*, & quamuis in his hĩ tres nouæ legis patres fuerunt præcellentes, *ſolus*, tamen *beatus hic pater* Benedictus, *ęquat* hos *tres laudibus*, ideſt ęqualem ſe, vel parem facit illis, laudatur enim laude probitatis, verbi, & meritorũ; nam fuit vir probitate fulgens, & verbo, ac meritis florens; *Ipſe quos mundi &c.* ſenſus eſt: oramus vt *ipſe* pater Benedictus, *pius ſecundo*, ideſt proſpero, *flatu*, *ſtatuat*, ideſt collocet, ponat, *quos*, ideſt illos quos, *rapuit à procellis*, ideſt tempeſtatibus, ac moleſtijs, *mundi*, in cælo ſupple ſuis meritis, & precibus, *vbi pax*, ideſt publica tranquillitas, & tranquilla libertas, *& requies gliſcit*, ideſt creſcit, augetur, inualeſcit, *mixta nullo pauore*, ſapientiam omnem hominibus ex animo expectorante, & tandem vbi vita tranquilla eſt, & quieta remota à quibuſcumque procellis, ad quam nos perducat, qui in trinitate perfecta viuit, & regnat deus per omnia ſecuta ſeculorum. Amen.

Ioan. 8. c.

Patribus quibusdam veteris et nouæ legis nõ inferior fuit ſanctus Benedictus.

Hymnus ad laudes in feſto ſancti Benedicti.

SEquitur expoſitio hymni, *Ruſticum ſolo &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto ſancti Benedicti, in quo auctor deſcribit quædam miracula, quæ operatus eſt beatus Benedictus in vita exiſtens; & orat vt ſpiritualiter precibus ſuis illa exerceat in nobis, vt ſic tandem ipſius meritis cœleſti aula potiamur. Ait ergo; *Ruſticum ſolo &c.* vbi nota auctorem hymni memorare primo & ſecũdo carmine huius primi verſus, miraculum quod ſupra quodam ruſtico accidit, nam quum vi à Gotho quodam immani, crudeli, & ſæuo, loris, & vinclis conſtrictum impelleretur ad ſanctum Benedictum, vt ſciret ſi verum eſſet quòd res ſuas eidem ſancto commiſiſſet, quas miles ille cruciatibus diripere volebat, & nitebatur, ad ſolam viri dei oculorum coniectionem, diſſoluta ſunt vincula: quo viſo ſigno Gothus perſequutor ab illa immanitate repreſſus ẽ. orat igitur hymni auctor, vt ſicut ſanctus Benedictus ſoluit miſerum ruſticum vinclo tenaci, ſic ſoluat ſuis precibus corda noſtra à maligno reatu, vnde verborum ſenſus eſt, ò *Benedicte* qui olim *ſolo nutu*, & ſola oculorum tuorum ſubleuatione, *ſolueras*: ideſt liberaueras, *tenaci*, ideſt ſtabili, conſtanti, firmo, atque moleſto, *vinculo miſerum ruſticum*, quo conſtrictus ab immani Gothorum milite trahebatur, oramus vt nũc etiam tuis precibus ſacris, ſoluas corda eorum qui ſe & ſua tibi commiſerunt, a maligno reatu, & crimine, quo veluti quodam compede, ac fune, & duro loro, & vinculo immaniter conſtringuntur, & huc, atque illuc impelluntur. *Hauſeras ſaxo &c.* alludere videtur hoc ſecundo verſu hymni auctor, miraculo quod fecit hic ſanctus; nam quum fratres ſui monaſterij in arduę montis cacumine conſtituti, graui moleſtia laborarent ad quærendam, & capiendam aquam, à lacu longè diſtante ab eis, precibus viri dei factum eſt, vt ibidem ſaxum laticem, liquidumque fontem euomeret, è quo ſine moleſtia ex tunc ceperunt haurire aquã, orat igitur hoc verſu hymni auctor, ut ſicut olim ipſe S. Benedictus ſuis precibus hauſerat aquam è ſaxo rigenti, & è montis vertice, ſic nũc reſcindat lapidem pectoris noſtri, ut queat ſalubri fletu tergere ſordes vitiorum, vnde verborum ſenſus eſt, ò Benedicte qui olim *è ſaxo rigenti*, rigenti ideſt duro, rigido, & frigido; *hauſeras*, ideſt traxeras, *laticem*: ideſt aquam ſubterraneã (eſt enim latex propriè aqua ſubterranea, quæ latet in venis terræ, & quia deriuatur per adiunctum ſupplenda eſt litera: Hauſeras laticem aquaticum, vel aqueũ in venis terrę latentem, non bacchicũ, vel lyæum) oramus vt, *modo reſcin-*

reſcindas, ideſt auferas, tollas, in puluerem redigas. *lapidem:* ideſt duritiem: *pectoris,* ideſt cordis noſtri, *vt ſalubri,* ideſt ſalutifero, & ſanitatem prebente: *fletu,* quo vincitur inuincibilis, & vincitur omnipotens, *queat* i. poſſit, & valeat, *tergere.* i. mundare, lauare, *ſordes.* i. immunditias, & ſordes vitiorum, quibus facies animæ noſtræ denigrata eſt ſuper carbones, *conteris ſigno &c* & hoc uerſu commemoratur aliud miraculum, nam quum fratres eius (quorũ mores non conueniebant moribus viri dei, & ægro animo ferebãt ſeueritatem diſciplinæ eius) inito conſilio ſtatuiſſent venenum vino mixtum ſibi porrigere, & in vaſe vitreo iam illud ſibi obtuliſſent, ab ipſo ſigno crucis facto ſuper illud, mox uas illud confractum eſt, & veneni mixti prodidit inſidias, vnde dixit eis. miſereatur veſtri omnipotens deus, quare iſta in me facere voluiſtis? nonne dixi vobis, quia veſtri mores, meis non conueniebant? orat igitur hymni auctor, vt ſicut olim potenti ſigno contriuit ciathum, ac per hoc virus paratũ non nocuit ſibi, ſic nunc, & ſemper ſuos tueatur ab hauſto fœdo criminis, vnde verborum ſenſus eſt: ò benedicte qui olim *ſigno crucis potenti*, quod ſignum ſemper more ſuo premittebat ſup cibo, & potu, *conteris.* i. frangis, & in plures partes diuidis: *cyathũ* ideſt vas quo potus hauritur, ac ſi pro ſigno lapidem dediſſes, *nec tibi nocuit uirus.* i. venenum *paratum*, & vinum ueneno mortifero mixtum, quod inito conſilio domeſtici tui (à quibus attendere nos docuit ſcriptura, ait enim & à domeſticis tuis attende) nam (vt Chriſtus ait, & ante ipſum Micheas propheta inimici hominis domeſtici eius) obtulerunt tibi, oramus vt *ſic* nunc & ſemper *tuearis tuos.* i. defendas. *Ab hauſtu.* i ſorbitione, *fœdo criminis*, quod non corporis ſed animę virus, & venenũ eſt mortiferũ, *nunc uelut quondam &c.* ſenſus huius verſus eſt: oramus, vt ſicut olim, *ſerena facies*, Benedicti: *pepulit* i. abegit, remouit à Totila Gothorũ rege, crudelitatem, (de hoc enim ad literam puto (ſub aliorum cenſura tamen ſit dictũ) intelligat hymni auctor in primo huius verſus carmine) cui pater hic benedictus prædixit aduentum eius in vrbem, & poſt decem annos mortem, qui ſi cum Romanis habitauit per aliquod tempus quaſi pater cum filijs, hanc animi benignitatem contulit admonitio huius almi patris, quem olim adierat, nam antea nimiæ crudelitatis extiterat, hinc legitur quòd à porta oſtienſi vrbem ingreſſus eſt, & parcere volens Romanis per totam noctem clangere buccinam iuſſit, quo ſe à Gothorum gladijs, aut eccleſijs tuerentur, aut quibuscunque locis occulerent, ſic nunc eadem *facies ſerena*, tranquilla, & læta hos effectus ĩ nos exerceat, uidelicet, *vt pellat hoſtiles*

Tren. 4. *c.*

Eccl. 32. *c.*
Matt. 10. *c.*
Mich. 7. *c.*

cataractas Erebi, ideſt inferorum, *& conferat lucem mortuis*; & in tenebris peccatorum exiſtentibus, *& miſeris aptum leuamen*; quod leuet, & minuat, & malum faciat tolerabilius; vt olim fecerat, mortuis enim vitam reſtituit precãdo, nutricis miſeræ quæ arctius illum diligebat, capiſterium, ideſt uas quo frumentum purgatur fractum, prece prepotenti reſtaurauit, & in partes diuiſum reiunxit, ac flenti nutrici ſuę reſtituit, & Placidum puerum Tertulli Romani filium è gurgite, ideſt è profundo loco fluminis liberauit, ſancti Mauri ſui diſcipuli medio, cui pręcepit vt citò accurreret, & puerum è ſub merſione eriperet, & aquis extraheret, *Vt pij tandem &c.* ſenſus eſt: nam ſi hoc impetrabimus. *Tandem* etiam obtinebimus vt, *meritis magiſtri*: cuius ſumus diſcipuli: ritè, ideſt rectè, & benè *Potiamur* ideſt fruamur: *aula cæleſti*, ibique omnes, *ſupremè*, ideſt nouiſſimè *reſonemus*, & deo ſine fine nocte, dieq; cantemus *cantica laudis*, cui ſit honor, & imperium per ſecula. Amen.

Hymnus ad veſperas tempore paſsionis, & in feſtiuitatibus Sanctæ Crucis.

SEquitur expoſitio hymni: *Vexilla regis prodeunt*, qui dicitur ad veſperas à Sabbato Dominicę paſſionis, vſque ad feriam quartam maioris hebdomadæ, & rectè quidem cãtatur hoc tempore, quia in eo agitur de Chriſti paſſione, & cruce, in quo auctor, (qui non fuit Fortunatus epiſcopus (vt putat Henricus Bebelius) nec Sedulius (vt quidam referunt) nec D. Ambroſ. (vt putat Dioniſius Chartuſianus.) Sed Theodulphus Aurelianen. Epiſcopus qui etiam auctor fuit hymni dominicę palmarum, Gloria, laus, & honor tibi ſit rex Chriſte redemptor: quem compoſuit cum eſſet carceribus emancipatus apud Andegauos Imperante Ludouico pio Franchorum Rege, & Caroli Magni filio:) recenſet Dominicæ paſſionis myſteria, & viuificæ crucis pręclara pręconia, in qua factum eſt humanæ reconciliationis cum deo ſacramentum, & humani generis completa fuit redemptio, & tandem ad ipſam crucem dirigit piam orationem, & precatur, vt hoc paſſionis tempore augeat pijs iuſtitiam, & reis donet peccatorum, & errorum veniam. Ait ergo. *Vexilla regis prodeunt &c.* Vexillum ſignum militare eſt, & bellicum: quod ante principem, vel exercitum defertur, & in bello erigitur, cum ad arma concurri oportet: & continet ſecundum Liuium libr. 8. ab vrbe homines centum octoginta ſex, as in inſignibus, & vexillis Chriſti regis noſtri, quæ in proceſſio-

nibus

nibus ſolennibus ante chriſtianorum exercitum deferuntur: milia milium continentur: & hæc *prodeunt*, nunc ideſt apparent, manifeſtantur, & in palàm fiunt; recoluntur, honorantur, prędicantur: Et talia vexilla ſunt omnia ſacra paſſionis *regis* noſtri Chriſti, qui rex eſt, & ſecundum diuinitatem, & quo deus authoritate regitiua, ęterna, ſumma, & increata, qui regit yſrael, ideſt populum iudæorum, & deducit velut ouem Ioſeph, ideſt populum credentem de gentilibus, ſignantum per Ioſeph: qui interpretatur augmentum, nam gentium populus auctus eſt, & adiunctus populo Iudæorum credenti, & rex eſt etiam ſecundum humanitatem aſſumptam poteſtate, & auctoritate creata dependente, & quaſi inſtrumētali. Et quæ ſunt iſta inſignia bellica? Reſpondeo crux, flagella, columna, ſpinea corona, claui, lancea, quibus poteſtates aëreas, & principes, & rectores mundi tenebrarum harum proſtrauit: debellauit: eiecitque foras, quibus vicit mundum, quæ pluris facimus nos, quam Imperatores magnifaciant, coronas, ſceptra & diademata ſua, ſunt etiam iſta inſignia bellica, ſacramenta noſtra: quæ ex latere Chriſti emortui fluxerunt, quibus formatur eccleſia & ſine quibus non ſolet fieri remiſſio, non quod non poſſit, neque enim virtutem ſuam deus ſacramentis alligauit, vt non poſſit facere ſine ipſis, quod facit cum ipſis, quæ ſacramenta magis hoc tempore *prodeunt*, ideſt manifeſtantur, honorantur, prædicantur: & fiunt, quā alio tempore, quo oſtenditur illa vim habere mundandi, purgandi, & nutriendi à Chriſti ſanguine, illiuſque paſſione. *Fulget crucis myſterium &c.* vbi nota quod myſterium propriè dicitur, quod ſecretam in ſe continet intelligentiam, vnde inter alia ſigna bellica, myſterium crucis (quod eſt ſacrum ſecretum à ſeculis abſconditum in deo, & magnum myſterium appellauit Diuus Andreas, & verbum crucis Apoſtolus Paulus: ꝙ pereuntibus: & incredulis ſtultitia eſt, & ſcandalum: ijs autem qui credunt: dei virtus eſt, & ſalus) *fulget*, ideſt ſplendet per totum mundum, & ſplendore ſuo ferit, & percutit oculos, & cor intuentium, & de eo contemplantium, vel *fulget*, ideſt in contemplatione fidelium ſplendet, & in fide, & veneratione eſt, cuius fulgore, atque ſplendore percuſſi, & allecti fideles, non habent vnde glorientur, niſi in eo, apoſtolo ſancto dicente. mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, ideſt in contemplatione filij dei crucifixi, non enim in circumciſione gloriandum eſt, nec in ceremonialibus legis: nec in rebus caducis, & vanis, ſed in coſideratione myſterij paſſionis, charitatis, & obedientiæ Chriſti in cruce peracti, atque completi.

Pſal. 79.

Quæ ſint inſignia Chriſti.

Quid ſit myſterium.

1. Cor. 1. c.

Gal. 6. c.

Quo

Quo carne carnis conditor &c. ſenſus eſt : *quo*.i. propter quod myſterium : & abditam , atque ſecretam, & occultam intelligentiam *conditor carnis*.i. factor humani generis , & hominis , qui in ſcripturis dicitur caro , omnis quippe caro corruperat viam ſuam , ad te omnis caro veniet , videbit omnis caro ſalutare dei , in diebus illis effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & verbum caro factũ eſt , & dediſti mihi poteſtatem oĩs carnis, & rectè dicitur caro , quia de carnis concupiſcentia oritur , & reuera caro eſt , non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum quia caro eſt (ait Moyſes) in ventre matris figuratus ſum caro(ait hebræus ſapiens)& quod natum eſt ex carne caro eſt (ait Chriſtus) *carne ſuſpenſus eſt patibulo* ideſt in corpore mortali, & in humana carne : cruci affixus eſt, ſignificat enim patibulum hoc loci, non ligneam, ſeram , qua oſtia clauduntur, eaque remota, valuæ aperiuntur, ſed crucem, & ſic à patior. eris. non à pateo. es. deduci manifeſtum eſt, licet patibuli minor pœna ſit: quam crucis , quia patibulum ſtatim exanimat appenſum , crux verò diu cruciat affixum , vnde mirabatur Pilatus de Chriſto : quod tã citò obijſſet : ſumpſit tamen hymni auctor : *patibulum*: pro crucis tormento , in quo *ſuſpenſus* : paſſus eſt : *carne*. i. in carne , & ſecundum carnem , vt carne carnem liberans , non perderet quos condidit , Peccata noſtra ait D. Petrus pertulit in corpore ſuo ſuper lignum : vel ut ſit ſenſus : *Conditor carnis , patibulo ſuſpenſus eſt carne*.i. propter carnem , & pro humana carne, & pro ſalute hominis, quod confitemur in ſimbolo , qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem &c. *Quo uulneratus inſuper &c.* vt ſit ſenſus : *quo*.i. in quo patibulo, vel in quo crucis myſterio, ad vtrumque enim referri poteſt relatiuum : quo vltra manuum, & pedum confixionem, & perforationem iuxta illud ps. 21. foderunt manus meas , & pedes meos, quæ quidem in ligno manuum , & pedum ſimul perforatio ob neruorum concurſum (qui cum carne illis coniuncta , principia ſunt , & organum : ſenſus tactus) nimis pœnalis eſt, *vulneratus* eſt ipſe carnis conditor deus, & homo Chriſtus ſecundum humanam naturam tamen. in latere , *Mucrone diræ lanceæ*. i. acumine & cuſpide crudelis , & ſæuæ lanceę militaris, quę dira dicitur : quaſi dei ira immiſſa , Hinc in ſancti Ioan. euangelio vnus militum dicitur lancea latus eius aperuit . *Vt nos lauaret crimine &c.* ſenſus eſt : & *vt nos lauaret crimine*. i originali peccato, quod crimẽ dicitur antonomaſticè : & per excellentiam, quia ex eo cætera peccata fluxerunt , à quibus etiã : *ut nos lauaret* : voluit vt ex vulnere lateris, *manaret vnda ſanguinis*. i. aqua cum ſanguine : id quod palàm fecit etiã D. Ioan.

Homo dicitur in ſcripturis caro: & cur.
Gen. 6. c.
Pſalm. 64.
Eſai. 40. c.
Iohel 2. c.
Ioan. 1. c.
Ioan. 17. c.
Gen. 6. c.
Sap. c. 7.
Ioan. 3. c.
Quid ſignificet patibulum.
Marc. 15. c.
1. Pet. 2. c.
Manum & pedum Chriſti confixio in cruce valde pœnalis fuit.
Ioan. 19. c.
Peccatum originale dĩ crimen anthonomaſtice.

D. Ioan. vbi ait, & continuo exiuit ſanguis, & aqua, hic effluxus miraculum fuit, & oſtendit magnum myſterium, nam aqua abluimur, ſanguine redimimur, non ſolum ſanguis, nec ſola aqua manauit, & fluxit, nam aqua ſine ſanguine nihil poſſet, nec quicquã prodeſſet redemptos eſſe, ſi permaneremus quales prius eramus, & non etiam cum hoc ablueremur. Vt ergo eſſet vnde à peccatis lauaremur, aqua (quæ corporales tantũ lauare poterat ſordes) ſanguini (qui eſt noſtræ redemptionis precium) ſociata eſt, & ex eius ſocietate virtutem, & poteſtatem ſumpſit, vt ſit digna cooperari ſpiritui ſancto ad abluendas peccatorum ſordes ſpirituales, Mirabilis (ò domine) fuit paſſio tua, quę paſſiones omnium noſtrum propulſauit: propitiata eſt omnibus iniquitatibus noſtris, & nulli unquam peſti noſtræ inuenitur inefficax, quid enim tam ad mortem, quod non tua morte ſoluatur? & quid tam turpe, & ſordidum peccatorũ noſtrorum, quod non lauetur ſanguine tuo? lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo ait D. Ioan. *Sed dices*: fuit ne verè aqua? quæ fluxit de latere Chriſti ſaluatoris? Reſpondeo cum D. Thom. quod aqua illa non fuit humor flegmaticus (vt multi dixerunt) ſed aqua miraculosè egrediens è corpore mortuo, ſicut & miraculosè prodijt ſanguis ad comprobandam veritatem dominici corporis, & ad cõfutandum errorem Manicheorum, ut per aquam quę eſt unum ex quatuor elementis comprobaretur corpus Chriſti fuiſſe verè cõpoſitum ex quatuor elementis, & per ſanguinem oſtenderetur quod eſſet compoſitũ ex quatuor humoribus. *Impleta ſunt quæ concinit &c.* ſenſus eſt, & quia ſalus humani generis in ligno crucis conſtituta eſt, vt in ligno vinceretur diabolus: qui per eium fructus ligni primos parentes vicit, rectè ſubdit auctor hymni, *impleta ſunt quæ prophetice cecinit Dauid fidelis*, ſic enim appellatur in ſcripturis vir hic ſecundum cor dei. feriam vobiſcum pactum meũ miſericordias Dauid fidelis: *carmine* .i. in cantico, vel in pſal. vel ſic legas, *impleta ſunt quæ concinit Dauid fideli carmine* .i. cantico, & pſal. in quo tractatur de fidei fidelitate, quum ait, dicite in gentibus, quia dominus regnauit, vt ſit ſenſus: dicite prędicando in gentibus: vel dicite ò vos gentes quia dominus regnauit, & hoc factum fuit quando centurio: qui erat de gentibus dixit: verè filius dei erat iſte? Alia litera habet, *dicens in nationibus*: vel *dicendo nationibus*: regnauit à ligno deus, & ſi hæbraicum, & gallicum pſalteriũ non habeat particulam illam à ligno, nec pſalterium, quod tranſtulit Diuus Hieronymus ſecundum Hebraicam veritatem, qua particula vtitur Eccleſia Romana toto paſchali tempore, nam quum in officio feriali, &

Ioan. 19. c.

De latere Chriſti exiuit ſanguis, & aqua & cur.

Apo. 1. c.

Num aqua, & ſanguis q̃ fluxerunt de latere Chriſti fuerint uera aqua, et uer. ſanguis?

1. Reg. 13. c.

Iſa. 55. c.

Pſal. 95.

Matt. 27. c.

Non ab re uerſus quo vtitur eccleſia tempore paſchali dicite i̅ nationibus adde̅dum eſt à ligno.
Cant. 8.c.
Ioan. 14.c.
Pſal. 23.
Abacu. 3.c.
Phil. 2 c
Quo crux Chriſti ſit uita noſtra & lignum uitę dicatur.

ſanctorum ſimplicium fit mentio de cruce, in verſu dicit. Dicite in nationibus alleluia, & reſpondetur: quia dominus regnauit à ligno, alleluia, & verè addi debet à ligno, quia reuera per lignum deuicit diabolum: & ipſam mortem debellauit, per lignum culpa venit, & per lignum redemptio facta eſt, ſub arbore malo ſuſcitaui te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua, & per arborem malum intellexit crucem, quæ dicitur arbor malus, vel quia ad literam fuit ibi de malo, vel quia arbor crucis fuit fructifera ſicut arbor quę dicitur malus, ſub qua gentium eccleſia reuixit, quæ ibi fuit mortua, & verè ex tunc regnauit, quia ex tunc dum diabolus nihil ſibi debentis perſequutus eſt libertatem: venit princeps mundi huius, & in me non inuenit quicquam (ait Chriſtus) captiuorum omniu̅ amiſit ſeruitutem, & dum tenere voluit in quo nihil habuit, ius amiſit proprium detinendi generis humani amplius in captiuitate: & priuatus eſt præda licitâ, dum nixus eſt captare prędam illicitam, id eſt Chriſtum, in quo nihil habuit iuris, & ex tu̅c didicit quod no̅ eſſet imbellis, ſed dominus fortis & potens, dominus potens in prælio, & quod in cornibus manuum ſuarum abſcondita erat fortitudo eius, & ex tunc regnare cepit, cum cepit baiulare ſibi crucem, quæ non erat ſecu̅dum Iſa. c. 9. niſi principatus, & imperium ſuper humeru̅ eius, propter quod ſecundum apoſtolum Paulum, & dominus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. *Arbor decora, & fulgida &c.* ſenſus eſt: o crux: quę es *arbor*, & lignum vitale, non formaliter, neque enim viuis vita vegetatiua, quæ co̅petit plantis, vegetabilibus: & arboribus, ſed cauſſaliter, & inſtrumentaliter, cauſſa enim vitæ noſtræ fuiſti, per te vita perdita nobis eſt reſtituta, & ut inſtrume̅tum cooperata es ſaluti humanæ, vitam nobis cælibem præparaſti, quę lignum vitæ diceris, quia viuificum portaſti fructu̅ in tuo ſtipite inter duos latrones ſuſpe̅ſum, *Decora*, id eſt pulchra, *& fulgida*, id eſt ſplendida precellenti decore, immo pulchrior, & ſplendidior cunctis aſtris, quæ in iudicio ſecundum D. Chryſoſtomum apparebis ſplendidior ſolis radijs, & ſola excelſior diceris ab eccleſia ſuper omnia ligna cedrorum, & cedrus nobilis diceris propter tuam ſublimitatem, & celſitudinem, in cœlos n. tuum extuliſti cacumen, & inferos penetraſti, atque in omnem terram extendiſti ramos tuos, & brachijs tuis vniuerſum complexa es orbem in omnes diffundens ſalutis, & vitæ virtutem. *Ornata regis purpura &c.* Per purpuram intellexit Chriſti ſanguinem, qui colore ſimilis eſt purpurę, quæ conchiliorum ſanguine tingitur, vt ſit ſenſus: non habes hoc ex tui natura, ſed quia es *ornata purpura regis* id eſt

ideſt membris Chriſti regis noſtri ſanguine rubricatis decorata, à quo ſanguine, & quorum membrorum ſacrorum attactu: vim ſortita es purgatiuam,& uiuificatiuam,& de cuius membris decorem, ac pulchritudinem ſuſcepiſti, & ex membris eius tamquam margaritis es ornata, *Electa Digno ſtipite &c.* ſenſus eſt, quæ es *electa*, & præordinata arbor à deo, *tangere*, & ſuſtinere *membra tam ſancta*, manus, pedes, brachia, dorſum, & totum ipſum Chriſti corpus: *ſtipite digno*, ideſt, in digno, & ſancto trunco, vel electa es; & prælecta ex radice,& trunco præclaro, *Beata cuius brachijs &c.* ſenſus eſt: ò *beata* crux, alloquitur crucem hymni auctor, non quòd ipſa intelligat, ſed ut nos excitemur in honorem ſanctæ Crucis, & magis in reuerentiam, & ſubiectionem Chriſti pendentis in ea, à quo habet quicquid boni, & excellentię habet. Hanc dicit eſſe, *beatam*, non quòd ipſa beatitudinis, æternę vitæ, perpetuęque ſalutis capax ſit, vel eſſe poſſit, ſed ab effectu, inſtrumentaliter enim cooperata eſt ad recuperandam hominis beatitudinem, à qua ceciderat per ligni vetiti eſum, in ea enim verbum patris ſecundum humanam naturam pendens, ſalutis ſemitam inuenit, vel *beata* dicit .i. glorioſa, nam ſi ſepulchrum fuit glorioſum,quanto magis crux? Attende gloriam crucis,iã in fronte regum crux illa fixa eſt,cui inimici inſultauerunt, effectus probauit virtutem,domuit orbem, non ferro, ſed ligno, lignum crucis cõtumelijs dignum viſum eſt inimicis,& ante ipſum ſtantes caput agitabant, dicentes: ſi filius dei es: deſcende de cruce: at nos *beatam* illam eſſe dicimus,in qua Chriſtus mortis vicula rumpens, callidum aſpidem ſuperauit, in quo totam ſuã gloriationem poſuit, & nõ in aliquo alio S.Paulus quũ ait. Mihi abſit gloriari niſi ĩ cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti, & eccleſia hortatur dicens: Nos autẽ gloriari oportet in cruce domini noſtri &c. o igitur, *beata cuius brachijs*, ideſt in cuius brachijs, hoc eſt lateralibus: extremitatibus in trauerſum porrectis, quę ad brachiorũ inſtar porrectæ ſunt, *Secli pependit pretium*, quod non paruum, ſed magnum fuit (vt Diuus Paulus teſtatur) empti eſtis (ait) precio magno, & hoc non corruptibilibus auro, & argento, ſed in precioſo raro, & magno ſanguine agni immaculati, quem effudit abunde, licet minima pars eius ſufficere potuiſſet ad delenda peccata infinitorum mundorum, nedum vnius, Et ſi dicatur: quòd tanta pæna erat ſuperflua: ſi minima poterat ſufficere pro redemptione mundi. Reſpondetur quod ſi facta fuiſſet humani generis liberatio per poteſtatem, minima pæna ſuffeciſſet, ſed quia uoluit deus hoc fieri per iuſtitiam,& per iuſtam ſatisfactionem: illa pæna debuit eſſe maxima:

Crux dicitur beata et quomodõ.

Matt. 27. c.

Gal. 6. c.

1. Cor. 6 c.

Minima pæna Chriſti ſufficiebat ad liberandum genus humanum, debuit tamẽ eſſe maxima uide cauſſam.

cum eſſet pro peccatis totius mundi ſatisfactoria. *Statera facta corporis &c.* ſenſus eſt: & crux vel arbor crucis: *facta eſt ſtatera corporis* Chriſti in cruce pendentis, metaphoricè, nam ſicut ſtatera ſuſtētat pondus impoſitum, ita crucis arbor ſuſtentauit corpus Chriſti ſanctiſſimum in ea ſuſpenſum, & ſcias inter ſtateram, & librā hanc eſſe differentiam, nam ſtatera inſtrumentum eſt: quo res ſine lanceis ponderantur, & libra propriè dicitur quæ lances habet: Dicit autem hymni auctor; arborem crucis factam eſſe: *ſtateram corporis Chriſti*, & rectè quidem, nam ſicut rei valor, & quantitas per ſtateram inueſtigatur, ſic quanta fuerit dignitas, & valor corporis ſaluatoris noſtri in ſtatera crucis apparuit, nam mors eius temporalis in ea, ſufficiens fuit, & idonea, non ſolum ad redimendum deperditum hominem, & ad colligendum duo illa ligna, de quibus beata illa mulier dixit ad Heliam, En colligo duo ligna, ſuper quo dicto quidam admodum pius, deuotus: & ſanctus dixit, intuere cum quanto ſacramento iungantur (& loquitur de angelica, & humana natura) in vtroq; ligno fit ſciſſio, ex occaſione vulnerum mitior iunctura componitur, ſuper cæleſtes ſpiritus non mediocre vulnus acceperunt, cum deus in angelis ſuis reperit prauitatem, non cōtemnenda plaga, cum eam reſarciri oporteat: quia non reſtituto ſociali numero, numeroſitas cadens ſacta videretur inuanum, interior natura à planta pedis: vſque ad verticem, ita venifera fermentatione infecta eſt, vt neſciat: vnde veniat, aut quo vadat, vtrorumque igitur ſpirituum vulneribus non mediocriter hyantibus: impreſſio facta eſt iuncturalis, quæ Chriſto coniungente: ita reſarcita eſt, ut nihil vulnificum videatur ineſſe, Chriſtus igitur paſſus, utroſq; cauilla corporis ſui, validius nectit, & corpus ſuum iunctutis propriū opponit, ne valeat reſilire: crux igitur non ſolum iungit cælum, & terram, angelicam, & humanam naturam, *Sed prædam tulit tartaris*: nam virtute mortis, & crucis Chriſti infernus eſt ſpoliatus, & leo rugiens ligatus, verificatumque eſt: ꝙ in Oſea dicitur ô mors ero mors tua, morſus tuus ero inferne, & hoc eſt, quod dicit hymni auctor *tulit* ſupple tu, victor Chriſtus in cruce, *tartaris*: ideſt ſpiritibus infernalibus, *prædam*: ideſt genus humanum, & ſanctos: quos ab inferis regreſſus eduxit de lymbo, & cum eis etiam detentos in purgatorio, de qua re D. Paulus diſſerit, Delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti affigens illud cruci, & expolians principatus: & poteſtates, ideſt dæmones, præda ideſt hominibus: quam ceperant, & ſuo dominio ſubdiderant, inducendo eos ad culpam, traduxit confidenter palàm triumphans, & vincens illos in ſemetipſo.

Differentia inter librā, et ſtateram explicatur.

Crux fuit ſtatera corporis Chriſti & cur.

3. Reg. 17. c.

Iob. 4. c.

Oſeæ 13. c.

Coloſſ. 2. c.

metipſo ideſt vel in corporis ſui crucifixione, vel in propria anima deſcendendo ad inferos, & inde ſanctos educendo, omnes enim iuſtos inde eripuit, & nullum de ſuis ibi reliquit, vnde non mirum ſi in Iſaia dicitur. Voca nomen eius accelera, ſpolia, detrahe, feſtina, predare, *ò crux aue ſpes, vnica &c.* loquitur hymni auctor potius ad Chriſtum in cruce affixum, quàm ad crucem, & ad figuratum, & ſignatum potius, quàm ad figurantem rem, & ſignantem, & licet iſdem ſit motus in figuram: & figuratum: in ſignum: & ſignatum, in imaginem, & imaginatum: ſicut viſus eodem actu numero fertur in aërem illuminatum, & colorem, principaliter tamen motus fertur in figuratum: ſignatum, & imaginatũ, vnde ſiquid boni habet crux, & cætera paſſionis Chriſti inſtrumenta, non habent hoc de ſe, ſed ratione annexi, de ſe enim non ſunt honore digna, ſed ſolum propter repreſentationem, vnde quia crux, & cętera inſtruméta paſſionis Chriſti, quia repreſentant Chriſtum in eis paſſum, eá adoratione adorantur ex antiquo eccleſię ſanctæ ritu, qua adorantur res per ipſa repreſentatæ, nec fit iniuria Chriſto, quia (vt Damaſcenus ait) honor imaginis pergit vſque ad prototypum, & exemplar, vnde ſenſus verborum horum eſt, *o crux*: quæ ex membris ſaluatoris tamquã ex margaritis es ornata, illius ratione ſalutamus te, dicentes tibi: *aue*, & vocamus te: *ſpem vnicam*, principalem, & ſummam, ita, vt ſpes hæc noſtra non in te firmetur, ſed reponatur in eo, qui pependit in te Chriſtus. *Auge pijs iuſtitiam &c.* vt ſit ſenſus augere digneris iuſtitiam, qua neque Heſperus, neque lucifer admirabilior, pijs, & deuotis hominibus: vt qui iuſti ſunt, iuſtificétur adhuc, & per iuſtitiam putamus auctoré hymni intelligere omnem virtutem, iuſtitia enim communis eſt virtus, vt eant de virtute in virtutem, ſicque videant deum deorũ in Syon. *Et reis* .i. peccatoribus in iudicium vocatis a multis actoribus ob crimen læſę diuinæ maieſtatis. *Dona ueniam*, .i. peccatorum ſuorum remiſſionem, *hoc tempore paſſionis*, *Te ſumma deus trinitas &c.* vt ſit ſenſus: *o trinitas ſumma*, quæ trina es in perſonis, & vnus Deus, neque enim perſonarũm trinitas: & pluralitas diuinæ ſimplicitati derogat, & vnitati eminentiſſimæ, vnus deus eſt, & vnitas imperialis, & principalis eminentiſſima, *te omnis ſpiritus*, & anima rationalis præcipuè viatorum, *collaudet* ideſt ſimul laudet, & gratias inſuper tibi referat de tot, & tantis beneficiis, quæ ei contuliſti, creationis videlicet, & recreationis, *collaudet* potius dicendum eſt, quam *collaudat*, vt ſit optatio, potius quam indicatio, & reſpondeat illi loco omnis ſpiritus laudet dominum, *quos per myſterium*, ideſt ſecretam *crucis* intel-

Iſai. 8.c.

Nũ ad crucem dirigẽda ſit oratio vel ad Chriſtum.

Apo. 22.c.

Pſalm. 43.

Pſal. 150.

figentiam, gratiam, atque virtutem *Saluas*. *Rege per ſecula* ideſt toto tempore peregrinationis illorum guberna, vt peccatis liberi, poſtea deduci poſſint ad ęternam illam beatitudinem. *Amen*.

Hymnus ad nocturnum tempore paſſionis, & in feſtiuitatibus S. Crucis.

SEquitur expoſitio hymni: *Pange lingua glorioſi &c.* qui dicitur ad matutinale nocturnũ tempore paſſionis, in quo auctor ſequentia pręcedentibus continuans, hortatur fideles ad laudandum Chriſtum, qui in cruce triumphum illum nobilem habuit, quòd videlicet immolatus vicerit, & morte in ligno diabolum ſuperauerit, qui in ligno iam vicerat, ſicque ars diuina, artem diabolicam, & proditoris ſatanæ ſapienter feſellit, & inde remediũ vitæ medicus attulit, vnde hoſtis vulnus intulit mortis, at quia non poterat mori, niſi prius naſceretur, tractat tandem de aduentu eiuſdem filij Dei in carnem, & oſtendit ipſum fuiſſe verum hominẽ, non in idæa (vt multi ſomniarunt) Ait ergo. *Pange lingua &c.* ſenſus eſt: ò *lingua* pij cuiuſque, fidelis, & grati hominis, *Pange* ideſt concine, & cantando dic, lauda, & narra, ne ingratitudine dãnetis, *Prelium*, *certaminis glorioſi*. Eſt enim prȩlium, conflictus, dimicatio, pugna, vel à premendo dictum, quia in dimicando hoſtes inuicem ſe præmunt, vel à prælo deductum, quia in dimicationibus è corporibus ſanguis profluit, non ſecus atque multum è prælis, & præſſoriis, & hæc ſecunda deductio magis apta hoc loci, quia in hoc prælio filius Dei ſanguinem totum fudit, hinc apud iſai. interrogantes dicunt, Quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? cantando igitur & laudando dic, & narra *prelium* ideſt conflictum, dimicationem, & pugnã *glorioſi certaminis* inter Chriſtum, & dęmonem, aliter enim fuit celebratiſſimum, & glorioſiſſimum certamen hoc, quàm fuerint olim grȩca illa certamina, olympia, pythia, iſthmia, & nemȩa. *Et ſuper crucis trophæum &c.* eſt enim trophęum, ſpolium ereptum ab hoſte in fugã conuerſo, & in ſtipite affixũ, vt ſit ſenſus: *ſuper trophæum* ideſt vel ſpolium ab hoſte in fugam cõuerſo ereptum, vel lętitiam, ſiue honorem, qui debetur prælianti propter hoſtem in fugam conuerſum, vel victoriam de hoſte in fugam conuerſo, *Crucis* ideſt in cruce habitam, *Dic*, eloquere: *Triumphum nobilem*, ideſt plenam, atque perfectam de inimicis victoriam, inter triumphũ enim, & trophęum hæc extat differẽtia, nam trophęum dicitur, quando ſolum quis fugat hoſtes, at triumphus proprie dicitur plena, & perfecta victoria, quando quis perfectè, & plenè hoſtes vicit, eratque hono-

Prȩlium qd ſit & vnde dicatur.

Iſa. 63. c.

Trophȩum quid ſit.

Trophęi & triumphi q̄ ſit differentia.

rum

rum omnium (qui à Populo Romano dari ſolebant) maximus, & pompa ſolennis erat, quæ fiebat redeuntibus in vrbem cum victoria, o ſi triumpho digni ſunt: qui ſubiectam ſibi faciunt aliquam ciuitatem, prouinciam, vel regnum, qualem triumphum dicemus: eloquemur Chriſto filio dei, qui in cruce quaſi in Hamo:cepit Leuiathan, & paſſione ſua *immolatus*, ideſt ſacrificatus, & occiſus, *redemptor hic orbis uicit* Diabolum mundi huius principem, & rectorem tenebrarum harum, quem ligauit, infernum,quem ſpoliauit, Mortem, quam ſuperauit, mundum, quem contempſit, ſupplicium, quod pertulit, cœlum, quod aperuit, & inſuper abſoluit vinctum, illuminauit cæcum, reduxit erroneum, reconciliauit reum, per cuius mortem vocati ſumus omnes de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de exilio ad patriam, de luctu ad gaudium, de terris ad cęleſte regnum? certè dignus eſt triumpho nobili, & ſolenni pompa, triplici ſono, & triplici lętitia, tum quia mediator iudaici populi, & gentilis, ob quod dicitur lapis angularis, tum quia mediator hominum, & angelorum, ſecundum quod dicitur pacificus,tum tandem, quia mediator dei, & hominum: pp quod dr̃ redemptor, per quem quo ſacerdos, reconciliati ſumus,quo templum, in eo reconciliati ſumus, & quo deus, ei reconciliati ſumus, & debet ei talis triumphus nobilis (inquit auctor hymni)quia *immolatus*.i. ſacrificatus,& occiſus:*uicit*, & moriendo de inimicis victoriam reportauit, *De parentis protoplaſti &c.* ſenſus eſt, & ſi quis interrogabit: quare fuit immolatus, & occiſus redemptor hic orbis? Reſpondet nõ propter defectum ſuũ, peccatum enim non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, ſed quia *condolens* interitu mortis perire ſeculum de *fraude facta*, ideſt ob fraudem, calliditatem, machinationem, & deceptionem factam cum dolo malo *parentis protoplaſti*, ideſt primi hominis formati, & primi parentis Adami, qui, etſi non per ſerpentem fuerit ſeductus, ſed tantum Eua, Diuo Paulo dicente, ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua, & mulier ſeducta fuit in præuaricatione, & decepta promiſſione ſerpentis, qui ait nequaquam moriemini, non Adam, Hinc interrogatus à deo, non ait mulier ſeduxit me, ſed dedit mihi, & comedi, Dixit benè hoc Eua ſerpens decepit me, & comedi, auctor tamen hymni fraudem, & deceptionem Adamo factam dicit, Tum quia ſeductus fuit ab vxore, quam noluit contriſtare, putans: quod ſine ſuo ſolatio contabeſceret, vnde propter amorem eius manducauit de vetito pomo, non quidem carnali concupiſcentia victus, quam nondum ſenſerat, ſed amicabili beneuolentia quadam, qua

ple-

Triumphus Chriſto debet, et cur.

1. Pet. 2. c.

2. Cor. 11.

1. Tim. 2.

pletumque fit, vt offendatur deus, ne offendatur amicus, & à ſe-ipſo ſeductus eſt, qui & ſi non putauit verba dei eſſe mendoſa, putauit tamen non tam grauiter puniendam eſſe ſuam transgreſſioné, tum quia: etſi non per ſerpentem Adamum agreſſus eſt ſatan, aggreſſus eſt tamen ipſum per Euam, & per mulierem ad virum tranſijt peccatum, & tẽtatio, qua muliere vt inſtrumento vti voluit ad hominem perdendum, qui nequaquam cum tota poſteritate ſua perditus fuiſſet, ſi tantum ipſa mulier comediſſet, & peccaſſet, non ipſe, hinc dicitur per eum intraſſe peccatum in mundum, ideſt in humanam naturam, Sed dices, & quando deus fortiter doluit ſuper hominem? Reſpondet auctor hymni, *quando morte, morſu pomi noxialis corruit*, ideſt *quando morſu*, (& ſumitur hic morſus pro mordendi actu) *Pomi*, vetiti, & *noxialis*, ideſt nocumẽtum præſtantis in anima, & corpore, *corruit morte*, ideſt in mortem ſimul ruit ipſe cum poſteritate ſua, *Ipſe lignum tunc notauit &c.* ſenſus eſt: & ex tunc ipſe filius dei deus, *notauit*: ideſt ordinauit, animaduertit, prædefiniuit, *ut lignum* videlicet crucis: *ſolueret*. i. recuperaret *damna ligni*, & ſatisfaceret damnis ligni. i. quę per eſum vetiti ligni orta fuerunt. *Hoc opus noſtræ ſalutis &c.* ſenſus eſt: *ordo*. i. diſpoſitio: *noſtræ ſalutis*, *depopoſcerat*. i. inſtanter poſtulauerat, petebat, & quodam quaſi iure exigebat: *hoc opus*: vt videlicet filius dei carnem ſumeret (de quo infra) & paſſionem in ligno crucis ſuſtineret, *& ut ars diuina* (Ars enim hoc loci pro aſtutia ſumitur in virtute, qua quis nõ facile falli, ſed magis alios fallere poteſt) *falleret*: deciperet, *artem*. i. aſtutiam in vitio *proditoris multiformis* i. diaboli, qui multis modis nixus eſt decipere primos parentes, gula quæ eſt immoderata cibi auiditas: in perſuaſione cibi, quum dixit. In quacunque die comederitis &c. inani gloria, quæ eſt amor propriæ excellentiæ: in promiſſione deitatis, quum ait eritis ſicut dij, & auaritia, quæ eſt immoderata habẽdi cupiditas, & non tantum pecunię, ſed altitudinis, & ſcientiæ, cum ſupra modum ſublimitas ambitur, quum ait ſcientes bonum, & malum: *Et ut ars* diuina. i. deus, qui omnium eſt artifex, *inde ferret medelam*, & medicinam, *vnde læſerat hoſtis* diabolus, & quia per lignum damnati ſumus: & lęſerat nos diabolus: per lignũ crucis ſaluati ſumus: verum quia mori non poterat dei filius, niſi pro nobis prius naſci dignaretur, ſequitur hymni auctor, & ait: *Quando venit ergo ſacri &c.* ſenſus eſt: *ergo quando uenit plenitudo temporis ſacri*, quo deus diſpoſuit, & ordinauit carne filij ſui liberare carnẽ, ideſt hominem, & humanum genus, vel cum ad impletum eſt tempus diuinitus præordinatum, vt in eo fieret filius dei homo, *orbis condi-*

Rom. 5. c.

Ars ꝓ aſtutia in uirtute, & uitio ſumi põt.

Gen. 3. c.

Multis modis diabolus decepit primos parentes.

conditor.i. verbum quo aptata ſunt ſecula, & per quod facta ſunt omnia, quę in orbe continentur, nedum orbis, *Miſſus eſt ab arce patris* ideſt à ſummo cœlo, & è ſinu patris egrediens, ad noſtra veniens, & propria non relinquens, *natus* eſt ſecundum carnem. & *caro factus prodijt*, & in mundo nouo modo apparens, manifeſtauit ſe, declarauit ſe, *è uentre virginali*: exiens, *vagit infans inter arcta &c.* ſenſus eſt, & *infans conditus*, reconditus, abſconditus: *inter arcta*, ideſt anguſta, & ſtricta, *pręſepia uagit*, plorat, lachrymatur, Primam enim vocem ſimilem alijs hominibus emiſit plorans, *Membra pannis inuoluta &c.* vt ſit ſenſus: *Virgo mater* maria *alligat*, ideſt obſtringit, *membra* infantilia *inuoluta* ideſt veſtita, intecta *pannis*, vel ad pannos, *Et ſtricta faſcia* (eſt enim hoc loci faſcia, non ſectio, quę dã orbis, quæ ab aſtrologis Zona, ſiue plaga appellatur, nec nubes, quæ ad faſciæ modum cœlum percurrit, ſed linteoli genus, quo pueri, & infantes ligari ſolent, qua veluti tegumento teguntur crura, pedes, & manus puerorum vnde, & tales faſcię, quæ veſtium loco ſunt, crurules, & pedules faſciæ dicuntur:) *Cingit manus, pedes, & crura*, quæ conſtant ex duobus oſſibus & tibia, & ſura, quæ cruris poſterior pars eſt carnoſa, & tantum hominum eſt, nam animalia cætera crura ſine ſuris habent, quibus omnibus, hymni auctor oſtendit: Chriſtum verum hominem natum pro redimendis mortalibus, ac per hoc, & verum hominem crucifixum, & immolatum viciſſe, dæmonemque ſuperaſſe, ob quod tandem concludit dicens, *Gloria & bonor deo, vſquequo*, ideſt ſemper & vndique: vt ſit aduerbium loci, non quantitatis (vt quum dicitur in pſalm. 89.) Conuertere domine vſquequo, ideſt aliquantulum, nec temporis, (vt quum dicitur in pſ. 12.) vſquequo domine obliuiſceris me in finem, ideſt quouſque, & quamdiu? *altiſsimo*, qui & ſi ſit vnus in eſſentia, in perſonis trinus eſt, ideo pro perſonis ſubdit, *vna*, ideſt ſimul, pariter: *Patri, filioque, & inclyto*, ideſt intus glorioſo, excellenti, & inſigni, & componitur ab in: & cleos: quod eſt gloria, vel quòd clarum ſignificat, & glorioſum, *paraclito* ideſt ſpiritui ſancto conſolatori, qui conſolatur nos in omnibus anguſtijs noſtris & aduocato, qui pro nobis precator interuenit, & interpellat, quãuis hoc nomen vt ſonat in aduocatum magis conueniat filio: qui ſecundum quod homo orat, & interpellat pro nobis ſemper uiuus apud patrem: *cui laus & poteſtas, per immenſa ſecula*, Amen.

Sap. c. 7.

Faſcia quid nobis ſignificet.

Solus homo habet crura cum ſuris.

Vſquequo aduerbiũ eſt quãdoq; loci: quandoque quantitatis: et quãdoque temporis.

Vnde ueniat hoc nomẽ inclytus.

Heb. 7. c.

Hymnus

Hymnus ad laudes tempore paſsionis, & in feſtiuitatibus Sanctę Crucis.

SEquitur expoſitio hymni: *Luſtris ſex qui iam peractis &c.* qui dicitur ad laudes matutinas dominicę paſſionis, ĩ quo auctor qui fuit Fortunatus epiſcopus: qui etiã fuit auctor præcedentis, agit de paſſione Chriſti, de tempore, in quo paſſus ẽ, de his in quibus paſſus eſt, & tandem prçconizat crucem: illius encõmia canit, & laudando diuulgat, Ait ergo: *luſtris ſex &c.* Puto quod verba hæc, verbis prçcedentis hymni connecti debeant, nedum ſequentibus: quam veritatem indicare videtur relatiuum, qui; de quo grammatici dicunt, quòd ſit rei antelatæ repræſentatiuum, vt ſit ſenſus, *qui* Chriſtus (de quo ſupra in præcedenti hymno) *natus ſe volente*, ſicut enim oblatus eſt quia voluit, ſic quia voluit caro factus prodijt, & ſecundum carnem natus eſt in tempore, *implens. i.* quum impleuerit *tempus corporis ſui*, ideſt humanæ vitæ, & carnis ſuæ, quod fuit videlicet: *peractis*, & completis *iam ſex luſtris*, ideſt peracto & completo numero, & ſpatio, triginta annorum, ſeptimum enim luſtrum tetigit, non compleuit, at benè compleuit ſextum, vbi nota, quod licet quandoque luſtrum ſignificet nobis habitaculũ ferarum in ſiluis, & à luto deriuetur, eo quia apri, & ſues Syluestres in lutuoſis ferè locis ſua habent cubicula, vel à luſtro as. per antiphraſim, dicatur ideſt obſcurum, & immundum, ut luſtra ferarum, ideſt obſcura, & immunda ferarum latibula, quandoque etiam ſumatur pro lupanari, vbi lupę ideſt meretrices deliteſcunt, & dicatur etiam à luſtro. as. per contrarium, quia parum illuſtratur, & illuminatur, & quandoque ſumatur pro ſpatio quinque annorum, olim enim ſemper in fine quinquennij ſolebant luſtrare, & purgare ciuitatem faciendo in circuitu eius amburbiale, vel amburbium, quod erat ſacrificij genus, quo ciuitas luſtrabatur ita dictũ: quòd victima antequam immolaretur vrbem ambibat, ideſt circum ibat, quod Olympias apud græcos dicitur, ideſt quinquennium, hoc loci tñ ſumitur pro ſpatio quinq; annorum, vnde ſex luſtra faciunt numerũ, & ſpatium triginta annorum, quo annorũ numero completo paſſus eſt Chriſtus: hæc ſint dicta ſecundum litteram (vt iacet in hymno Breuiarij Romani) At ſi volumus exponere ſecundũ quod iacet alia littera, quæ metri trochaici ordinem ſeruat, quæ ſic iacet, *Luſtra ſex, qui iam peracta*, (& ſic debet legi (iudicio ſeniorum, & ſaniorum ſemper ſaluo) nam ſi hymnus iſte metri trochaici eſt, à trochęo quem recipit in quolibet impari loco, primus pes impar eſt:

Quot annos uixerit Chriſtus.

Quid ſignificet luſtrũ & unde ueniat.

par eſt: quare non ſpondeus debet eſſe, ut luſtris, ſed trocheus, ut luſtra, hunc ſenſum habere uidetur litera, *qui* videlicet Chriſtus *implens luſtra ſex iam peracta,* ideſt quum perfeciſſet, & compleſſet, *luſtra ſex*, quod eſt ſpatium annorum triginta, quod *tempus* (vt tempus appoſitiue veniat ad luſtra) ſupple erat *corporis ſui*, vitæ ſuę, & carnis aſſumptæ, *ſe uolente natus*, ideſt ſicut *ſe volente natus* eſt, *ad hoc*: ideſt ſic ſe volente *paſsioni deditus*: ideſt ſe dedit, & in totum ſe ſubdidit, & inclinauit, & veluti *agnus*, hoc enim nomine ipſum Chriſtum dignum fecit Iſaias quum ait ad deum. Emitte agnum domine dominatorem terrę, & quum ait. Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & in Hieremia. Ego quaſi agnus māſuetus qui portatur ad victimam, dicit idem Meſſias de ſeipſo, & Diuus Ioannes baptiſta digito ipſum demonſtrans ait, ecce agnus dei *in cruce leuatur*: verbo animi iudæis clamantibus crucifige, & a gentilibus facto, & opere attollitur, & exaltatur, quam, & patientiſſimè ſuſtinuit, *immolandus ſtipite*, ideſt in trunco eius occidendus, & ſacrificandus, *vel immolatus*: ideſt occiſus, & ſacrificatus in trunco crucis inter duos latrones, *Hic acetum &c.* ſenſus eſt; *hic*: ideſt in ſtipite, & trunco crucis præſtò fuit, & affuit. *Acetum*, *fel*, *arundo*, nam vt euangeliſtę dicunt, & præſertim Diuus Matth. Iudæi dederunt Chriſto ſitienti bibere vinum cum felle mixtum, inſuper arundini imponentes ſpongiam aceto plenam obtulerunt ori eius vt Diuus Ioan. cap. 19. teſtatur vt verificaretur quod in Pſalm. 68. in ſiti mea potauerunt me aceto, vide quàm benè, & ciuiliter tractarunt hominem extremo ſupplicio damnatum, & iam iā animam exhalantem, ſuſpirium vltimum emittentem, & è vita recedentem, verè in hoc oſtenderunt quanto amaritudinis felle ipſorum pręcordia redundarent, & quòd vinea domini ſabaoth verſa erat in amaritudinem, & quòd non germinaret niſi vuam fellis, & botros amariſſimos, acetum malitię porrigunt quia vinum ſapientiæ: quod à deo acceperant peccando corruperant. *Hic ſputa* ſuſtinuit, expuerunt euangeliſtæ explicant, in faciem eius, in quem deſiderant angeli proſpicere. *Hic claui*, quibus foderant manus, & pedes eius. Hic ideſt hoc loci in cruce ſupple adeſt *lancea* militaris, qua *mite*, ideſt lene, manſuetum, tranquillum, diſcite à me quia mitis ſum (ait ipſe) & humilis corde, quum malediceretur non maledicebat, quum pateretur non comminabatur, *corpus* adhuc emortuum *perforatum eſt*; & latus eius apertum eſt, vnus militum lancea latus eius aperuit (ait D. Ioan.) è quo *proſluit*: ideſt emanauit exiuit *ſanguis*, *& vnda*. ideſt aqua in redemptionem noſtram, &

Iſa. 16. c.
Iſa. 53. c.
Hier. 11. c.
Ioan. 1. c.
Chriſtus à iudæis et gẽtilibus crucifixus eſt. differenter tamen.
Matt. 27. c.
Inuehitur auctor in iudæos.
Deut. 32. c.
Matt. 11. c.
1. Pet. 2. c.
Ioan. 19. c.

viuificationem, feruens enim ipſius charitas ad ſalutem noſtram, ſub latere etiam eius, non potuit deliteſcere, occultari, & latere, & notandum quòd ſunt qui hoc loci, duas illas dictiones, *claui*, *& lancea*, quas nos in nominatiuo caſu ordinauimus cum reliquis, faciunt in caſu ablatiuo *clauis*, *& lancea*, ordinantque illas ad verbum *perforatur*, quorum ſenſum non reprobamus. *Terra*, *pontus*, *aſtra &c.* ſenſus eſt: *quo flumina*, ideſt aqua, quæ de latere eius fluxit ad fluminis inſtar decurrens, *lauantur*, ideſt purgantur à ſordibus: *terra*, ideſt terreni homines, qui de terra ſunt, & de terra loquuntur. *Pontus* & mare, ideſt peccatores vitijs fluctuantes, quorũ cor vt mare feruet, Iſa. c. 57. *Aſtra*, ideſt iuſti vt iuſtificentur adhuc, qui fulgent vt aſtra, & ſicut ſol in conſpectu dei, *Et mundus*, ideſt mundani, vel omnis homo, qui paruus mundus dicit͏̃, de quo Chriſtus. Ego ſum lux mundi, & mũdus eum non cognouit, de quo flumine ſub fontis typo, figura, vmbra: & exemplari, ait propheta Zach. erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hieruſalem, in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ. *Crux fidelis &c.* in hac parte cõcelebrare intendit hymni auctor ſacræ crucis præconia præclaris laudibus, & primo vocat ipſam, *fidelem*, ligna enim crucis duo, quæ collegit vidua illa ſareptana 3. Reg. 17. fidei ligna appellat Adam de ſancto Victore: ſine quibus nec lecythus olei valet nec farinula, & fidelem illam fatur ab effectu, nam fideles nos facit (omnia enim fidei noſtræ ſacramenta virtute ſigni crucis perficiuntur: quibus ab infidelibus veluti quibuſdam notis diſtinguimur) & ex alienatis reſtituit in domeſticos, de longinquis proximos fecit, & de peregrinis reddidit ciues, quam ſi pro ſcuto illam ſumemus: iam non timebimus ignitas diaboli ſagittas, qui à facie eius fugit, tamquam à facie colubri iuſti fugiunt peccatum: an non verum eſt: qd̃ dicitur, Ecce crucem domini fugite partes aduerſæ? vis ſcire quòd fidelis ſit hæc ſancta crux, immò & quod fides ſit, nedum fidelis? attende ſymbolũ, in eo enim palàm confitemur nos credere in Chriſtum paſſum, & crucifixum, ſub Pontio Pilato. Vis ſcire quòd fideles nos faciat? attende didimum Thomam, qui enim antea aperto ore dixit: non credam niſi in manibus eius videro fixuram clauorum, quum audit. Infer digitum tuũ huc, & mitte manum tuã &c. & noli eſſe incredulus, ſed fidelis, nonne mox verbum illud fidele, & fideli homine dignum eructauit, dominus meus, & deus meus? fidelem illum igitur fecit attactus ſacrorum vulnerum, quæ in cruce ſuſtinuit Chriſt⁹ hinc audit. Quia vidiſti me Thoma credidiſti &c. rectè igitur ait hymni auctor, *crux fidelis*, ſequitur *inter omnes arbor*

Quid p terram pontũ et aſtra deſignetur & per mundũ.

Ioan. 8. c.

Ioan. 1. c.

Zach. 13. c.

Crux Chriſti dicitur fidelis & uide quomodo:

Eccl. 21. c.

Ioan. 20. c.

Ibi.

ibi.

una &c. vt ſit ſenſus *inter omnes arbores tu vna*, & ſola excelſior, tu vna & ſola *nobilis*, & re uera ſic eſt, nam crux quæ antea nomen cōdemnationis erat, nunc facta eſt res honoris, vnde honoris cauſſa geſtamus illam in fronte, prius in damnationem maledicti ſtabat, nunc in occaſione ſalutis erecta eſt, & quæ ſylua poteſt proferre, & in lucem ædere talem arborem ſic fidelem? ſic nobilem, vt fuit arbor crucis Chriſti? Parum dicis o hymni auctor: quòd ſit ſola inter omnes arbores nobilis, adde aliquid amplius: cuius nobilitas ſuperat creaturarum omnium nobilitatem, à qua nobilitatem, & excellentiam ſortiuntur Imperatores, Reges, Duces, & quotquot in ſublimitate ſunt conſtituti, alioqui quod cum magna inſultatione olim iudæi procurarunt, nunc magna fiducia ipſi non portarent in frōte, & nedum nobilitate ſuperat omnes, ſed ſanctitate, ſāctior vniuerſis (ait eccleſia ſancta de ea loquens) & nedum excellit creata in nobilitate, & ſanctitate, ſed in ſplēdore: o crux ſplendidior cūctis aſtris, (ait eccleſia) vide quæſo quomodo honorauit crucem ſuam Chriſtus, quæ ſic lucebit in die iudicij, vt etiam clariſſima cæli luminaria pręfulgore illius abſcondentur, quod intellexit euangeliſta pro eo quod dixit, & ſtellæ cadent de cælo, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum erit luna lucidior, & ſole pręclarior. *Nulla ſylua &c.* vbi nota lector optime nam cum arborem nominaſſet ſanctam crucem auctor, vt decorum metaphorici ſermonis obſeruet, in eo perſiſtens frondem eius, florem, & germen nominat, quę tamen myſticè ſunt accipienda, & ad Chriſtum referenda, cuius ratione tam præclara de ea dicuntur, qui ſolus eſt illius arboris folium flos, & fructus, folium ob immarceſcibilem virtutum eius virorem atque vigorem, flos ob ſuauiſſimum bonitatis eius odorem, præcipuumque decorem, vnde apud Iſaiam flos dicitur ibi, & flos de radice eius aſcendet & rectè quidem, nā ſicut flos producitur ſine aliqua feditate, ſic Chriſtus exiuit de ventre virginis ſine aliquo peccato, & corruptione: Germen vero ob fructum, & vtilitatem ſuæ paſſionis ex arbore decerptam, vnde quęcunque hic, & alibi de cruce dicuntur intelligenda ſunt non abſolutè materiam crucis attendendo (vt in præcedentibus etiam innuimus) ſed referendo ad Chriſtum in illa confixum, qui ſuaglorioſa paſſione, & contactu ſuo illam conſecrauit, atque ſanctificauit, cuius figura fuit Aaronis virga, quæ antequam ab eius manu acciperetur: virga erat ſicca, vbi verò Aaroni adhæſit fronduit, floruit, & ſanctificauit, ita crux antequā Chriſto hæreret, ſicca virga fuit, vbi verò ſacerrimo illi hęſit corpori: *nulla ſylua tale protulit fronde, flore, germine*, vnde ſicut cō-

Crux Chriſti inter omnes arbores ſola nobilis.

Matt. 24. c.

Flos: germen: & foliū arboris crucis Chriſtus eſt.

Iſai. 11. c.

Virga Aaronis figura fuit crucis.

tactu carnis ſuę mundiſſimę ad aquam, vim illi pręſtitit regenerationis, ſic contactu ſuo ad crucis arborem reddidit illam clarã præ cæteris, indeque credendum eſt præclariſſimas excellentias, fuiſſe ſortitam: inter quas hęc non infimum locum tenet, nam virtute ſua, fide ipſius, & ſignaculo dæmones releguntur, & fecit eam peccatorum ſcalam, per quam ad ſe traxit omnia, & peccatores per eam cęlos conſcendunt: vnde nõ ineptè per illam ſcalã figuratur ab imo ad cęli culmen extentam: quam Iacob vidit in ſomnis, cui & dominũ conſpexit innixum, & nos non ſolum innixum, ſed ſuffixum conſpicimus: & angelos aſcendentes & deſcendentes per eam, & hãc crede rationem: quare aſcendant angeli, & deſcendant, vt videlicet ſcalam illam aſpiciant, venerentur, exoſculentur, cui cæli dominus innixus adhæſit, quòd autem per eam ad ſe traxerit omnia, ipſe palàm fecit, qui in ea pependit (ait enim) & ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipſum, & conſtat tũc exaltatum à terra fuiſſe Chriſtum quando in crucem ſublatus eſt, vnde forma ſitus, & figura eius, qua ex duabus potiſſimum partibus conſtat, quarum vna à ſummo ad imum ſecundum longitudinem fuit porrecta, altera ex tranſuerſo à dextro in ſiniſtrum extenta, vt verè ſint duo illa ligna collecta à ſancta illa vidua ſarepthana, oſtendit quòd Chriſtus per mortem crucis, quam pertulit, cæleſtia regna, quę ſurſum ſunt nobis aperuit, & angelis profuit, quorum numerus imminutus per apoſtatam angelum ex animabus fidelium quotidie adimpletur: Interna verò, quæ deorſum ſunt confregit, & illis, qui in limbo detinebantur profuit eos liberando, terreſtria autem omnia, quæ in medio ſita ſunt, ſuorum brachiorum extenſione, atque complexu, quaſi dextrum, & ſiniſtrum conſtituentia ad ſe reuocauerit, & ita cæleſtium, terreſtium, & interporum principatũ acceperit, omniaque reconciliauerit deo patri per eam, ſumma, ima, & media, hinc quum reſurrexiſſet à mortuis (ait) data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra, *Dulce lignum &c.* ſenſus eſt: *dulce lignum* quod dulcorauit, & dulcem effecit amaritudinem peccatorum noſtrorum, & ſignatur per lignum, quod miſſum in aquas Marath dulcorauit eas exo. 15. & maiorem vim habet vt tollat mortem & ſterilitatem, quàm quòd vnquàm habuerit ſal Heliſei, quo ſanatę ſunt aquæ Hierico, vt non fuerit in eis amplius mors, & ſterilitas 4. reg. 2. vt tollat mortem, & amaritudinem, quam quòd vnquam habuerit farina eiuſdem, quam quum mitteret in ollam, ablata eſt ab ea mors, nec fuit amplius quicquam amaritudinis in ea: vnde benè poteſt dici crucis lignum. Piſtor dulciarius, qui panes, & mel-

Gen. 28. c. Scala Iacob figurabat crucem.

Ioan. 12. c. Chriſtus per crucem ad ſe traxit omnia.

3. Reg. 17. c.

Matt. 28. c.

Crucis lignum figuratum eſt per lignum miſſum ĩ aquas Marath.

4. Reg. 4. c.

& mellita, atque ſuauia nobis concinnat, atque componit ędulia, cuius tanta eſt dulcedo, vt dulcedine ſua, trahat, rapiat, & alliciat omnes qui dei ſunt, ad ſe, ita vt verè dixerit Chriſtus, & ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipſum Ioan. c. 12. aptè ergo dixit auctor hymni *lignum* hoc *dulce*, & ſuaue, verbum enim hoc dulce, quidam à delicio deducunt, nam dulcia maximè alliciant, & de forti, qui in eo paſſus eſt, egreſſa eſt hęc dulcedo, quæ lõgè maior ē dulcedine mãnæ de qua: Paraſti in dulcedine tua pauperi deus, & angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panē pręſtitiſti eis ſine labore, omne delectamentum in ſę habentem, & omnem ſaporis ſuauitatem, ſubſtantiam enim tuam, & dulcedinem, quam in filios habes, oſtendebas, qui (ſi vox ſua dulcis eſt, & eloquium ſuum dulce, ſi fauus diſtillans labia eius, mel, & lac ſub lingua eius ſi ſpiritus eius ſuper mel dulcis ſi benedictiones eius ſunt benedictiones dulcedinis) abſque dubio & ipſe dulciſſimus eſt, guſtate in affectu prius, & videte in intellectu quoniam ſuauis eſt dominus: quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abſcondiſti timentibus te, innumerabilis enim eſt, immenſa, & inextimabilis, dulcis eſt quum corrigit, dulcis cum parcit, dulcis quum ęterna præmia compromittit, lac concupiſcite (ait Diuus Petrus) vt in eo creſcatis in ſalutem, ſi tamen guſtaſtis quoniã ſuauis eſt dominus: a quo dulcedinem ſortiuntur, ſuauitatem, & decorem, & lignum, & claui, & non aliunde, quod palàm facit hymni auctor quum ait, *dulce lignum, dulces clauos dulce pondus ſuſtinet:* vt ſit ſenſus, dulce eſt lignum, dulces ſunt claui, & hoc ob id: quia ſuſtinent dulce Chriſti domini noſtri pondus: portantque regē cęlorum, & dominum: quibus dicit Tollite iugum meum ſuper vos, iugum enim meum ſuaue eſt, & onus leue, omnia hęc, lancea, claui, ſpinæ, lignum, acerba fuerunt Chriſto, at nobis dulce lignum, dulces claui, quia dulce pondus ſuſtinent, *Flecte ramos &c.* vt ſit ſenſus: & quia pretium mundi pependit in te, idcirco ò *alta*, ſublimis, nobilis, excelſa ſuper omnia ligna cedrorum, & perpetuò virens arbor, arborum omnium regina, & domina, aſpectu pulchra, cuius odor ſerpentes fugat, & venenoſa omnia. *Flecte ramos*, ideſt curua, humilia, inclina *ramos*, ideſt brachia, ſunt enim rami veluti brachia arborum, & ſignant brachia Chriſti quibus amplecti deſideramus, & ideo oramus: vt curuentur, & flectantur. *Tenſa laxa &c.* ideſt laxa, dilata, amplia, ſolue, remitte, *tenſa*: ideſt extenſa, diſtenta, porrecta, & eleuata, *viſcera*, quo loco *viſcera* non inteſtina vocamus: & exta: vt iecur: cor, pulmo, & lien: in qua ſignificatio-

Crucis lignũ cõgrue dici põt piſtor dulciarius.
Iud. 14. c.
Pſalm 67.
Sap. c. 16.
Cant. 4 c.
Eccl. 24. c.
Pſal. 20.
Pſal. 33.
Pſalm. 30.
Dulcis eſt dominus noſter.
1. Pet. 2. c.
Matt. 11. c.

oatione propriè accipiuntur apud medicos,& rei anatomicæ peritos, ſed quæcunque ſunt ſub corio: & latentia: vt eſt caro ipſa, q̃ eſt inter oſſa, & cutem: vel membra ipſa, vel neruorum capita ex ſanguine, & neruis copulata, *Et rigor &c.* ideſt duritics, rigiditas, vel ſeueritas illa in te, *lenteſcat*, ideſt flexibilis fiat, tenereſcat, molleſcat, curuetur, & flectatur, *quem dedit natiuitas*, ideſt natura, quam quidam deum eſſe dixerũt, à quo omnia creata ſunt, hinc ſeneca lib 4. de benef. quid eſt aliud (ait) natura: quam deus, & diuina ratio, toti mundo, & partibus eius inſerta? quam naturam vbique plin. parenté, & rerum opificem appellat, vel *dedit natiuitas*, ideſt natura, quæ vis eſt, & ingenita rei alicui virtus, & potentia natuliter inſita rebus de ſimilibus ſimilia procreans, *vt ſuperni membra &c.* vt ſit ſenſus: *ut miti*, ideſt benigno, leni, manſueto: & flexibili: *ſtipite*, ideſt trunco non tam pænali, *tendas*, ideſt extendas, porrigas, *membra*, ideſt ſingulas corporis partes, ſuperni regis Chriſti, vbi nota (candide lector) quod omnia ſupradicta verba (vt annotat vir ſanctus quidam excelſæ mentis) ſumenda ſint, non iuxta ſuperficiem litterę, ſed iuxta compaſſionem dicentis, alioqui abſurditatem, & impoſſibilitatem viderentur includere, nam nec lignum illud intelligit: quę ad ipſum dicuntur, & ipſum diuiſum per innumerabiles partes reſeruatur ab electis ſuis, nec corpus Chriſti iam in ipſo extenſum eſt, dicuntur igitur uerba hæc ex perſona deuotæ animæ in imaginatione ſtantis ſub cruce Chriſti innocentiſſ. cui anima in exceſſu mentis loquitur intimè condolens illi, & poſcit vt ſuarum extrematum partium incuruatione laxiora reddat Chriſti membra in ea confixa, ne ex nimia diſtenſione grauius ipſe crucietur: *ſola digna &c* ſenſus eſt: *tu* crucis arbor *ſola fuiſti digna*: non tuo merito. ſed preordinatione diuina, *ferre*, ideſt ſuſtinere, *pretium ſecli*: ideſt ſeculi quod quidem pretium magnum fuit, Empti eſtis precio magno dicitur & hoc pretium Chriſtus fuit, qui dicitur pretium: quia precibus multis datus eſt, mitte quem miſſurus es dicebat Moyſes, Emitte agnum domine &c. (ait Iſai.) oſtende nobis domine miſericordiam tuam ait Dauid qui: quod habuit ſummum pręcium: perſoluit nobis: quod pręcium ab eccleſia dicitur talentum mundi, vt oſtendat, quòd ſit alterius valoris, & ęſtimationis, a pręcio, quo appreciatus eſt à filijs yſrael, non obſtãte quòd reſuſo illo pręcio emerint agrum figuli in ſepulturam peregrinorum & figulus: Chriſtus ſit, ager Chriſti eccleſia: acquiſitio peregrinorum: populus gentilium, *atque portum preparare &c.* vt ſit ſenſus: & ſola fuiſti digna, ceu *nauta*, vel *nauita preparare*, & aptare *portum* tutũ, & tranquillum,

Naturã q dã putarut eſſe Deum.

1. Cor. 6.

Chriſtus dicit preciũ.

Exo. 4. c.

Iſai. 16 c.

Pſal. 84.

Matt. 27. c

Chriſtus figulus eſt & ager eccleſia.

lum, *mundo naufrago*: ideſt naufragium paſſo, & peccatorum inũdatione obruto, in quo à naufragio ſaluatur, eſt enim portus: locus in littore vbi naues ab hyemis, & tempeſtatum iniuria vindicantur & metaphoricè ſumitur pro loco tuto, ſumpta metaphora à nauigãtibus, qui cum in medio, & gurgite uaſto nauigant, vndarum, & vétorum arbitrio iactantur, at contra quum ſe in portum receperint nihil cum vndis negocium habent, & ventis, ſuntque in loco tuto, atque ſecuro, & tunc portum præparaſti mundo miſero, & quauis re alia calamitoſo, qñ Chriſti pondus dulce, & leue ſuſtinuiſti, qui factus eſt nobis portus, & perfugium ſalutis, in quẽ portum ſine metu vllo penetrare poſſumus, & ſi deus pro nobis, quis contra nos? portæ inferi non prævalebunt aduerſus nos, qui ſi etiam ambulabimus in medio vmbræ mortis, non timebimus mala, quoniam ipſe nobiſcũ eſt, cuius nutu, & mare, & venti ſilebunt. *Quem ſacer cruor perunxit &c.* vt ſit ſenſus: quem mundum periclitantem, vndis, ac ventis iactatum, *ſacer cruor*, ideſt ſanguis fuſus, qui exijt è corpore agni immaculati, *perunxit*, ideſt fortiter vnxit, & circumquaque: perũgo enim compoſitum eſt huius ſimplicis verbi: quod eſt vngo, & ab vniendo dicitur: quòd vnguentis déſentur corpora, atque vniantur, qua vnctione luctatorem ipſum fecit, & ſic fidelium corpora vniuit, vt contra hoſtes inuiſibiles præualere poſſint, vel qua vnctione, ſolicitus, & quaſi volans ad fidam litoris ſtationem peruenire valeat. Amen.

Portus q͂ ſit.

Rom 8. c.
Matt. 16 c.
Pſal. 23.

Perungere quid ſit & unde dicat.

Hymnus ad veſperas tempore paſchali.

SEquitur expoſitio hymni: *Ad cęnam agni prouidi &c.* qui dicitur ad veſperas à ſabbato in Albis vſque ad Aſcenſionem, in quo auctor refert miſteria reſurrectionis Chriſti, explicans: quod reſurrexerit de ſepulchro ſpoliato inferno, & deuicto ſatana, hortatur, & admonet, vt hoc tempore paſchali ſacroſanctam ſumamus euchariſtiam cum puritate cordis, & mundiția mentis, & tandem orat deum, vt populum ſuum defendat ab impetu mortis. Ait ergo *Ad cænam agni prouidi &c.* quorum verborum ſenſus eſt, Nos vocati *ad cænam*: ideſt ad ſumendum, & accipiendam carnem, & ſanguinem *agni*. i. Chriſti, qui dicitur agnus, quæ ſumptio, & acceptio, cæna dominica dicitur à D. Paulo, & ab auctore hymni, & non incongruè, nã cænantibus illis (aiunt euãgeliſtæ) accepit Ieſus panem, & benedixit &c. & tunç temporis inſtituit hoc ſacramentum, at quia lauans pedes diſcipulorum ante

1. Cor. 11.

ſacra-

Chriſtus pedes diſcipulorum ante ſacramenti euchariſtiæ inſtitutionē lauit, et quare.

ſacramenti inſtitutionem, & ante illius ſumptionem, oſtendit imparatos, & incultos nos non debere accedere ad hoc conuiuium, & cœnam: ad quam vocati ſumus, rectè addidit hymni auctor, *prouidi* eſſe debemus, *& ſtolis albis candidi*, vnde ſicut olim iudæi manducaturi agnum non crudum, nec coctum aqua, ſed aſſum tantū igni, iuſſi ſunt tenere baculos in manibus, renes habere ſuccinctos calceamenta in pedibus, & panes azimos comedere cum lactucis agreſtibus, ſic nos chriſtiani ſumpturi verum agnum, non figurā, ſed figura-

Exo. 12. c.

tum, non ſignū, ſed ſignatum, magna cautione proſpicere debemus, ne imparati, atque inculti ad hoc conuiuium ſalutare accedamus. In quo guſtamus, & guſtando percipimus corpus illud Chriſti ſanctiſſimum igne paſſionis aſſum, & excoctum, ne de nobis dicatur, Parum putantur cauti, prouidique fuiſſe. Animaduertere debemus

1. Cor. 11.

Paulum ſanctum dixiſſe: probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, qui enim manducat, & bibit indignè, iudiciū ſibi mānducat, & bibit, *prouidi* igitur eſſe debemus ideſt prudentes, & ſolertes, vt non modo præſentia, & quæ ante pedes ſunt proſpiciamus: ſed quę futura, quum accedimus ad cœnam hanc ſalubrem, ad quā vocamur, *& candidi ſtolis*: ideſt veſtibus albis, ſtola veſtis erat olim matronarum honeſtarum tantum, quæ vſque ad imos pedes demiſ-

Stola olim quid.

ſa erat, hoc loci autem ſumitur, & pro corporis veſte, & pro animi indumento, quod eſt virtus: ideſt mundi puri, & corpore, & animo, qua puritate, & munditia adornati, tamquam candida veſte, albaq; ſtola nuptiali, ſecuri erimus ab auditu illo malo, amice quomodo

Matt. 22.

huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? & ab eo quod ſequitur, ligatis manibus & pedibus proijcite eum in tenebras exteriores.

Prouidi eſt caſus nominatiui & nō genitiui vt aliqui ꝑperā ſentiunt.

Eſt autem hoc loci, Nomen hoc *prouidi* caſus nominatiuus, nō genitiuus: Vnde non eſt ſenſus, Nos vocati ad cœnam agni prouidi, (vt quidam ſentiunt) ſed iſte verborum ſenſus eſſe debet, Nos chriſtiani vocati ad cœnam veri agni Chriſti, Prouidi eſſe debemus, & mundi & puri, cum corpore, tum animo, non minus, quam olim iudæi manducaturi agnum illum, de quo in exo. immo multo ma-

Exo. 12 c.

gis, quam illi, cum ſcriptū ſit: niſi abundauerit iuſtitia veſtra: pluſ-

Matt. 7.c.

quam ſcribarum, & phariſeorum, non intrabitis in regnum cælorū. *Poſt tranſitum maris rubri &c.* vt ſit ſenſus, & ſicut hæbrei olim,

Exo. 15.c.

& filij yſrael, poſt agni eſum, mari pertranſito, cecinerunt deo cāticum illud; cantemus domino glorioſè &c. quo gratias egerunt, ꝙ

Baptiſmus ſignificatur per tranſitū maris rubri.

eos ab ęgyptijs liberarāt, & Pharaone, ſic nos ſuſcepto baptiſmo (ꝗ ſignatur per tranſitum maris rubri, habet enim vim à Chriſti ſanguine) & ægypto peccatorum regione dimiſſa, Chriſto Duci Prin-

cipi

cipi, liberatori; ac redemptori noſtro, qui à diaboli tirannide nos liberauit per mortem: & paſſionem ſuam, canamus canticum, laudes ei debitas exoluentes. *Cuius corpus ſanctiſſimum &c.* vt ſit ſenſus cuius agni veri Chriſti *corpus ſanctiſſimum torridum*: ideſt coctum, ſiccum, aſſatum in ara crucis, & paſſionis igne torrefactum, & acerbitate doloris exuſtum, vnà *cum cruore roſeo*: ideſt rubro, & precioſo ſanguine eius, *guſtando*, & digne accipiendo ſub ſpecie panis, & vini, nos chriſtiani ſacerdotes: vel ſub ſpecie panis tantum: nos chriſtiani layci, *viuimus deo*: ideſt nedum corporali, et tēporali vita, ſed ſpirituali: et æterna ipſa veritate dicente, Qui manducat me, et ipſe viuet propter me, et iterum, qui manducat meam carnem, et bibit meum ſanguinem: habet vitam æternam, et iterum: Panis quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita. *Protecti paſchę ueſpere &c.* ſenſus eſt, ſicut ſeruati, defenſi, erepti, et liberati: *veſpere paſchę* fuerunt filij yſrael per immolationem abſq; macula agni maſculi anniculi, et aſperſionem ſanguinis eiuſdē ſuper vtrunque poſtem oſtij, et ſuper liminaria domorum, in quibus habitabant, et comedebant agnum, ſeruati (inquam) fuerunt: à *deuaſtante*. i. exterminatore: interfectore: et percuſſore omniū primogenitorū ægypti, à primogenito Pharaonis: qui in ſolio eius ſedebat, vſque ad primogenitum captiuæ: quę erat in carcere: et vſq; ad primogenitum iumentorum: qui videns ſanguinem tranſibat, vnde non fuit in filijs yſrael plaga diſperdēs, ob quod et liberati etiā fuerunt per exitum ab ęgypto: à dura Pharaonis ſeruitute (vt eſt in Exo.) *Sic nos chriſtiani protecti ueſpere paſchæ* per immolationem veri agni Chriſti, qui peccatum non fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius: qui venit vt tolleret peccata mundi, & per aſperſionē ſanguinis melius loquentis, quam Abel. i. quā effuſio ſanguinis Abel *liberati ſumus*: ab angelo. i. dæmone vaſtante, qui etiam per mortē ſuam deſtruxit eum, qui mortis habebat imperium i. diabolū, qui homines ad culpæ mortem induxit, & liberauit eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij. i. rei, & ſubditi erant ſeruituti culpæ, & dæmonis: è cuius iugo, & *duriſſimo imperio erepti*. i. liberati ſuimus. *Iam paſcha noſtrum Chriſtus eſt &c.* ſenſus eſt, ſicut filij yſrael veſpere paſchę liberati ſunt, ſic nos veſpere, occaſu, & morte paſchæ noſtri: quod Chriſtus eſt, liberati ſumus, qui eſt *agnus immolatus*, ideſt pro nobis occiſus, & hæc ſententia cum ſequenti, ſumpta eſt à S. Paulo: qui ait, etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus qui dicitur noſtrum paſcha, quod hebraicè dicitur phaſe non a paſſione (vt plerique arbitrantur) ſe à tranſitu, quia ſicut exterminator

Ioan. 6. c.
Exo. 12. c.
1. Pet. 2. c.
Heb. 11. c.
Heb. 2. c.
1. Cor. 5. c.

videns ſanguinem in foribus yſraelitarum pertranſijt, nec percuſſit eos, ſic per ipſum Chriſtum tranſiuimus à ſeruitute in libertatem, à diabolo ad deum, à terra ad cælum, à morte ad vitam, ab inferno ad paradiſum. *Sinceritatis azyma &c.* vt ſit ſenſus, cuius *caro*: cum ſit *oblata*.i. occiſa, ſacrificata vt *azyma ſinceritatis*, tota enim ſancta fuit, pura, ſine macula, ſine amaritudine, & fermento peccati, azyma enim dicitur ab a. quod eſt ſine, & zyma quod eſt fermentum, ideſt ſine corruptione fermenti, & nos epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitię, & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis (vt monet idem S.Paulus vbi ſupra) & ſicut carnes agni yſraelitici comedebantur cum azymis panibus, ſic fideles chriſtiani viuere, & Chriſti corpus comedere debent ſine peccati fermento: *ò verè digna hoſtia &c.* vt ſit ſenſus, *ò verè hoſtia*.i. oblatio Chriſti, qua uoluntariè, & ſpontè ſe obtulit, & digna à dignitate Chriſti oblati: qui nedum dignus, ſed & digniſſimus fuit, in

Matt. 17.c. quo deus pater ſibi benè complacuit, cuius oblatio hoſtia dicitur:

Oblatio Chriſti dicitur hoſtia. ab hoſtibus iam mactatis, & domitis, vnde Ouid.i. faſt. Hoſtibus à domitis, hoſtia nomē habet. Et licet hoc idem dicatur de victimis, quę victis hoſtibus cęduntur inter hoſtiam tamen, & victimā, hæc

Differentia inter hoſtiā & uictimā. extat differentia, nam hoſtia à quolibet ſacerdote mactari poterat, victima tantum ab eo, qui hoſtes vicerat, quamuis alij dicant hanc eſſe differentiam, nam hoſtia erat ſacrificium quod fiebat antequam ad Hoſtes pergeretur: quaſi pro hoſtibus deuincendis facta, at victima erat ſacrificium, quod poſt victoriam, & victis hoſtibus immolabatur, vnde verſus, victima pro victis datur, hoſtia pro ſuperandis, quæ differentia magis adaptari poteſt textui auctoris hymni (vt reor) quàm prima, Nam ſequitur, *per quam* videlicet hoſtiam, *vel per quem* Chriſtum qui eſt hoſtia digna, *fracta ſunt* tartara.i. infernalia loca, infernum confregit (ait ſancta eccleſia) & *plebs captiuata redempta eſt*, & in ſanguine teſtamēti ſui emiſſa eſt de lacu, in quo

Zach. 9.c. non erat aqua, *& redit ad præmia uitæ æternæ*, Vel lege ſic vt omnibus particulis applicetur *ly per quam*, vel *ly per quem*: vt ſit ſenſus, *per quam* hoſtiam, vel *per quem* Chriſtum immolatum fracta ſunt tartara, Per quam, vel per quem *captiuata plebs* eſt *redempta*, Et *per quem*, vel *per quam reddita ſunt præmia* æternę *uitæ* animabus ſanctorum, quæ in lymbo detinebantur, & in Abrahæ ſinu, qui locus ſecundum quietem, quæ erat ibi à pęna ſenſibili, non erat conueniēs, quòd appellaretur infernus at conſideratus quantum ad priuationē glorię ſperatæ ſecundum hoc habebat rationem inferni & doloris,

Q̃uo limbus patrum poterat dici infernus, & q̃uo non.

Conſurgit Chriſtus tumulo &c. ſic enim quidam legunt, ut *conſurgit*: ſit ver-

Et verbum compoſitum à con, & ſurgo, habeatque litera hunc ſenſum, Chriſtus *conſurgit tumulo* .i. à ſepulchro ſimul ſurgit cum captiuata plebe, neque enim caput ſine membris quibusdam reſurgere debebat, ita tamen vt primus reſurgentium prędicetur Chriſtus quo ſpem certam daret omnibus reſurgendi in corpore, qua ſpe certa non confuſus D. Paulus non mirum ſi prędicat quaſi iam factam reſurrectionem, ſi conſurrexiſtis (ait) cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quęrite vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram, ego autem approbo hanc lecturam (ſed non poſſum (vt quidam faciunt) deridere ſic legentes per duas dictiones diuiſim, & per aduerbium temporis, *quum ſurgit Chriſtus tumulo &c.* vt ſit ſenſus, cum ſuppletione hac per interrogationem.

Quare Chriſtus a ſepulchro cũ captiuata plebe ſurrexit.

Coloſſ. 3. c.

Dicet enim quis, & quando plebs captiuata redempta eſt, & liberata, & reddita ſunt illi præmia æternæ vitæ? Reſpondet hymni auctor, hoc factum eſſe tunc temporis, *quum* pro quando, Chriſtus ſurrexit è ſepulchro. Tunc enim *victor redijt de barathro*, ideſt de inferni fouea, quæ dicitur barathrum, quaſi vorat rum ideſt vorago atra ex profunditate, quia omnia deuorat, & ſi barathrum dicitur locus profundus, vnde quis emergere non poteſt magna ex hoc cognoſcitur eſſe huius victoris noſtri Chriſti potentia, qui ex illo loco profundiſſimo reuocauit gradum, & ad ſuperas auras euaſit, aſcédit, & comparuit, facilis deſcenſus auerni (inquit mantuanus Homerus) ſed reuocare gradum ſuperasq́, euadere ad auras, hoc opus, hic labor eſt, & tunc temporis inter alia fecit hæc duo ſequentia, primum *tirannum*.i diabolum *trudens truſit uinculo*:i. includens incluſit in cuſtodia, de qua re apertè in Apoc. & apprehendit draconem ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus, & ſatanas, & ligauit eum per annos mille, & miſit eum in abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illum, vt non ſeducat amplius gentes, donec conſumentur mille anni, & per diabolum non debemus intelligere totam dæmoniorũ cateruam neque enim Chriſtus virtute ſuæ paſſionis & reſurrectionis omnes dæmones in inferno ligauit, cum certum ſit homines à dæmonibus indeſinenter tentari, ſed vel intelligere debemus aliquã partem eorum, fortè crudeliorem, vel primum illum apoſtatam dæmonum principem, à quo affirmant Chriſtum fuiſſe tentatum, & de quo Chriſtus in euangelio venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, qui draco dicitur propter nocendi malitiam, vel quia occultè inſidiatur, ſerpens, propter nocendi aſtutiam, diabolus, ob ſtatus ſui caſum, ſatan, ob inſtantiam, ſeu obſtinationem aduerſandi domino in electis eius. Secundum eſt, nam virtute ſuæ

Cur infernus dicatur baratrum.

Apo. 20.c

Chriſtus nõ ligauit oẽs dæmones in inferno.

Ioan. 14. c.

Multis nominibus nominatur dæmon.

paſſionis, & reſurrectionis: *referans* reſerauit .i. aperuit, patefecit *paradiſum* ſuis fidelibus, qui ſera, & romphæa illa, gladioq; flammeo, & verſatili & cherubim cuſtodiente antea. i. ex quo peccauit Adam clauſus erat, quo oſtendebatur: quòd ad vitam non reditur, niſi per cherubim ideſt per plenitudinem ſcientiæ ideſt charitatem, & per gladium verſatilem ideſt toleráctiam paſſionum temporalium iuxta quod dicitur, oportebat pati Chriſtum & ita intrare in gloriā ſuam. *Quæſumus auctor &c.* vt ſit ſenſus, ò *auctor omnium*, & vniuerſorum factor, & creator deus, *quæſumus*, rogamus, vt *in hoc gaudio paſchali defendas*, ideſt protegas *populum tuum*, ideſt multitudinem concordi communione ſociatam fidelium, *ab omni impetu*, vi, violentia, inuaſione *mortis*, nam ſi tu pro eis, quis erit contra eos? ſi ambulauero in medio vmbrę mortis (ait Dauid) non timebo mala quoniam tu mecum es, comparatione hoſtium noſtrorum qui gigantes ſunt, locuſtę ſumus: ſed confidimus, nam ſi cum Chriſto licet mori, licebit etiam cum eodem reſurgere, non potuit Chriſtus teneri à doloribus inferni, ſed breui ſurrexit, ſic breui etiam dolores inferni circundabunt nos, velit, nolit, cętus euomet animam noſtram, vnum hoc orare debemus, vt cum Chriſto maneamus. Pone me iuxta te, & cuius vis manus pugnet contra me (ait Iob patientiſſimus, & in bello exercitatiſſimus) nam per hunc ſummè colitur deus, ruina reparatur angelorum, mundus ſtupebit attonitus, diaboli regnum minuetur, limbus expoliabitur, purgatorium euacuabitur, vetus homo crucifigetur, chirographum decreti delebitur, ſpiritus abundantior dabitur, pœna peccatorum ſoluetur, cęlum aperietur, omnes virtutes augebuntur, fiducia impetrandi accipietur, exemplū ſanctitatis orbi proponetur, omnia mala claudentur, omnia bona aperientur, lex vetus implebitur, noua confirmabitur, gentium deſiderium perficietur, cælum in terra conſtituetur: ſit in te ò chriſtiane ſanctificatio huius nazzarei, & non poterit contra te tota Philiſtinorum cohors, ſit tecum ephod hoc ſacerdotale, & licet inimici tuam ſiceleg diruant, tu eorum auferes ſpolia, De quo ſequitur hymni auctor, *Gloria tibi domine &c.* hæc particula non habet ſenſum hunc, quem imperiti darent, *gloria*, ſit tibi ò *domine*, *qui ſurrexiſti à mortuis cum patre*, *& ſancto ſpiritu*, (neque enim pater & ſpiritus ſanctus ſurrexerunt, ſed filius tantū) ſed habet hunc verum ſenſum, o domine Ieſu Chriſte, qui ſicut ſolus mortuus es propter delicta noſtra, ſic ſolus reſurrexiſti propter iuſtificationem noſtram, *gloria ſit tibi cum patre*, *& ſpiritu s. in ſempiterna ſecula*. Amen.

[Margin: *Luc. 24. c.* — *Rom. 8. c.* — *Pſal. 22.* — *Gigantes ſunt hoſtes noſtri, nos autem locuſtæ.* — *Iob 17. c.* — *Mira ſiunt per Chriſtū* — *Iudic. 16. c.* — *1. Reg. 30.* — *Rom. 4. c.*]

Hymnus ad nocturnum tempore paſchali.

SEquitur expoſitio hymni: *Rex ſempiterne domine &c.* qui dicitur ad nocturnum tempore paſchali, in quo auctor alloquitur deum creatorem omnium, & dicit quòd creauerit hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, quem cum diabolus decepiſſet, vt ipſum redimeret, decreuit aſſumere formam corporis ipſius hominis, & non ſine magno creaturarum ſtupore, timore, & tremore, per cuius mortem, deo reconciliati ſumus: & per quem nos reſurgere, mente, & corpore: credimus deuota mente, Ait ergo: *ò domine rex ſempiterne, & creator omnium rerum*, qui & ſi in tempore fuiſti creator, & dominus, (neque enim dicimus deum eſſe dominum ſempiternum, ne cogamur etiam creaturam ſempiternam dicere, quia ille ſempiternè non dominaretur, niſi iſtę ſempiternè famularentur) ſed dicimus eſſe dominum ex tempore, quia vt dominus hominis eſſet, ex tempore accidit deo, & vt tuus dominus eſſet, ac meus, qui modo eſſe cæpimus ex tempore habuit, vt deus tamen, *eras ſemper, ante ſecula*, & ante mundi cõſtitutionem, *filius cum patre*. *Qui mundi in primordio &c.* vt ſit ſenſus *qui* ideſt deus, *in primordio*: ideſt in principio mundi *plaſmaſti*: ideſt formaſti, *Adam* de limo terrę, (ex terra enim rubra facta eſt caro eius) *Hominem*, quem creaturam mundi appellat Diuus Apoſtolus, quia inter creaturas mundi huius ſenſibilis primatum ſortitur, & Chriſtus noſter appellat eundem, omnem creaturam, cum ait, prædicate euangelium omni creaturę ideſt omni homini: & rectè quidem, nam omnis creaturæ aliquid habet homo, habet enim eſſe commune cum lapidibus, viuere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum angelis, ſi igitur homo habet aliquid commune cum omni creatura, iuxta aliquid, omnis creatura dicitur homo, De quo ſacra ſcriptura & ſi tribus modis loquatur, quãdoque enim hominem appellat, hominem per infirmitatem (vt in Hieremia) maledictus, qui ſpem ſuam ponit in homine, ac ſi apertè diceret, in infirmitate, quandoque appellat ipſum, hominem per culpam (vt cum dicitur à Dauid) ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes, vos autem ſicut homines moriemini, ac ſi apertè dicat, ſicut delinquentes obibitis, vnde Diuus Paulus cum ſit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales eſtis: & ſecundum hominem ambulatis? ac ſi dicat, qui diſcordes mentes ducitis, nonne adhuc & reprehenſibili humanitate peccatis? & qñque appellat eundem hoĩem per naturã (vt quum dicit faciamus hoĩem ad imaginẽ, & ſi-

Deus nõ eſt dominus ſẽpitern⁹, ſed ex tẽpore.

Homo dicitur creatura, et omnis creatura.

Rom 1.c.

Marc.16.c.

Tribus modis poteſt ſũmi hoc nomen homo.

Hier. 17.c.

Pſalm. 81.

1. Cor.3.c.

Gen. 1. c.

De quo homine intellexit hymni auctor quũ ait a principio mũdi deum formaſſe Adam hominem.

Qũo plaſmauerit deus hominem ad imaginẽ ſuam et qũo ad ſimilitudinem.

& ſimilitudinem noſtram) tamen cum dicit auctor hymni à princi- pio mundi deum formaſſe Adam hominem, non loquitur de homine per infirmitatem, nec per culpam, ſed de homine per naturam, ad quod oſtendendum ſubdit, *cui tuę imagini uultum dediſti ſimilem*, vt ſit ſenſus *cui* homini ex humo, & ex terræ argylla formato, *dediſti vultum ſimilem tuæ imagini*. hoc eſt inſpirando in faciem eius ſpiraculum vitarum. i. ſubſtantiam animæ, in qua viueret, & uim vitalem, feciſti illum ad imaginem, & ſimilitudinem tuam ſecũdum mentem, qua irrationabilibus antecellit, ſed ad imaginem ſecundum memoriam, intellectum, & dilectionem ad ſimilitudinem vero ſecundum innocentiam, & iuſtitiam: quæ in rationali mente naturaliter ſunt, vel ad imaginem in cognitione veritatis, ad ſimilitudinem in amore virtutis: *Quem diabolus deceperat &c.* vt ſit ſenſus, quem videns diabolus per obedientiæ humilitatem poſſe aſcendere vnde ipſe per ſuperbiam corruerat: inuidit ei, & zelo inuidię factus ſatan, qui per ſuperbiam fuerat diabolus deorſum lapſus, *hoſtis humani generis*, & aduerſarius, per mulierem decepit, ſubuertit, non ſeduxit: mulier enim ſeducta eſt, non Adam, qui benè ſubuerſus eſt mulieris amore, delitias enim ſuas noluit contriſtare, & cum dominus eſſet, in miſertimam cæcidit ſeruitutem, limus profundi factus, qui antea limus paradiſi erat, & mutata diuina ſimilitudine, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, ſuper quo miſericordia motus, *tu*, videlicet qui formaſti illum, dignatus es, ne perderes, quos condidiſti: *aſſumere formam corporis eius*: ideſt fieri homo. exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuẽtus vt homo, & hoc ad quid dices? Reſpondet hymni auctor. *vt hominem redimeres etc.* ſenſus eſt, ad hoc enim fieri homo dignatus es, *vt hominem, quem ante iam formaueras, redimeres*. i. prætio è vinculis, aut ſeruitute liberares, ab eo, qui in poteſtate illum habebat, & captiuum ipſum tenebat, ob perpetratum inobedientiæ ſcelus: *Et nos*. i. omnes fideles tuos, filios eius, qui in ipſo peccauimus: *coniungeres deo per contubernium*. i. coniunctionem vnionem, habitaculum, tabernaculũ, & ſocietatem, *carnis*, verbum enim caſtrenſe eſt contubernium, & dicitur à con, & taberna, quaſi contabernium, & quamuis aliorum contubernium citò diſſoluatur, peracto negotio: pro quo ad contubernium conuenitur, ſicut qui in taberna conueniunt: ad tempus commanent, & citò diſſoluuntur, non ſic tamen dicitur de contubernio, & ſocietate filij dei cum carne noſtra, neque enim dicimus quod peracto negocio, pro quo ad contubernium conuenit, diſſo-

Limus profundi factus eſt per peccatũ homo, qui antea limus erat paradiſi.

Pſal. 48.

Philip. 2. c.

Quid ſignificet cõtubernium, & unde dicatur.

lutum

lutum ſit contuberniū, manet enim adhuc coniunctio, manebitq́; ſocietas ſemper deitatis ad carnem, & naturę diuinæ ad naturā humanam, & e contra, quia quod ſemel aſſumpſit filius dei, verbum, & ſecunda in trinitate perſona, nunquam dimiſit, infixus ſum in limo profundi (ait Dauid) qui ſibi limum hunc copulauit, infixus ſum (ait) non pertranſij, nec pertranſibo, non receſſi, nec recedam, ecce enim vobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſęculi, quo verbo oſtendit credentes eſſe ſemper victuros, & ſe nunquam à credentibus receſſurum, qui ſi promittit ſe à credentibus nunquā receſſurum, quomodo recedet à limo, quem nodo indiſſolubili ſibi in vnitate perſonæ copulauit? ſi non receſſit à limo profundi, nec abhorruit ipſum cum eſſet ſterilis, turpis, & tenax, limoſus per luxuriam, infructuoſus per ſuperbiam, tenax per auaritiam, execrabitur, aſpernabitur, abhorrebit ne forſan limum, modo ex profundi limo, factum limum paradiſi? & limum, qui dignitate tanta aſcēdit in deum? verbum enim & anima, & caro in vnam conuenère perſonam, & hęc tria vnum, & hoc vnum tria, non confuſione ſubſtantię, ſed vnitate perſonæ, & talis eſt in eis cōmixtura (vt vtar verbis cuiusdam deuoti ſancti) vt huius vinculum vnionis, nulla omnino amplius ſoluere poſſit creatura, & filius iniquitatis non apponet nocere ei. *Quem aditum ex virgine &c.* ſenſus eſt. *Paueſcit omnis anima.* i. omnis ſpiritus rationalis, non ſolum humanus, ſed & angelicus etiam, ſtupeſcit, & cum ſtupore admiratur, ac timet (Paueſco enim inchoatiuum est: & ſignificat pauere, timere, pauorem habere qui pauor timor eſt, loco mentem mouens) hunc, *quem ędi tum* .i. genitum, & natum confitemur, *ex uirgine*, & quis non timendo mirabitur, & admirando timebit? à ſeculo non eſt auditum quòd virgo eſſet, quę peperit, & puerū lactauit, quòd mater eſſet, quę virgo permanſit, nunquam iuxta rerum ordinem virginitas eſt vbi fęcunditas prædicatur, nec fęcunditas vbi virginitas conſeruatur, ſola Maria eſt, in qua virginitas, & fœcūditas obuieuerunt ſibi, in ea ſemel factum eſt, quod factum non fuerat, nec fiet in æternū, quia nec primam ſimilem viſa ē nec habere ſequentem, hoc confitemur hoc credibile nobis facit credentium multitudo, nam iuuenes, virgines, ſenes cum iunioribus elegerunt mille mortibus mori, quàm vel ad momentum ab iſta fide deficere, & quod deus ſit homo, & quod virgo fuerit, quæ peperit, virgo ante partum, in partu, & poſt partum, quæ ſi ſola virgo fuiſſet, ita quod non mater, ſufficeret ſibi, nec benedictus fructus ventris eius mundi pretium eſſet. *Per quem & nos reſurgere &c.* eſt enim reſurrectio, & vita, vnde

Pſal. 68.
Matt. 28. c.
Pſalm 88.
Oēs hoīes timendo ſed mirati et ad mirando timere debēt Chriſtū natū ex Maria virgine.
Ioan. 11. c.

.Cor. 15.c. vnde ſicut per primum hominem mors,ſic per ſecundum hunc ho-
Ibi. minem reſurrectio mortuorum , ſurrexit ipſe, ergo & nos reſurge-
mus in Adam omnes moriuntur , & in Chriſto omnes viuificabun-
Ioan. 6. c. tur. Omnis qui videt filium, & credit in eum,habet vitam æternam,
& ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die ait Chriſtus . Sicut pater ſu
Ioan. 5. c ſcitat mortuos, & viuificat,ſic & filius quos vult viuificat (ait iſdẽ)
Corporũ, et & quod dicit auctor hymni intelligendũ eſt , nedum de reſurrectio-
animarum ne corporum ſed & de reſurrectione animarum , vt ſit ſenſus , *per*
Chriſtus eſt *quem* Chriſtum videlicet æditum ex virgine firma fide tenemus , *de*
reformator *uota etiam mente credimus, & nos reſurgere*: ideſt reſurrecturos eſſe
Philip. 3.c tempore ſuo corporaliter, ipſe enim eſt qui reformabit corpus hu-
militatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ . Quos quoti-
die reformat,ac ſpiritualiter reſuſcitat in anima iã mortuos, ea mor-
te,qua per peccatum à deo excidimus,quod & fecit ab exordio mũ-
di, & faciet, ſemper enim aliquos à morte peccati & incredulitatis,
ad vitam gratiæ, & fidei ſuſcitauit, ac ſuſcitabit, vt Abelum,Enoch,
Noe,Abrahamum,Iob,Gentiles , & Iudæos,& alios,quos vult ſine
vlla exceptione , nulli enim quicquam debet,ſed ſola voluntate gra
tuita , vel voluntaria gratia : iuſtè morti addictos, ad vitam miſeri-
corditer reuocat, Faxit deus vt de numero eorum ſimus , de quibus
Ioan. 5. c. dicitur apud D. Ioa. & procedent videlicet è monumentis,qui bo-
na fecerunt: in reſurrectionem vitę , & non de numero eorum , de
Ibi. quibus dicitur, Qui verò mala egerunt:in reſurrectionem iudicij,&
Dan. 12.c. in opprobrium ſempiternum . *Qui nobis per baptiſmum &c.* Poteſt
hæc particula , non ſolum intelligi de baptiſmo aquę, & ſpiritus ſ.
Baptiſmus de quo dicitur, niſi quis renatus fuerit ex aqua , & ſpiritus ſ. nõ po-
ẽ multiplex. teſt introire in regnũ dei,& qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluꝰ
Ioan. 3. c. erit , non ſolum de paſſione Chriſti : quam baptiſmum appellauit
Mar. 16. c. Chriſtus dicens , Poteſtis bibere calicem , quem ego bibo , aut ba-
Marc.10.c. ptiſmo : quo ego baptizor baptizari ? & baptiſmo habeo baptizari,
Luce 12.c. & quomodo coarctor,uſque dum perficiatur?ſed de pænitentia,quã
laborioſum baptiſmum appellauerunt ſancti patres noſtri, vtroque
enim indulgentiam preſtat dominus, & reconciliat peccatores ſibi,
at in hoc differunt , quia duo primi, non reiterantur, quos enim do
minus Ieſus lauacro baptiſmi corporis ſui membra ſemel effecit, ſi
ſe poſtea crimine aliquo contaminauerint, nõ oportet denuò ablui,
non oportet vt denuò per baptiſmum indulgẽtiæ gratiam accipiãt,
Ioan. 13. c. ac per eum ſpiritualiter regenerentur. Qui lotus eſt ait Chriſtus non
indiget denuò .ſ.hoc modo lauari ſatis enim ſemel eſt baptizatũ eſſe
confiteor vnum baptiſma ait eccleſia in ſymbolo , vnus deus , vna
fides

fides vnum baptiſma ait D. Paulus irreiterabile enim eſt hoc ſacramentum, ſic nec oportet vt denuò Chriſtus pro te crucifigatur, ac patiatur, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia ait D. Paulus, at pænitentiæ ſacramentum reiteratur, ordinatur enim ad deletionem peccatorum reiterabilium, & quotidianorum quo po doni pho pedes à quotidiano puluere & luto abluuntur, & per pedes intelligo affectus: nam ſicut in omnibus negocijs: pedibus terram conculcamus: ſic ſine affectibus: mortalitas noſtra non viuit, & vita noſtra non ducitur, affectus enim ſe interſerunt in omnibus negocijs, adeò vt ſi quis eos, ablutione, & purgatione negaret indigere, planè ſeipſum falleret, & hæc pedum ablutio in præſentia ſemper fieri deber, nam via in qua gradimur polluta eſt, & ſordes Hieruſalem in pedibus eius. Baptiſmus aquæ neceſſarius eſt nondum regeneratis, & nondum in eccleſiam ingreſſis, at pænitentiæ baptiſmus ingreſſis in eccleſiam per baptiſmi aquę ianuam, domeſticis fidei lapſis tamen, poſt aquæ baptiſmum neceſſarius eſt, Per baptiſmum aquæ Chriſtum induentes, noua in illo creatura efficimur, plenam, & integram remiſſionem peccatorum omnium cõſequentes ſine noſtro labore, ſine noſtro gemitu: gratia enim dei in baptiſmo non requirit, gemitum, vel planctum, vel aliquod opus, ſed omnia gratis condonat (inquit Diuus Ambroſius) & intelligendus eſt de exteriori planctu, gemitu, afflictione, & ſatisfactione, non de interiori, quę eſt diſplicentia, ſeu deteſtatio culpæ, quia ſine interiore nemo adultus renouatur, nec ei datur baptiſmus, aut prodeſt niſi pæniteat, vt p verba D. Petri, linquit, pænitentiam agite &c. at per baptismum pænitentiæ ad illam nouitatem, & integritatem, lapſi poſt baptiſmum peruenire nequaquam poſſunt ſine magnis fletibus, & laboribus diuina id exigente iuſtitia (vt ex Concilio Tridentino liquet ſeſſ. 14) ſenſus igitur verborum auctoris hymni eſt, ò domine tu es *qui donaſti indulgentiam*, & remiſſionem peccatorum originalium, & actualium, *nobis qui ligati tenebamur uinculis conſcientię* tum *per baptismũ aquæ*, qui ianua eſt ſacramentorum omnium, per quam ingredimur in eccleſiam, & hoc gratis ſine noſtro labore, & planctu exteriore, & interiore (ſi loquamur de paruulis) at ſi loquamur de adultis ſine noſtro labore, planctu, & gemitu exteriore, omnis enim ibi exterior ſatisfactio relaxatur,) tum etiam *per baptismum crucis*, & paſſionis tuæ, cuius virtus applicatur nobis per fidem, & fidei ſacramenta, tum etiam *per baptismum pænitentiæ*, quo donaſti, & donas remiſſionem nobis, qui tenemur ligati vinculis conſcientię peccatorum actualium mortalium, at non ſine noſtro maximo labore, fle

Eph. c 4.

Heb. 10. *c.*

Tren. 1. *c.*

Act. 2. *c.*

tibus, & gemitibus interioribus, & exterioribus ſicut enim fieri nequit, vt Eua ſine dolore pariat filios, ſic fieri non pōt vt anima; quæ peccauit, Chriſtum pariat ſine dolore: Deus pater generis humani miſertus ē, at non ſine ſummo iuſtitię rigore in ſui filij paſſione mōſtratæ, & tui miſerebitur ò peccator ſine tuo dolore, ita vt rigorem ſuæ vindictę in te prætereat? hæreticorum opinio hæc eſt, qui dicūt deum à nobis non requirere triſtitiam pro commiſſo errore: ſed tātum ſolum vitæ nouitatem, ſed ſententia firma ſtat, ſi vultis ait Ioan. Baptiſta appropinquet in vos regnum dei: pęnitentiam agite,

1. Cor. 7. c. dolete, & triſtitiam ſecundum Deum habete. *Qui crucem propter hominem &c.* ſenſus eſt, & tu ò domine es, *qui crucem ſuſcipere dignatus es propter hominem.* i. propter ſalutem, & liberationem hominis à poteſtate diaboli, propter homines enim, & propter ipſorum ſalutem deſcendiſti de cęlis, incarnatus es de ſpiritu s. natus es ex Maria virgine, & cruci affixus es, quique etiam *dediſti tuum ſanguinem in pretium noſtræ ſalutis*, potentiſſimus enim eſt ad exhauriendā omnium genera peccatorum, & benè (ait) *propter hominem*, alteri enim hoc dari, vel concedi non potuit, non angelo, quia ille eguit, non diabolo, quia ille non reſurgit, ergo benè homini hoc conceſſum eſt, & dari potuit, maximè cum non in ſimilitudinem angelorum, abſit autem vt in ſimilitudinem dęmonum, ſed in ſimilitudinem hominum factus ſit, & habitu inuentus fuerit ut homo formā

Phil. 2. c ſerui accipiens, non ſolum vt ſubeſſet, ſed mali ſerui, ut vapularet & ſerui peccati, vt pœnam ſolueret: cum culpam non haberet, cui ſit gloria. Amen.

Hymnus ad laudes tempore paſchali.

SEquitur expoſitio hymni: *Aurora lucis rutilat &c.* qui dicitur ad laudes matutinas tempore paſchali, in quo auctor explicat antiquorum patrum ab inferis liberationem, & ſolutionem eorundem à pœna, & tractat de Chriſti glorioſa reſurrectione à mortuis, qua victor ſurrexit ſolutis iam gemitibus, & inferni doloribus. Ait ergo. *Aurora &c.* vt ſit ſenſus, Aurora rutilat i. iam reſplendet, lucis id eſt huius diei paſchalis, quo Chriſtus glorioſè reſurrexit, de quo dicitur, quòd diluculo reſurrexerit exurge

Pſal. 56. & 107. gloria mea (*ait* vel vox patris ad filium) quem pater, gloriam ſuam appellat, quia gloria patris, eſt filius ſapiens, & is ſuper terram glorificauit, ac clarificauit patrem, exurge pſalterium & cythara, fuit

Tren. 3. c. enim Chriſtus pſalterium in paſſione, ego ſum pſalmus eorum (ait in trenis ſpiritus s.) vel pſalterium propter morum, & virtutum cōcordiam,

cordiam, fuit cithara extenſus in cruce, Venter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit ait Iſai. vocat filium, pſ pſalterium, & citharam, ei⁹ crucem innuens, vbi nerui Chriſti veluti in ablio, quod eſt inſtrumentum muſicum extenti fuerunt, ſimul & mundum admonens, vt huius pſalterij cantu, velut Saul olim refocilletur. Et reſpondit filius exurgam diluculo, vnde in eccleſiaſtico quoniam doctrinam quaſi antelucanum illumino omnibus, & in Oſeæ quaſi diluculum pręparatus eſt egreſſus eius de inferno ſupple, vel de ſepulchro, Dicit quaſi diluculum, quia licet reſurrectio domini (in tempore) fieret diluculo, quod innuiſſe videtur Iacob (ni fallor) mane conſurgens è ſomno in claritate tamen, in gloria, in ſplendore, non diluculum erat, ſed fulgentiſſimus, & radiantiſſimus dies Vel vox filij ad carnem ſuam, & corpus aſſumptum, exurge gloria mea ideſt caro in qua glorioſa geſſi opera, & quæ eſt cauſſa glorię meę, exurge pſalterium, & cithara ideſt caro mea, quæ fuiſti pſalterium ſonum reddens à ſuperiori, miracula diuina operando, & cithara ſonum reddens ab inferiori, humana tormenta patiendo, & horam reſurrectionis determinans (ait) exurgam diluculo, ideſt mane, quod & factum eſt, nam cum ex matre naſcitur, noctu naſcitur, vt qui ad mortis noctem properabat, at quum è ſepulchro ſurgit, mane reſurgit, vt qui iam tenebras non eſſet viſurus, Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur ait D. Paulus, Mors illi vltra non dominabitur, quod D. Marc. teſtatur, legitur enim ibi: quod ſurgens Ieſus mane prima ſabbati, apparuit primo Marię Magdalenæ. Primã autem ſabbati, vel hebdomadæ diem Chriſtus reſurrectioni ſuæ elegit, vt opus redemptionis, operi correſponderet creationis, ſicut enim prima die lucem creauit externam, & diuiſit lucem à tenebris ſic hic, prima die hebdomadæ verus ſol ortus eſt, & pij ab impijs diuiſi, & ſegregati, cuius diei aurora ob reſurrectionis gloriam, nõ ſolum rutilauit, ac reſplenduit, ſed plus ſolito exhilarans, rutilantior, lucidior, & ſerenior mortalib⁹ illuxit, fuit enim verè feſta dies, verè beata dies; nobilitas anni; menſis decus, arma dierum, pulchritudine huius diei paradiſus refloruit, cælum purpuratum eſt, angeli candidati, homines exhilarati, hinc dies lucis, & lætitiæ dicitur, quia per Chriſti reſurrectionem nobis lucem & lętitiam attulerit, Denique hæc eſt illa dies, quam fecit dominus ſingulariter, & pręceteris, cum ipſam admirabili reſurrectionis Chriſti gloria inſigniuit, cuius diei aurora plus ſolito rutilat, in quo *Cælum intonat laudibus*, vbi per cælum ĩtelligit hymni auctor cęleſtes illos ſpiritus, quorum infinita copia deſcendit de cælo ad videndum, & adoran-

Iſa. 16. c. *1. Reg. 16. c.* *Eccl. 24 c.* *Oſeæ. 6 c* *Gen. 28. c.* *Noctu naſcitur Chriſtus, et reſurgit mane vide cauſſam.* *Rom 6 c.* *Marc. 16. c.* *Diei reſurrectionis pręconia.* *Pſal. 117.*

dum miraculum illud de reſurrectiõe Chriſti, quamuis ſcriptura de vno, aut de duobus mentionem facere videatur, in cuius ſurgentis auroræ ortu, peccati regnum, & mortis abolitum eſt, niſi nos illud excitemus, regnaſſe enim viſum eſt vſque ad Chriſti reſurrectionẽ, at lucem non vidit, neque ortum ſurgentis auroræ (vt Iob ca. 3 indicauit) quando de peccato verba faciens ait, Expectet lucem, & non videat, neque ortum ſurgentis auroræ, quibus verbis duo indicare voluit, & quòd peccatũ non regnet poſt reſurrectionẽ Chriſti, & quòd Chriſtus reſurrexerit diluculo, mane, & in aurora. Vnde ob id dicitur eius reſurrectio: ortus ſurgentis auroræ, vnde ſicut ad veſperum idelt paſſo domino, & ſepulto, apoſtoli, & mulieres in luctu morati ſunt, ſic ad matutinum fuerunt in lętitia, quia mane venientes ad ſepulchrum, gloriam reſurrectionis ab angelis acceperunt, quorum angelorum, & cęleſtium ſpirituum, vox illa fuit, Nolite timere vos, ſcio.n. quod Ieſum nazarenum crucifixum quæritis, ſurrexit, non eſt hic, ecce locus vbi poſuerunt eum, ſed citò euntes dicite diſcipulis eius, & Petro, quia procedet vos in Galilęã, quique laudant deum, eique gratias referunt, quòd per Chriſti ſanguinem pacificata ſint, quę in cęlis, & quæ in terra ſunt, & quòd iſdem ſanguinis effuſus in cruce hebetarit, obtuſumq́; reddiderit gladium illum flammeum, atque verſatilẽ, vt non valeat amplius prohibere paradiſi aditum, nam tamquam clauis regni cælorum, illud humano generi ante occluſum, reſerauit, cunctiſque illius patefecit introitum. *Mundus exultans iubilat &c.* vt ſit ſenſus, quòd non ſolum in angelos gaudiũ dominicæ reſurrectionis fuerit diffuſum, ſed in homines, & in totum genus humanum, quod mundi nomine hoc loci intelligitur, qui mundus, & humanum genus *exultans iubilat* in Chriſti reſurrectione, in qua renouatum eſt, & à vetuſtate peccati ad nouitatem gratiæ, atque à morte ad vitam traductum, & in qua veluti in exemplari, & cauſſa repreſentatur totius mundi, & omnium hominum renouatio, ac reſurrectio, qui enim ſuſcitauit Ieſum à mortuis, viuificabit, & mortalia corpora noſtra (ait Paulus.) *Gemens infernus ululat*, ſenſus eſt, non tantum angeli exhilarantur, & mundus exultans iubilat in Chriſti reſurrectione, quãtum *vlulat*, ac *gemit infernus* cum ſuo principe, nam quum Chriſtum tenere voluit tamquam morti, & peccato ſubiectum, qui ſolus erat inter mortuos liber, & in quo nihil iuris habuit (clara enim eſt illa ſententia Chriſti. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam) ius proprium amiſit detinendi generis humani amplius in captiuitate, & hoc intelligit hymni auctor his verbis ſequen-

Regnauit peccatũ uſque ad reſurrectionẽ Chriſti.

Reſurrectio Chriſti dicitur ort⁹ ſurgentis Auroræ.

Matt 28. & Marc. 16. c.

Coloſſ. 1. c.

Reſurrectio Chriſti fuit exẽplar, et cauſſa reſurrectionis noſtræ.

Rom 8. c.

Pſalm 87. Ioan. 14 c.

quentibus dicens, *quis rex ille fortiſsimus &c.* & per regem fortiſſimum intelligit Chriſtum noſtrum, qui in fortitudine excedit omnes, ideò ſuperlatiuo gradu dicitur fortiſſimus. *Confractis uiribus mortis*, abſorta eſt mors in victoria (ait D Paulus) ita quòd ſancta inſultatione pòt dici in eam, vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus? *Pede conculcans tartara*, ideſt inferos, & poteſtatem diaboli, & quia (ait) *pede conculcans tartara*, ex hoc videtur innuere ad locum ſanctorum patrum Chriſtum deſcendiſſe per ſubſtãtiæ animę pręſentiam diffinitiuam, non per effectum ſolum (vt putarunt quidam) quorum poſitio non opinione, ſed pro errore habenda eſt, quem confutant Dauid, & D. Petrus qui Chriſtum ad patrẽ loquentem dixiſſe ferunt, Qm̃ non derelinques animam meam in inferno &c. vnde ſicut caro, quæ verè, & realiter fuit in ſepulchro, nõ fuit ibi corrupta, ſic nec anima, quæ verè deſcendit ad inferos, ibi relicta eſt, impoſſibile enim erat illam teneri ab eo (vt D Petrus vbi ſupra exponit) accedit ad hoc, nam errorem hunc confutat relatiuũ qui, poſitum in art. 15. noſtræ fidei, quibus confitemur nos credere in Chriſtum filium eius vnicum dñm noſtrum, qui cõceptus eſt de ſpiritu s. natus ex Maria virgine &c. vnde ſi cõfitemur ipſum verè, & realiter eſſe filium dei, verè, & realiter conceptum de ſpiritu s. natum ex Maria virgine, paſſum, crucifixum, ſepultum, reſurrexiſſe, aſcendiſſe ad cælos, indeq; venturum ad iudicandum viuos, & mortuos, cur ſolum art. de deſcenſu Chriſti ad inferos per effectũ, & nõ per realem p̃ſentiam, confitebimur? errauit igit̃ Durãdus niſi intelligat dictum ſuum de deſcenſu Chrĩ ad locum damnatorũ, ad quem deſcendit per effectũ confutationis, & confuſionis, dãnatos em̃ viſitauit ad confutationẽ, & confuſionẽ eorũ *Soluit miſeros* ſub ditione ſua detentos, *A pœna* quam patiebãtur ibi, non ſenſus tamen, ſed damni, detinebantur. n. ibi non propter reatum perſonę, ſed propter reatum naturę, & à pœna quam patiebantur in anima ex dilatione, & priuatione ſperatę glorię, nam ſpes, quę differtur, affligit animam. Chriſtus enim deſcendens ad inferos principis inferni deturbauit imperiũ, expolians. n. principatus, & poteſtates infernales (vt dicit D. Paulus) traduxit. i longè ab illo tenebrarũ regno ad cęlũ duxit triumphans illos in ſeipſo, & manipulos plurimos inde eruit, quia magnũ ſanctorum patrum numerũ inde eduxit, videlicet Abrahã, yſaac, Iacob, & cęteros qui lachrimabili obſeruatione ipſum orabãt, vnde verè huius diei figura p̃ceſſit in die illa, qua deus ſpoliauit ægyptum, & hæbreos à domo ſeruitutis, & graui Pharaonis iugo liberauit, quia & hodie Chriſtus ſpoliauit inferos, & genus humanum

1. Cor. 15. c.

ibi.

Pſal. 15.

Act. 2. c.

eripuit Chriſtus ſanctos patres a pæna dãni: nõ autẽ ſenſus.

Prou. 13.

Coloſſ. 2. c

num redemit ob intolerabili ſeruitute principis tenebrarum, à quo trahebatur ad varias carnis concupiſcentias, opum, & honorum, quibus tamquam duriſſimo iugo preſſum, prauis operibus erat ad-
Iudic. 14.c. dictum, habuitque iam illud Sanſonis enygma ſolutum, De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. Profectò enim vſque ad Chriſtum dominum aperuerat infernus os illud ſuum vaſtiſſimum, comederatque cunctos ſine exceptione mortales, at ſanctos ex inferno Chriſtus eripiens fecit, vt de comedente exiret cibus. i. de inferno exirent ſancti, & de forti etiam egreſſa eſt dulcedo, illud videlicet animarum ſanctarum velut apum examen, quod Chriſto fuit nedum dulce, ſed dulcedo ipſa, & qui prius ex mortuis cum
Iſa. 38.c. Ezechia dicere poterat, non aſpiciam hominem ultra, & non reuertetur oculus meus vt videat bona, & cum Iob nec aſpiciet me viſus
Iob 7.c. hominis, Chriſti mors, & reſurrectio fecit, vt morti aſpicerent homines, & habitantes hyeroſolimis inuiſerent, multa corpora ait S.
Matt. 27.c. Euangeliſta ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt, & exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius, venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. *Ille qui clauſus &c.* hoc loci hymni auctor (vt reor) videtur ſoluere quandam obiectionem, vel reſpondere ad quandam interrogationem, quam aliquis poſſet facere in hunc modum, & quis eſt iſte rex fortiſſimus, qui confractis uiribꝰ mortis, & pede conculcans tartara, ſoluit à pœna miſeros? cui *reſpõdens* dicit, hic ille eſt, qui clauſus lapide. ideſt ſub lapide quem ad-
Marc 15.c uoluit Ioſeph ad hoſtium monuměti exciſi de petra (vt B. Marc. ait) Et quem ſignarunt phariſęi, munientes ſepulchrum cum cuſtodibus militibus, quos poſuerunt, vt cuſtodirent ſepulchrum, & ſepultum dominum, non ea ſolum ratione, ne ſcilicet furto auferretur Chriſti cadauer, ſed ea maximè, vt reſurrectionem domini, qua poſſent ratione impedirent, vt ſi arte forſan quapiam dominus eſſet reſurrecturus, eam militum vetaret attenta, & peruigil cuſtodia, ſed non eſt conſilium contra dominum, vertit illud deus in bonum, nã dum Chriſti ſepulchrum tam attentè concludunt cuſtodibus & ſigillis, apertè ſignificarunt (ignorantes phariſei) grandes theſauros in Chriſti monumento ſeruari, quæ enim nimis cuſtodiuntur, ni-
Iſai. 11.c. mis precioſa, & glorioſa ſunt, hinc propheta. Et erit (ait) ſepulchrũ eius glorioſum, vel vt vertit D. Chryſoſt. & erit quies eius honor, & tempore ſuo Chriſtus Ieſus: *Tempa nobili triumphans*. i. inſigni victoria, & triumpho, *fungit de funere*. i. morte, & ſepulchro *uictor*, non obſtante morte, quæ ipſum inuaſerat, non obſtantibus inuolucris, quibus erat obſtrictus, non obſtante lapide, qui ſepulchrũ clau-

claudebat, non obſtantibus ſigillis, & repagulis, quibus erat lapis munitus, non obſtantibus cuſtodibus, quos ſynagoga conduxerat, quo claré oſtenditur futurum, vt Chriſti fideles in extrema orbis hora, à morte, & ſepultura reſurgant contra mortem victores, non obſtante mari, quod quoſdam demerſit, non obſtantibus flammis, quæ quoſdam vorauerunt, non obſtantibus gladijs, qui quoſdam in fruſtra diſcerpſerunt, non obſtante terra, quæ quoſdam redegit in puluerem, hinc Chriſtus in ſepulchro deum deprecat dicens Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo, me expectant iuſti donec retribuas mihi: nam in eo quod mihi tributum conſpiciunt, certi efficiuntur idem ſibi à deo tribuendum. *Solutis iam gemitibus &c.* vt ſit ſenſus, angelus, quo exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui ex illius intuitu, & quid profuerunt illis arma? *reſplendens clamat*, quibus autem loquatur, & ad quos clamet oſtendit euangeliſta dicens, quòd dixerit mulieribus nolite timere vos, ſcio enim quòd Ieſum crucifixum quęritis, ſurrexit non eſt hic, auctor ĩn hymni dicit, ꝙ dixerit *clamans, quia ſurrexit dominus*, ſolutis doloribus, & inferni gemitib⁹, quę quidem ſententia ex verbis ſancti Petri ſumpta eſt, is enim ait de Chriſto, quem deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſſibile erat illum teneri ab eo, ſunt qui putant Chriſtum apud inferos, & quamdiu cũ patribus in lymbo manſit, quo ad ipſius animam, pænalitatem nõnullam ſuſtinuiſſe pro ſalute noſtra, ex hoc quod fuit in inferno, ita quod eſſe in loco inferni, erat nonnulla pænalitas, quã anima Chriſti pro ſalute noſtra ſuſtinebat, quam pęnalitatem, inquiunt, Sanctus Petrus appellauit dolores inferni, & addunt, quòd pęnalitates Chriſti vſque ad reſurrectionem eius durauerunt, vt manifeſtè patet de ſeparatione animæ à corpore, hanc enim conſtat Chriſtum ſuſtinuiſſe (inquiunt) vſque ad reſurrectionem, vnde ex duratione pœnalitatis, quam in corpore ſuſcepit ſepulto, arguunt æqualem durationem pœnalitatis ſuſceptę in anima ex vilitate loci inferni, & quum audis pœnalitates Chriſti in reſurrectione ſua terminatas, intellige (inquiunt) de pœnis intrinſecis ipſum Chriſtum afficientibus, non de extrinſecis, nam hę non fuerunt terminatæ in reſurrectione Chriſti, vſque enim ad conſummationem ſeculi dignabitur ſuſferre infamiæ pœnam in mentibus hominum, non paucorum, dum a magna orbis terrarum parte habetur purus homo, & reputatur vt ſeductor, hinc ad Ananiam de tarſenſi Saule dixit, Vade quia vas electionis mihi eſt iſte, vt portet nomen meum coràm gentibus, & regibus & filijs yſrael apud quos diffamatum eſt, cum tamen ſibi deben-

Pſal. 141.

Matt. 28.c.

Act. 2.c.

Act. 9.c.

Phil. 2. c

debentur, vt in nomine eius omne genu flectatur cęleſtium, terreſtrium, & infernorum, & ſicut cæteras pœnas (aiunt) ſuſcepit ſpõte propter ſalutem noſtram, ita & hanc mira diſpeſatione ſuſtiner, non ſolum, vt ſuauiter diſponatur regimen, ac ſalus hominum, ſed vt ſuauiſſimo exemplo abſtrahamur à tam communi appetitu futuræ noſtræ immortalitatis famę, nam ex eo quòd Chriſtus iugem vſque ad conſummationem ſeculi vult ſuſtinere infamiam, exemplũ dedit nobis deſpiciendi huius ideſt famæ immortalitatem, & debemus caput noſtrum in hoc (inquiunt) ſicut in cęteris imitari, ſi mẽbra illius eſſe cupimus. Hæc ſunt, quę paſſim dicunt quidam (quos proprijs nominibus reuerentiæ cauſſa non appello, malo enim antiquitati parcere, quam ocioſo lectori facere ſatis) de pœnalitatibus Chriſti in illo triduo, quæ ſi vera ſunt, pro nũc nolo diſcutere. Hæc tamen ſilentio non inuoluam, primum quòd eſſe in inferno tamquã in loco punitionis alicui debito, pœnale eſt, non ſic autem Chriſt' deſcendit in infernum, ſed potius ad ipſum frangendum, & vectes eius, & ad expoliandum, & vt faceret alios aſcendere, & deſcendit ad inferos .i. ad locum pœnę, non autem ad pœnam, quia in Chriſto non fuit ibi nec pœna ſenſus, nec dãni, & deſcendit ibi non neceſſitate compulſus, ſed ſua voluntate, & poteſtate, & ideo eſſe ibi non potuit illi eſſe pœnalitas, nam ſi eſſe ibi non fuit pœnale ſanctis patribus, ex quo ex Chriſti deſcenſu ad eos cæperunt illuminati, ex tunc enim habuerunt paradiſum, & apertam dei viſionem, & beati facti ſunt, quomodo potuit eſſe pœnale Chriſto eſſe ibi? Secundũ dico (quod & magni doctores dicunt) quòd Chriſtus noſter, licet aſſumpſerit volens pœnalitates corporales mortem pręcedentes, & defectus corporales totam naturam humanam ex peccato primi hominis conſequentes, & quantum ad corpus, & quantum ad animam (non autem defectus deformitatem importantes, & defectus particulares, qui cauſantur ex particularibus cauſſis in aliquibus: vel qui cauſantur ex culpa puta ex inordinato victu, & quandoq; ex defectu virtutis formatiuę) quia illis Chriſtus mereri potuit, & per eas noſtra redemptio promota fuit (& vtor verbo aſſumpſerit, nõ autem verbo contraxerit, quia hoc verbum contrahere, non ſolum importat ſimul cum natura ex origine, & neceſſitate trahere, ſed etiã ordinem effectus ad cauſſam ſcilicet quòd ex debito peccati trahat, vnde illi dicũtur hos defectus contrahere, qui ex debito peccati originali, illos incurrunt, at Chriſtus hoc modo non habuit, ſed ex conditione naturę, & ex parte principiorum materialium, ex quo bene poteſt inferri, quod aſſumpſerit, non autem quod cõtraxerit)

Auctor validiſſimis rationibus explodit illorũ ſententiam, qui putant Chriſtum apud inferos: & quamdiu cũ patribus in limbo mãſit, quo ad animam ſuſtinuiſſe pœnalitatẽ aliquam.

Volens Chriſtus aſſumpſit, nõ cõtraxit defectus corporales, totam naturam humanã ex peccato primi hominis conſequentes, & pœnalitates corporales mortem præcedentes, nõ ſequentes.

Pœna-

Pœnalitates tamen mortem ſuam ſequentes, non aſſumpſit, quia nō deſeruiebant ad finem ſuæ incarnationis, puta ad ſalutem generis humani, vnde diſpenſatio illa diuina: cuius permiſſione fiebat pro expletione myſterij noſtrę redemptionis, quòd agentia naturalia in illud corpus benedictum agere poterant, dum vixit, & in anima, quandiu forma fuit vnita corpori, non habuit locum poſt mortem eius, iam enim dixerat, conſummatum eſt, & quam pœnalitatem, & afflictionē poterat habere corpus non informatum anima? & qualem anima, quę non niſi deo fruebatur. & excellentiſſimo priuilegio hypoſtaticæ vnionis cum perſona diuina gaudebat? per cuius deſcenſum ad inferos beatitatem ſortiti ſunt patres in lymbo degenti, quorum dolores ſoluit, vel pręſeruando ab eis (ſi loquamur de doloribus cauſatis à paſſione pœnæ, quam patiuntur homines pro peccato actuali, propriaque culpa, de quibus dicitur dolores inferni circundederunt me, à quibus non ſoluit eos Chriſtus niſi pręſeruando ab eis, ſicut medicus ſoluere dicitur morbum à quo præſeruat per medicinam, erat enim ſinus Abrahæ quies à pœna ſenſibili, quę ibi non erat, & quantum ad hoc illi loco non conueniebat inferni nomen, nec erant ibi dolores nam ſancti patres, dum adhuc viuerēt, liberati fuerant per fidem Chriſti ab omni peccato tam orig. quàm actuali, & perſonali, & à reatu pœnæ actualium peccatorum vnde deſcenſus Chriſti ibi nihil contulit illis iuſtis antiquis ſecundum D. Auguſtinum in epiſtola ad Euodium, quo ad ſolutionem à doloribus pœnarum ſenſibilium, pro quo vide D. Tho in 3. par. ſummæ) vel quorum dolores ſoluit actualiter (ſi loquamur de doloribus cauſatis ex dilatione gloriæ, actualiter enim ſoluit hos dolores illis gloriam præbendo) vnde deſcenſus Chriſti ad inferos cōtulit eis, quia ſoluit eorum dolorem, quem patiebantur ex dilatione gloriæ, & quantū ad hos dolores, loco illi competebat inferni nomen, licet enim (vt paulo ante dictum eſt) ſancti patres, per fidem Chriſti: quum adhuc viuerent, liberati fuerint à reatu pœnæ actualium peccatorum: non tamen à reatu pœnę originalis peccati: per quem excludebantur à gloria, nondum ſoluto prętio redemptionis humanę, unde patet verba hœc auctoris hymni, *quia ſurrexit dominus, ſolutis iam gemitibus, & inferni doloribus*, & verba illa D. Petri quem deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, non eſſe referenda ad Chriſtum ita vt hunc ſenſum habeant. *ſolutis*, & à Chriſto ipſo ſublatis, *gemitibus & doloribus*, & inferni pœnis, quia ſecundum hunc ſenſum palàm fieret, in inferno Chriſti animam ſenſiſſe pœnas, & dolores, quorum immunis, & expers fuit, cum inter mortuos prædicetur

A quib⁹ doloribus exemerit Chriſtus ſanctos patres.

Pſal. 17.

Act. 2. c.

Pſalm. 87. Ibi. liber à Dauid, licet à multis æſtimatus fuerit: ſicut vnus de his, qui deſcendunt in lacum, & ſicut hō ſine adiutorio inter mortuos, ſed bene referenda ſunt ad Chriſtum, ita vt hunc ſenſum habeant, *ſolutis iam gemitibus, & inferni doloribus*, à ſanctis patribus per Chriſtum, qui deſcenſu ſuo ad inferos paſſionis ſuæ fructū exhibuit ſanctis in inferno detentis, ſoluendo illos actualiter à doloribus cauſatis ex dilatione gloriæ, & à reatu pœnæ orig. peccati, quo erant à vita gloriæ excluſi, Pœnam enim damni ibi patiebantur, & non pœnam ſenſus; à qua damni pœna liberati ſunt per deſcenſum Chriſti

Eccl. 24. c. ad inferos, qui ait. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, effectum potentię meæ aliqualiter ad omnes extendendo (non localiter ſecundum animam omnes circumeundo) & illuminabo omnes ſperantes in domino: cui ſit honor, & gloria. Amen.

Hymnus ad veſperas, & ad matutinum tempore paſchali.

Sequitur expoſitio hymni: *Triſtes erant apoſtoli &c.* qui dicitur in primis, & ſecundis veſperis, & ad matutinum in communi apoſtolorum, & euangeliſtarum tempore paſchali, in quo auctor oſtendit apoſtolos fuiſſe triſtes, & mæſtos de nece ſui domini, & magiſtri Chriſti, deſcribit annunciationem reſurrectionis Chriſti factam ad mulieres angelico miniſterio, apparitionem factam rediuiui Chriſti mulieribus, dum veloci curſu pergebant, ut poſſent hoc narrare apoſtolis, ſecundum quod eis fuerat

Matt. 28. c. ab angelo impoſitum, in qua ab eodem Chriſto pręcipitur eis, nunciate fratribus meis ut eant in galilęam, & tandem deſcribit citum, celeremque receſſum apoſtolorum ab Hieroſ. in galilęam, in qua

1. Pet. 1. c. viderunt faciem domini deſideratam, in quam etiam angeli deſiderāt proſpicere. Ait ergo. *Triſtes erant apoſtoli &c. triſtes* ideſt mœ-

Luc. 24. c. ſti hinc diſcipulis euntibus in Emaus, (ait rediuiuus Chriſtus) Qui ſunt hi ſermones quos confertis adinuicem ambulantes, & eſtis triſtes? & dicitur triſtis à tero. is. quaſi triti ſtantes, ideſt mœſti, dolentes, & turbati, *de nece* ideſt morte, diſſolutione animæ, & corporis, & diſceſſu animę à corpore, *domini ſui* Ieſu Chriſti, quam nolebant, etiam ſi ſcirent breui ipſum reſurrecturum, & impotentię eſſe ipſum longo tempore detineri ab ea. *Quem pœna crudeli*, immo turpiſſima *mortis*, quam mortem antiqui deam eſſe putarunt, noctis, & erebi filiam, quę in mortales omnes vitæ, necisque haberet poteſtatem, *impij ſerui*, quorum ius, & fortunæ conditio infima eſt, *Damnarunt*, ideſt condemnauerunt, quorum contumelias, & violentias

lentias, graueſque manus protulit Chriſtus noſter eorum dominus, & benè auctor hymni ſeruos illos vocat à ſeruando, nam qui iure poterant occidi, à domino ſeruati ſunt, *vel ſęui imoÿ*, qui ſæui fuerunt, & inſani, & furentes in ira, & crudeles in ſanguine: *Sermone blando angelus &c.* ſenſus eſt, *angelus ſermone blando*, ideſt dulci, ſuaui, vel placido, *prędixit mulieribus*, ideſt marijs (quæ valdè mane vna ideſt prima ſabbatorum venerunt ad monumentum) non ſolum, quòd domin⁹ reſurrexerit, & viueret, ſed quòd *videndus eſſet quantocyus*: ideſt valdè cito, velocius, citius *in galilęa*, ſicut dominus prædixerat his verbis, Poſtquam reſurrexero præcedam vos in galileam, quo fit, vt eiſdem præceperit iſdem angelus dicens. Citò euntes dicite diſcipulis quia ſurrexit, & ecce precedet vos in galileā ibi eum videbitis, pręcedet vos pater filios, magiſter diſcipulos, dux milites, pontifex ſacerdotes, rex ſeruos, caput membra, paſtor oues, præcedet vos, quare ne timeatis vllum ex hominibus incommodū; nam vt angelus præcedens hębreorum caſtra, eas ab omni timore, & incommodo liberabat, ita & fortius ipſe caſtra ſua, eccleſiam ſuā præcedens ab omni timore vos liberabit. *Illę dū pergunt concite &c.* ſenſus eſt, at *illę dum concitè*, ideſt ſolicitè, & curſu celeri *pergunt*, ideſt iter faciunt cum feſtinatione *apoſtolis hoc dicere*, ideſt ut apoſtolis nuncient, quæ ſibi impoſita fuere ab angelo, cuius dicta capeſſere, & ad exequendum ſuſcipere phas erat, *videntes eum viuere &c.* ſenſus eſt, mox occurrit eis Chriſtus, qui diligentes ſe diligit, & qui manè vigilant ad ipſum, inuenient ipſum, & dixit illis *auete* quum dominus occurrit ociantibus, non eis, dicit auete, ſed ite in vineam meā, quid hic ſtatis tota die otioſi? ſed venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominū. vel Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos, at quum occurrit currentibus. Dicit auete, quo dicto exhilarauit illas timore liberans, & veluti beatas reddidit, vnde illæ piæ mulieres, *videntes eum viuere*, quem iam quęrebant mortuum, *oſculantur pedes domini*, & illos tenentes in eorum oſcula, charitatis igne ſuccenſæ, amantiſſimè ruunt, intelligentes nihil adeò eſſe in Chriſto minimum, quod non ſit maius maximo noſtro, atque ideo Chriſti minima, ideſt pedes à maximo noſtro, ideſt à capite adoranda eſſe, & ſi reges magi coràm puero in fœno iacente, procidētes, pueriles vagitus adorant: quanto potius familiares Chriſto fœminæ, coràm Chriſto in patris maieſtate fulgente, procidentes, nō infantiles lachrymas, ſed ſuper cæleſtes fulgores adorabūt? & illud non pretereundum, quòd non vnum pedem oſculantur, vel tenēt, ſed vtrunque, vt oſtendant, errare illos, qui diuinæ miſericordiæ

Cur iu leos auctor hymni appellat ſeruos.

Matt. 26.c.
Matt. 28. c.

Prou. 8.
Matt. 28.c.
Matt 20.c.
Matt. 4.c.
Lucæ 9.c.

Vtrumq; pedem Chriſti oſculatæ sūt sāctæ mulieres, et cur.

obliti, iuſtitiæ pedem vnicum tenentes, ob admiſſa peccata deſperatione franguntur (vt Iudas) & pariter illos, qui diuinæ iuſtitiæ obliti, miſericordiæ vnum pedem oſculantes, in peccatorum conſuetudine perſeuerant, vterque igitur pes Chriſti apprehendus eſt, vt iuſtitiæ aſpectus, miſericordiæ confidentiam moderetur, & miſericordiæ conſideratio, iuſtitiæ timorem emolliat, ſed dominus, qui ſuorum diſcipulorum curam gerebat maximam non patitur ſecum diu illis perſiſtere, ſed illico ab adoratione repulſæ, ad apoſtolos ire iubentur, nunciate (ait) fratribus meis, vt eant in galileam ibi me videbunt. *Quo agnito diſcipuli &c.* ſenſus eſt, *diſcipuli* per mulieres inſtructæ, & ſi prima facie dicta eorum apprehenderint vt delitamenta, *agnita tamen re*, quòd dominus videlicet ab inferis, & à mortuis reſurrexerit, *propere*, ideſt feſtinanter, & celeriter *pergunt*, ideſt vadunt *in galileam videre faciem deſideratam domini*, ideſt vt videant ibi ſecundum quod eis promiſſum fuerat faciem domini deſideratam ſole fulgentiorem, & ibi ex ore eius, ſub cuius lingua mel, & lac, qui verba vitæ æternæ habebat, audirent, quæ tractanda eſſent ab eis poſtea, de regno dei, de quo loquutus eſt cum eis (vt in actis dicitur) quo dicto ſatisfacere videtur ſanctus ille interrogationi illi, videlicet quid fecerit dominus illis quadraginta diebus ante Aſcenſionem? & reſpondens ait, quia locutus eſt cum eis de regno dei: ideſt de ſuæ eccleſię inſtitutione, de ſacramentorum adminiſtratione: de pontificum ordinationibus, de curatorum gubernatione, de fidei collapſę reparatione, de regni incepti, & ferè diſſipati reſtauratione, & de alijs ad eccleſiam ſpectantibus, de quibus, vt libere tractare poſſet Chriſtus noſter cum apoſtolis, galileam antiquum, & familiare domicilium, ſibi elegit, in qua primum ſchola Chriſti erecta eſt, nam planum eſt Chriſti prædicationem fuiſſe in finibus Zabulon, & Neptalim, at Zabulon eſt galilea inferior, & Neptalim initium galileæ ſuperioris, quæ & gentium nuncupatur, ergo vbi Chriſti doctrina cæpit, & floruit, vbi fama paſſionis tam dolenter fuit ex cępta, ibi gloria reſurrectionis non priuatim coràm paucis, ſed publicè coràm plus quingentis fratibus ſimul debuit demonſtrari, & coràm teſtibus præordinatis ab eo, qui manducauerunt, & biberunt cum eo, poſtquam reſurrexit à mortuis, cui ſit gloria, & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

Matt. 28.c. *Luc. 24.c.* *Cant. 4.c.* *Ioan. 6.c.* *Act. 1.c.* *Quid fecerit dominus illis quadraginta diebus ante aſcenſionem.* *Matt. 4.c.* *1. Cor. 15.c.* *Act. 10.c.*

Hymnus

Hymnus ad laudes in communi apoſtolorum tempore paſchali.

SEQVITVR expoſitio hymni. *Claro paſchali gaudio &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in communi apoſtolorũ, & euangeliſtarum tempore paſchali, in quo auctor oſtendit ſolem ob reſurrectionis dominicæ gaudium, nitere mundiore, ac ſereniore radio, & quòd apoſtoli viſu corporeo cernentes Chriſtum, iam ipſum reſurrexiſſe in carne fulgida, fateantur voce, & prædicatione publica, & tandem orat, vt clementiſſimus Chriſtus poſſideat corda noſtra, quo poſſimus ei debitas reddere omni tempore laudes, Ait ergo. *Claro paſchali gaudio &c.* ſenſus eſt, *ſol mundo*, id eſt ſereno ſuo radio *nitet*, id eſt ſplendet, in *hoc claro gaudio paſchali*, id eſt in hac celebri, inſigni, ac excellenti die aperti, ac manifeſti gaudij paſchalis, in qua ſanctus Dauid monet, vt exultemus: & lętemur, *ſol* (vt etiam ipſe oſtendat gaudium dominicæ reſurrectionis) *mundo*, id eſt lympido ſuo radio, ac ſplendore, non ſolum *nitet*, ac ſplendet, ſed ſolito fulget illuſtrior, ac ſerenior, & hoc in pręmium, nam ſi obſcuratus eſt, & ſuo lumine orbatus tempore paſſionis ſuum luxit, & planxit auctorem, cur tempore quo dominus dedit imperium regi ſuo, & ſublimauit cornu Chriſti ſui, quo data eſt ſibi omnis poteſtas in cœlo, & in terra per reſurrectionem ab inferis, & quum apoſtoli iam illum viſu corporeo cernunt, ac vident, illuſtrior, nitidior, ac ſerenior apparere non debuit? & lętitia inenarrabili perfundi? *Oſtenſa ſibi vulnera &c.* ſunt qui legunt verba hęc, *oſtenſa uulnera*, in obliquo caſu, vel in accuſatiuo cum præpoſitione (propter) vel vt commutentur in ablatiuos abſolutè poſitos, oſtenſis vulneribus, & verbum *fatentur*, referunt ad nominatiuum apoſtoli, vt ſit ſenſus, apoſtoli, *fatentur oſtenſa*, id eſt propter oſtenſa *ſibi vulnera*, vel oſtenſis ſibi vulneribus: *in carne fulgida*, id eſt ſplendenti, *publica uoce dominum reſurrexiſſe*, qui aderat, & pręſens erat illis immenſa luce coruſcus, regale diadema, pro ſpinea corona, in capite ferens, vultu ſupra ſolis ſplendorem irradiante, foraminibus vulnerum flumina largiſſima lucis proferentibus, toto corpore, ſupra quam dici, aut credi poteſt, reſplendente. Sunt etiam qui legunt verba illa, *oſtenſa vulnera*, vt ſint nominatiui, ac per hoc ordinentur cum verbo fatentur, vt ſit ſenſus, *vulnera oſtenſa in carne fulgida Chriſti ſibi*, id eſt apoſtolis, *Voce publica fatentur*, & veluti teſtes omni exceptione maiores teſtantur, *reſurrexiſſe dominum*, vtraque

Pſalm. 117.

Sol in die reſurrectionis dominicæ reſplenduit ſolito illuſtrior.

1. *Reg. 2. c.* *Matt. 28 c.*

Expoſitio duplex ſup illa verba oſtenſa ſibi uulnera, ſed ſecunda magis placet auctori.

Quinq; uul nera Chriſti nõ ſecus, ac quinque lin guæ fuerunt in Chriſto op timo aduoca to apud S. patrem.

vtraque lectio bona eſt, & vterque ſenſus optimus, at ſecunda mihi magis placet, nam reuera vulnera illa quinque fuerunt, non ſecus ac quinque linguæ, quę loquebantur illam veritatem de Chriſto, quæ etiam & modo loquuntur apud patrem optimus enim aduocatus eſt Chriſtus ibi, quia tot habet linguas pro nobis loquentes, quot vulnera pro nobis accepit, vnde D. Bernard. ſecurum habes acceſſum ad deum ò homo, vbi habes filium mediatorem, qui oſtendit patri latus, & vulnera, quibus videlicet loquitur, & interpellat pro te. Vnde apoſtoli ob id attoniti ſtupent, ſponte ſua genua flectunt, Chriſti maieſtatem adorant, dulces ex oculis liquant lachrymas, mentes incredibili gaudio affici ſentiunt, nullum diem huic ſimilẽ vnquam experti ſunt, & quantum dolorem Chriſti paſſio prius attulerat, tantum, & ſupra quam nemo credat, plus gaudij reſurrectio, quam videbant, afferebat, impleta gaudent viſcera, luctu in lætitiam commutato, iam refulget in conſcientijs, domini reſurrectio, reſurgenti magis ad gaudere incipiunt, quàm doluerant crucifixo, vereq́ue impletum eſt quod à domino audierant. Contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. *Rex Chriſte clementiſſime &c.* his verbis hymni auctor orat dicens, ò *Chriſte clementiſſime rex*, cui per reſurrectionem data eſt omnis poteſtas in cælo, & in terra, precamur *poſside corda noſtra*.i. ne diſcedas à nobis, mane nobiſcum quoniam adueſperaſcit, vt omni tempore vitę noſtrę, tã in aduerſis, quam in proſperis, reddamus tibi laudes debitas, ne ingrati videamur ſuper tot, & tantis beneficijs à te acceptis, cui ſit gloria, poteſtas, & imperium, in ſecula ſeculorum. Amen.

Apoſtoli qd faciunt quũ uident Chriſtũ rediuiuũ

Ioan. 16. c.

Matt. 28.c.
Luc. 24.c.

Hymnus ad veſperas in feſto Sanctæ Monicæ matris Sancti Auguſtini Eccleſiæ Doctoris.

SEquitur expoſitio hymni. *Te ferant linguæ &c.* qui dicitur ad veſperas in feſto ſanctæ Monicæ mřis ſancti Auguſtini, in quo auctor dicit ſanctam Monicam dignam omni laude, & quòd populus chřianus debeat ſibi multas agere gratias, ob id quia lachrymis ſuis genuit Chriſto Diuum Auguſtinum, quem prius carne pepererat mundo, qui inuictus domuit hoſtes fidei, & tandem, preclaris eam adornat titulis, Ait ergo. *Te ferant linguæ &c.* ſenſus verborum eſt *o monica quæ ſeculis cunctis memor eris, & digna ampla laude*, hortamur vt *linguæ omnes*.s. hominum, & angelorum, *ferant* te i. animi tui virtutem extollant, ad cælum vſque deducant, *& celebrent, & te totus orbis ſimul moduletur*.i. de te cantet, & ſuper

te dul-

te dulces melodias faciat, *cuius effuſæ lachrymæ &c.* ſenſus eſt, verè digna es ampla laude, nam *lachrymę ſedulæ* .i. aſſiduę, *& effuſæ preces tuæ* ad dominum (iugiter enim pro filio ſuo Auguſtino deprecabatur deum lachrymasque fundebat) *meruerunt uertere*, i. mutare, & transmutare *cor durum*, *& rigidum nati*, & filij tui, quem mundo peperas, *ad cultum ſacrum dei magni*. i. ad venerationem, & religionem, quam credentes magno deo viuo, & vero exhibent, *o Decus ſummum &c.* in hoc verſu hymni auctor Sanctam Monicam titulis pręclaris extollit, & ait *o almæ uirago*. i. mulier fortis viro ſimilis, & virilia opera faciens, verè de te dicitur quòd ſis *decus eccleſiæ ſummum*, *& pia ſpes matrum*, deſperantium pro ſalute filiorum, *via certa natorum*, *Dux* errantium, *aſylum* neutri generis. i. refugium, quod miſeris ſuccurrit, ad quod confugientes, inde auelli non poſſunt, & dicitur ab à quod eſt ſine, & ſylon quod eſt tactus, quia non ſit phas alicui ibi tangere, & offendere alium, quo nomine græci templa ipſa ſacra vocant, & cetera inuiolabilia loca, & conſecrationis lege tuta, aſyla dicuntur in neutro genere, nam in genere maſculino aſylus dicitur muſca, quæ boues ſtimulat, quā ruſtici vocant tabanum, ab à quod eſt ſine, & ſylon quod eſt tactus per cōtrarium, quia tactus eius nimis ſentitur. *Dęmonum victrix*. verbale fœmininum eſt victrix, & trahit originem à maſculino verbali victor, vnde mutato. Tor in. rix. fit à victor victrix, & ſignat hanc ſanctam mulierem in certamine cum hoſtibus inuiſibilibus ſuperiorem euaſiſſe cæſis aduerſariorum copijs. *Hæreſum fugatrix*. Sed dices quomodo? En reſpondeo ex ore enim huius, & filij ſui ò domine perfeciſti laudem propter inimicos tuos, vt deſtrueres omnes hęreſes, fleuit, & orauit aſſiduè ſuper filium ſuum, per quem dominus impiorū, addetu, & hęreticorum capita conquaſſauit, vnde non mirum ſi virago dicitur, virilia enim opera ſunt hęc, mulieris fortis, & viro ſimilis, de qua dicitur, accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum, *ò tibi quantas &c.* ſenſus huius verſus eſt, *o candida mater*, & benè ait hymni auctor candida, non alba, vt oſtendat, quòd nō à natura erant, quę habebat hæc mater ſancta, ſed artificio, & ſtudio, in hoc enim differt album à candido, nam album eſt de natura, candidum de artificio, & ſtudio, vnde candidum dicit quaſi candori datum ſtudio, vnde ſenſus eſt, *ò mater candida* : non natura, ſed artificio, & ſtudio gratiæ candori data, vel ò mater pura, & felix *ſub memori æuo* i. ſub ſeculo, & tempore hoc *memori* .i quod recordatur factorum tuorum, neq; enim facile excidere poſſunt memoria quæ per te, & tuum filium egit deus, *Populus fidelis quantas* tibi

Aſylū quid ſit, & unde dicatur.

Aſylum grę cè, latinè uero tēplum.

Differentia huius nominis aſylum, et huius nominis aſyl⁹.

Victrix unde trahat originem.

Q̄uo B. Monica poſſit dici fugatrix hæreſum.

Prou. 31. c.

Differentia inter album & candidū.

tibi debet gratias, quem populum fidelem *beaſti*.i. beatum reddidiſti, & conſolata es, *ſummis meritis tuis*. *Quando bis mundo &c.* vbi notandum, quòd ſi forſan eſſent, qui putarent verbum *Generaris*, ſecũdam eſſe perſonam pręſentis indicatiui paſſiui huius Generor, quod non deberent cogitare ſi oculos conijcerent ad accuſatiuum, *illum* poſſet dici, hymni auctorem vſum fuiſſe verbo paſſiuo, non ſolum cauſſa metri, ſed vt oſtendat, quòd etſi verbum genero, actiuè inueniatur de feminis apud plures approbati nominis auctores, propriè tamen de maribus dicitur: iuxta illud fœmina ſola parit, generat vir, gignit vterque. At ego putarem ſenſum huius verſus, & conſtructionem hanc eſſe, Quando bis mundo generaris per concíſionem .i. generaueris, vt epentheſis augeat, quod ſyncopa tollebat è medio, vſus eſt autem hymni auctor verbo per ſyncopam, vt ſeruaret formam metri, & debet ſcribi cum accentu circunflexo, hoc modo, Generaris, nec tibi moleſtiam inferat, ò lector propriè de maribus dici Generare actiue, nam (ut dixi) probati auctores plures, etiam de fæminis hoc verbo vſi ſunt. *Illum* videlicet Auguſtinum, *quem de te* carne ſemel mundo genitum, & *denuò* charitatis viſceribus multo ſemine lachrymatum *per te genitum* Chriſto, & *fidei ſacræ reductum fatemur*. *Qui tot inuictus &c.* ſenſus eſt: qui Auguſtinus *inuictus* (inuictum enim ſe à laboribus pręſtitit, & indeſeſſum) *Domuit*. i. manſuefecit *tot rebelles*, (ſunt enim rebelles hi, qui ſemel victi, & in deditionem recepti bellum inſtaurant, nec in fide principum permanent, tales ſunt hæretici, qui fidei noſtrę, & eccleſiæ principum imperium detractant, refugiunt, atque recuſant & illorum honori, famæ exiſtimationi detrahunt.) *Tot hoſtes feros*.i. agreſtes, indomitos, atroces, & ferinum animum habentes, *vere pietatis*, & religionis Chriſtianæ, *monſtra tot* horrenda videlicet, & ingentia preter naturam, vel deficientia, vel excedentia hæreticorum, quorum onus inutile, etiam temporibus noſtris, mirum quomodo terra ſuſtinere poteſt, *& maximus ultor*.i. vindex, vindicator *repreſſit* i. continuit, cohibuit ſcriptis, prædicationibus, & diſputationib⁹, *Tantum horum omnium rabiem* i. furorem quo agitati huc, atque illuc rapiebantur, nec quietis locum vllum inueniebant, & veluti verè ex oſſibus eccleſię exortus, iniuriam matri, & fidei ſuę illatam vlciſcebatur. *Qui tot errorum &c.* ſenſus eſt, *qui diſsipans*, prædicationibus, & verbo dei *tot nocentes laqueos errorum*, paratos pedibus fidelium, ab infidelibus, & non corpori, ſed animę magis nocentes, *& tantæ noctis*, ideſt infidelitatis, *tenebras*, *nulli extitit ſecundus meritis*, *nec ulli laude*, nam poſt apoſtolos, ſecunda diſpen-

Rebelles qui ſint attende.

diſpensandi verbi dei gratia, primus refulſit. Amen.

Hymnus ad laudes in feſto Sanctæ Monicæ matris S. Auguſtini.

SEquitur expoſitio hymni: *Excelſe princeps omnium &c* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto S. Monicæ matris S. Auguſtini, in quo auctor orat deum, vt audiat ſuos ſeruulos, & faciat vt ſicut ipse in hoc ſeculo audiuit Sanctam Monicam orãtem pro ſalute ſui filij, ſic audiat eandem nunc in cælis regnantem, & orantem pro nobis, de qua explicat; quòd ſi profuit tantum ſeculo in terris degens, credendum eſt, quòd multo magis prodeſſe poſſit nunc ſupra cœlos euecta, ad quam ſermonem dirigens orat, vt ſuſcipiat preces, quas ei porrigit populus pronus, & tandé hortatur omnes, & pręceteris preditos literis gentilibus, vel ſacris, vt vota ſua ad eam fundant, quæ dedit nobis D. Auguſtinum ſummo honore extollendum. Ait ergo. *Excelſe princeps omnium &c.* ſenſus eſt; ò deus *princeps excelſe* .i. alte, & ſublimis *omnium* creaturarũ, & rerum omnium viſibilium, & non habentium eſſe tantum, eſſe: & viuere, eſſe, viuere, & ſentire, & tandem eſſe, viuere, ſentire, & intelligere, *qui regis*, & gubernas ratione ꝑpetua *machinam mundi*: tum parui, tum magni, *regnans æterna* .i. per ęterna ſecula, *audi nunc ſeruulos tuos*, & filios ancillę tuæ, *Sanctas preces qui Monicæ &c.* ſenſus eſt, *quæſimus* .i. rogamus & rogando petimus te, vt, *qui ſuſcepiſti preces ſanctas Monicæ*, *donans* illi *ſalutem filij*, quas lachrymas & preces aſſiduè fundebat *dum uiueret ſub hoc atro ergaſtulo*, é enim ergaſtulum propriè carcer ruſticus, vel locus damnatorum, ad quem rei ligati mittebantur, & ibi operabant̃ opera ſibi iniuncta, At hoc loci ſumitur pro carcere corporis, vt ſit ſenſus, *ſub hoc atro ergaſtulo* .i. nigro, & obſcuro carcere corporis, in quo anima in hac vita tenetur quaſi incarcerata, & ligata, vt ibi opera iniuncta operetur, à quo educi petebat Sanctus Dauid orans, & dicens Educ de cuſtodia, vel carcere animam meam, ſic *audias eam nunc incolam* .i. habitatricem *alti poli*, & *raptam* .i. impetu, & celeritate ablatam *de tot ſordibus*, *precantem* .i. orantem *pro lubricis mortalibus* .i. hominibus leuibus vitioſis, vanis, friuolis, ineptis, laſciuis, luxurioſis, labilibus, qui quanto magis tenentur, tanto magis labuntur. *Terram colens*: ſenſus ẽ, nam confidimus: in ea plurimum, quòd *ſi terram colens* .i. inhabitans, *tantum contulit* .i. communicauit, vel vtilitatem attulit, & profecit *cadenti ſeculo quid ni* i. certè non eſt dubitandum, vel cur non tenendum nobis eſt, quòd *nunc euecta*,

Ergaſtuli nomen quid ſignet.

Pſalm. 141.

MM ideſt

Perfecta charitate ĩpletur omnibus modis p̃ceptum illud Diliges dominum deũ tuum &c. Stultitia eſt non ſumere bona, q̃ precamur a dãtibus.

ideſt exaltata, & *ſuper celſos polos eleuata plus conferat*. i. conferre, & nobis vtilitatem afferre poſſit? *Si nunc preces &c.* ſenſus eſt, vnde confidimus, & certi ſumus: quòd ſi nunc *duplicet* i. augeat, & geminet *preces*. quas olim in hac miſeriarum valle exiſtens, largiter profudit. i. copioſè effudit, *ſuo ſuffragio* i. auxilio *ſic liberet*. i. potens erit liberare *nos à multis malis*, & culpæ, & pœnę, ſicut ſedulas effundendo preces liberauit filium ſuum ab æterna morte. *O nos beatos munere &c.* ſenſus eſt, & quia hanc fidem, & ſpem habemus: quòd poſſis, & valeas, & velis nobis eſſe auxilio (charitas enim illa perfecta, qua in cœlis abſolutè pręceptum illud impletur, nedum quo ad ſubſtantiam facti, ſed etiam quo ad intentionem legiſlatoris (vt ſacrorum Theologorum verbo vtar) diliges dñum deum tuum, & proximum tuum ſicut teipſum) vrget te in hoc ipſum. non mirũ ſi nos fatemur, *beatos eſſe munere tanto*, *& bonis tam grandibus*, & hinc moti oramus vt tu o beata Monica, *ſuſcipias mo lo preces eius ut delectet populi*, *quas pronus*. i. in anteriorem partem fl-xus, inclinatus, acclinis, curuus, ſubiectus: humilis, obſequens, & promptus, *porrigit* i. extenſis manibus offert, nam ſi tu nobis porriges bona, quibus affluis, non ſic ſtulti erimus vt illa recuſare velimus (nam ſtultitia reuera eſt à quibus bona precamur ab eiſdem porrigentibus, & dantibus nolle ſumere.) *Nunc uota cuncti fundite &c.* ſenſus eſt, & quia non eſt timendum: quòd non ſuſcipiat preces precantium, ob id nunc cuncti omnes *fundite*. i. ſpargite, *uota*. i. deſideria illi & prę cęteris vos *qui eſtis prediti literis gentilibus, uel ſacris*. *Nam hęc dedit nobis illum*, videlicet Diuum Auguſtinum quem quum peperiſſet carne prius mundo, poſtmodum multo ſemine lachrymarum, genuit Chriſto *cuius* videlicet Auguſti, *omnes tollimus ſublime*. i. ſublimiter, & ad ſidera vſque, *cultum ſummum*. i. ornatum tum animi, tum corporis, maximis, ac cumulis laudibus, ideſt ad cumulum additis, & ad ſummum plenis, & copioſis. Alij legunt ſic: *namque hæc eum nobis dedit ſublime, cuius maxmis omnes acumen laudibus, fidemque ſummam tollimus*, vt ſit ſenſus, nam hæc i. mater Monica, dedit nobis eum videlicet Auguſtinum, cuius ſublime. i. altum, et excelſum acumen ideſt ingenij perſpicacitatem, et ſublimitatem, et fidem ſummam, omnes tollimus maximis laudibus. *Nos tu pater cum filio &c.* ſenſus eſt, tu pater cum filio ſimul, & ſpiritu ſancto, qui (& ſi trinus in perſonis) vnus tamen deus viuis per cuncta ſecula, *protege* ideſt defende nos ab aduerſarijs noſtris, cui ſit gloria, & imperium. Amen.

Hymnus ad veſperas in commemoratione S. Patris Auguſtini.

SEquitur expoſitio hymni. *Gratulentur eremitæ &c.* qui dicitur ad veſperas in commemoratione Sancti Auguſtini, quæ fit ſingulo mẽſe à fratribus ſuis, in quo auctor hortatur omnes eremitas, & anachoretas ad lętandum, ex quo D. Auguſtinus pater illorum, cepit ab antonio, & à ſe mundum abdicans, eremum inhabitauit, in cuius baptismate canticum illud celebre ordinatum eſt. *Te deum laudamus*: quod & D. Ambr. & D. Augu. diuino inſtructi ſpiritu, illiusq́ue inſtinctu compoſuerunt, & alternatis vocibus cantauerunt, explicat quòd nigra veſte fuerit indutus, & præcinctus zona pellicea, quòd in regula iubeat fratres ſuos, deum diligere, & tandem hortatur, vt ſalutetur caput hoc inclytum, & exoretur beata virgo, & ſupplicando filium ſuum, in eo quiuis frater vitium perhorreſcat. Ait ergo. *Gratulentur eremitæ &c.* ſenſus eſt; *eremitæ* .i. ab aſpectu hominum remoti, ſolitarij, qui morantes in eremo, & vaſtis ſolitudinibus, *uniti cœnobio* i. monaſterio, & communi habitatione plurimorum, vbi ſunt plures ſimul congregati, ad communiter habitandum, & comedendum, & ad viuendum in communi, à cęnos communi, & bios vita, quia ibi communis vita ducitur: à quo cænobitæ: qui illum locum inhabitant, ſuntque genus monachorum, quos in communi viuentes appellare poſſumus: quorum eremitarum auctor, et magiſter perhibetur fuiſſe Paulus: qui primus eremita dictus eſt, cui palma victum, & veſtitum pręſtitit: *Gratulentur*: ideſt vel verbis teſtentur, & ſignis ſe gaudere de felicitate alterius, ac de ſua, vel deo pro rebus benè geſtis ſuper Auguſtino gratias agant *& anachoritæ*. i. vel cor agentes ad deum ieiunijs, & afflictionibus, vel quaſi cæleſtem chorum mente inhabitãtes, ſunt enim & hi monachorum genus, & eremitæ recluſi, deſerta petentes, & ſoli inhabitantes, *cum collegio cleri*. i. ſortiti, vel hæreditarij (clerici enim dicuntur ſic, vel quia de ſorte domini ſunt, vel quia partem domini habent) *lętentur*, ideſt gaudeant animoq́ue exultent, ita vt etiam ad exteriora egrediatur maximè in vultu. Sed dices qua de cauſſa? Reſpondet hymni auctor, *nam Auguſtinus lumen uitæ cepit ab antonio*; illo videlicet Aegyptio, quæ verba hunc ſenſum habent, nõ quòd velit hymni auctor, vt tempore Antonij abbatis eſſet D. Auguſtinus (nam D. Antonius fuit temporibus Conſtantini Magni, cuius orationibus cum matre Helena, & ſe & ſuos commendauit per literas, & nuncios, tanta erat fama ſanctitatis ei⁹) D. autem Auguſtinus fuit tẽporibus Theodoſij iunioris Archadij filij,

Quid ſit cœnobiũ, et unde dicatur.

Quis auctor eremitarum fuerit.

Clerici qui ſint.

Qũo exponi debet illud cepit ab antonio.

filij, Honorij, & Valentiniani Imperatorum, & temporibus Cæleſtini primi Rom. Pontificis, vitam cum morte commutauit, Genſerico vuandalorum. & alanorum rege Aphricam deuaſtante, ferro, flamma, rapinis, & Ariana impietate fidem catholicam maculante, ſed verba eius hunc ſenſum habent, vel quòd cepeiit habitare loca ſolitaria eremum, & antra deſerti ab Antonio, i deſt poſt beatũ Antonium, qui cum beato Paulo auctores, & magiſtri eremitarum fuerunt, vel quòd ceperit ab Antonio, quia ſicut beatus Antonius ex euangelica lectione, cui ſorte ſuperuenerat admonitus, audiuit, Vade, & vende omnia, quę habes, & da pauperibus, & veni ſequere me, & tamquam ea ſibi dicta eſſent, ſic Chriſto domino obtempetandum exiſtimauit, ſic beatus Auguſtinus quum audiret vocem de vicina domo cum cantu dicentem, Auguſtine Auguſtine, tolle lege, tolle lege, putans ſibi iuberi diuinitus vt aperiret codicem apoſtolicum, & legeret quid primum inueniret, illum apeiuit & coniectis oculis ad primum, quod illi occurrerat legit, non in commeſſa-

Rom. 13. c. tionibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, non in contentione, & æmulatione, ſed induimini dominum Ieſum Chriſtum: & carnis curam ne feceritis in deſiderijs: & tanquam ea ſibi dicta eſſent, ſtatim quaſi infuſa luce ſecuritatis cordi eius, omnes dubietatis tenebræ diffugerunt, & ex tunc propoſitum habuit ſoli deo ſeruire, atque à mundo abdicare ſe ſe, & vt inſtrueretur de rebus diuinis, & moribus, perrexit ad Simplicianum probatæ ſanctitatis virum, qui ei bonus apparebat ſeruus dei, & lucebat in eo gratia diuina, à quo de religione, beata, & felici uita inſtructus eſt, & multa de Chriſti fidelium exempla, tum miracula accepit. *Quem audiens* D. Auguſtinus, *ſocys exclamitat*, ideſt clamorem faciendo ſonat, *ſurgunt indocti*, & rapiunt cœlum, nos autem cum doctrinis noſtris mergimur in profundum. *Tunc à ſe abdicit*, ideſt reijcit, ſeparat *mundum uanum*, à ſe proponens nolle ipſum diligere, nec ea, q̃ ſunt in ipſo, *nec fuit hoc opus humanum*, ſed diuinum, & verè mu-

A Simpliciano inſtruct' fuit D. Auguſtin.

Pſalm. 76. tatio dexteræ excelſi: *eremum inhabitat*, ideſt & ut commodius poſſet ſeruire deo, ſine impedimento aliquo *eremum*: ideſt loca ſolitaria, & ab omni hominum conſpectu ſecreta *inhabitat*. *Auguſtinus baptizatur*, & ea hora, qua eum nouum hominem ſacro induit baptiſmate D. Ambroſ. Mediolanẽ. epiſcopus, triumphare viſus eſt beatus Auguſtinus, in cuius baptiſmo: *exultat eccleſia*. Diuino quodam inſtinctu ordinatur. & componitur hymnus: *Te deum laudamus*. Diuo Ambroſio incipiente, & D. Auguſtino reſpondente, d *mira ſolerti a*: ideſt ingenij acumen ſagacitas, & dexteritas, ſed non

ipſa

ipſi laudandi ſunt, ſed deus, qui in illis loquebatur. *Pia mater delectatur*: ideſt gaudet, & benedicit deum, *ouat*: ideſt lætatur, *curia cœli*, de hac re tam benè geſta, & de tam grandi munere conceſſo eccleſiæ & gratias agit deo, qui religioni chriſtianę talem, ac tantũ dedit principem, contra gentiles, hoſtem, & contra hæreticos validiſſimum malleum, ſic enim eum vocat beatus Bernardus. De quo ſubdit hymni auctor, *veſte nigra hic indutus* fuit, & cucullo nigro à beato Ambroſio: *& corrigia ex* corio *præcinctus*, quam donauit ſibi ſumma cum lętitia ſanctus Simplicianus, & vt *Ioannes* baptiſta *zona pellicea redimitus eſt*, ideſt ornatus, cinctus, & circundatus in lumbis, & renibus, *cuius* Ioannis baptiſtæ: *geſtus*, & actus *ſequutus eſt*, *cum thesbite Helia*, de hoc enim legitur quòd zona pellicea erat accinctus renibus, de illo verò dicitur in euãgelio quòd zonam pelliceam habebat circa lumbos eius. *Fratres deum &c.* ſenſus eſt, hic *norma*, præſcriptione, ordine, lege, & regula, *data iubet fratres deum prędiligere*, ideſt ante omnia amare, & *charitate ordinata*, poſt deum, ſe *nectere*, ideſt ligare, iungere pro Chriſto (ait enim ante omnia fratres cariſſimi diligatur deus, deinde proximus (*Qua uidelicet charitate uirtutibus* omnibus *ornata* (mater enim eſt, & forma omnium) *monet libros legere*, ſine qua & ſtudium, & lectio, & ſcientia inflant, *Salue pater &c.* ſenſus eſt, *o pater, dux noſter, & caput noſtrum inclytum, ſalue*, & hoc dicto non ſalutem illi imprecamur, qua plenus eſt, ſed venerationem exhibemus, quę debetur his, qui in cœlo ſunt, in tuto, & ſine periculo: *Exoretur uirgo mater*, *ſupplicet ad filium*: ideſt humiliter, & demiſsè precetur filium, *ut quiuis frater in eo*, ideſt per eum, ac ſui gratia *perhorreſcat*: ideſt expaueſcat, & quaſi timore mortis iniecto horreſcat *uitium*, quod quidem fugere virtus eſt. Amen.

4. Reg. 1. c.

Matt. 3. c.

Quid intelligere debemus per hoc verbũ ſali

Hymnus ad laudes in commemoratione S. Patris Auguſtini.

SEQVITVR expoſitio hymni. *Alma parente genitus &c.* qui dicitur ad laudes matutinas eiuſdem feſti, in quo auctor deſcribit D. Auguſtinum in ſtudijs ſic profeciſſe, vt ſummè peritus apicem teneret, explicat hunc baptizatum à beato Ambroſio, & Simplicianum illi dediſſe habitum, & cingulum, & tandem omnes hortatur, ut poſcant ab Auguſtino, vt ſit ſolatium filijs ſuis. Ait ergo *Alma parente &c.* ſenſus eſt: *Auguſtinus genitus alme parente* .i. ſancta Monica, & *Doctorum* oĩum *doctor maximus*. *Puer* .i. iuuenili ætate *fuit deditus in ſtudijs*: qui mente adeò ſubtilis

erat,

Sine doctore D. Aug. didicit, et ſic profecit in ſcientijs, vt ſummam in doctrinā dignitatem teneret.

erat, & ingenio proſpicax, *quod nullo tradente*. i. ſine præceptore (vt D. Ambroſ. teſtatur in ſermone de baptiſmo eius) ſed per ſe didicit, *& concepit omne quod in literis, & in liberis*. ideſt liberalibus artibus, & diſciplinis eſt; & ſcientijs, quas mente ſubtili cepit, & ſic profecit in illis, vt non ſolum in eo ſtuperet natura, ſed nullus illi vnquam compar fuerit, nam *ſummè peritus*, & doctus, *memor omnium apicem tenebat*, & ſummam in doctrina: dignitatem, & auctoritatem: *Replebat aures omnium* quum loqueretur, cui tanta in dicendo gratia, tanta in dicendo copia, atque facundia, vt non temerè eius dicta diſſolui potuiſſent, *Hinc tollitur ad ſidera*, & vox cœli, & lingua Chriſti dictus eſt, *Ambroſius baptizat hunc*, & gratias agẽs deo: *intonat Te deum laudamus: Et ſimplicianus monachus*, probatæ ſanctitatis vir, ingenti lætitia *dat illi habitum*, nigrumq́ue cucullum, & *cingulum* ex corio, quibus induit, & præcinxit hunc nouum hominem beatus Ambroſius; *Commemoramus te patrem &c.* ſenſus eſt: *o Auguſtine* quem *commemoramus*. i. in memoriam reducimus, & *colimus* i. veneramur vt patrem eremitarum: *poſcimus te ſis*, ideſt digneris eſſe *ſolatium*. i. conſolatio filijs tuis miſeris, *da pater alme* ſenſus eſt, ò *pater alme*, ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur, quiq́ue ſterilis non exiſtis generationem alijs tribuens, *o fili* non adoptione ſed natura, non genite generatione temporanea, & ceſſabili, ſed æterna, & inceſſabili, & *o ſpiritus ſancte*, qui cum patre; & filio ſimul adoraris, & conglorificaris, *Trinitas* in perſonis, & vnitas in eſſentia, *Da*. i. concede *te iugiter*. i. frequenter, & continuè venerari, ideſt in cultu, & obſeruantia proſequi, & abſte veniam orare, *& Auguſtinum colere*. i. amare, & honorare. Am̃.

Ligna Chriſti dictus eſt D. Aug.

Ambroſius baptizat ſanctum Aug. & Simplicianꝰ dat eidem habitū, cucullum nigrum, et cingulū ex corio.

Eph. c. 3.

Iſa. 66. c.

Hymnus ad veſperas, & ad laudes in feſto Aſcenſionis.

SEquitur expoſitio hymni: *Ieſu noſtra redemptio &c.* qui dicitur ad veſperas, & ad laudes matutinas toto Aſcenſionis tempore, in quo auctor laudat miram Chriſti benignitatem, atque clemẽtiam, & quòd natus pro nobis ſit homo in fine temporum, quòd iuſtus ipſe iniquitates, & crimina ſeruorum portauerit, crudelẽ mortem ſit paſſus pro eis, quòd inferos penetrauerit, & inde captiuos liberans, victor ad cœlos aſcenderit, reuehens hominem ad paradiſi gaudia, & gloriam, vnde corruerat, & tandem enixè orat, vt vultu ſuo nos ſatiet, qui eſt gaudium noſtrum, & futurus præmium. Ait ergo. *Ieſu noſtra redemptio &c.* vt ſit ſenſus, o Chriſte *Ieſu*, qui *es noſtra redemptio*, dediſti enim teipſum vt nos redimeres, Gratis

Iſa. 52. c.

enim

enim venundati fuimus, & ſine argento redemiſti nos, qui cum eſſemus ęgroti, errantes, mortui, & venditi ad ęgrotos veniſti ut medicus, ad errantes, ut uia, ad mortuos ut uita; & ad venditos ut redemptor, & quid eſt redemptor? non niſi reemptor, neque enim emptor Chriſtus ſed redẽptor & reemptor, quia qui emit, alienũ emit: at ipſe nõ emit, ſed redemit, & qui redimit, id propriè redimit, quod ſuum eſt, vel fuit, & ſuum eſſe deſijt, & conſtat quòd humanum genus prius fuit dei, & poſtea illud amiſit in tranſgreſſione pcepti ſui, quare propriè dicitur redemptor humani generis Chriſt⁹ Ieſus non emptor, quia ſanguine ſuo quod ſuum erat, iterum emit retrò emit, recuperauit, non emit. Et licet D. Paulus dicat empti eſtis pretio magno, & D. Ioan. in Apoc. hi ſunt qui empti ſunt de terra, puto tamen quòd intelligant per emptionem reemptionem.

Chriſtus nõ dicitur emptor humani generis ſed reẽptor.

1. Cor. 6. c.

Apo. 14. c.

Et dicitur Chriſtus *Ieſus noſtra redemptio*, quia reuera cum redemptio ſit effectus paſſionis Chriſti, ad ipſum quatenus homo pertinet immediatè eſſe redemptorem, eſtque proprium eius, & licet ipſa redemptio poſſit toti trinitati attribui, ſicut cauſſę primæ cuius erat ſanguis Chriſti, & vita corporalis eius, quę conſiſtit in ſanguine, quam Chriſtus exoluit in pretium redemptionis noſtræ, & ſicut primi actoris, a qua inſpiratum eſt ipſi homini Chriſto, vt pateretur pro nobis, gratia tamen materiæ, quæ eſt ſanguis, vel uita corporalis Chriſti non qualitercunque, ſed paſſioni, & morti expoſita determinat ità ſibi perſonam Chriſti, quòd non aliam, vnde eſſe redemptorem humani generis, eſt proprium Chriſto, quia perſonaliter loquendo, ſola Chriſti perſona, & de ſolius ſuę perſonę pretio redemit genus humanum, non perſona patris, nec ſpiritus s. quamuis ipſe ſoluerit de mandato patris, & totius trinitatis pretium redemptionis noſtræ, ſicut primordialis actoris, hinc ipſe dicebat, & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Et non ſolùm es noſtra redemptio, ſed etiam *amor noſter*; qui efficis in his, quos reples triplicem illam vim (de qua Dionyſ. in lib. de diui. nomin.) uidelicet vim inclinatiuam, eleuatiuam, & coordinatiuam; quia inclinas nos per humilitatem, & noſtri contemptum, eleuas nos inferiores in deſiderium ſupernorum, & coordinas inuicem per conformitatem morum, & vniformitatem, habitare enim facis vnius moris in domo.

Quõ redemptio humani generis attribuatur toti trinitati, & quõ ſoli Chriſto.

Ioan. 14 c.

Ieſus Chriſtus dicitur noſter amor & cur.

Pſalm. 67.

Vbi nota quòd & ſi inter amorem, dilectionem, & charitatem, differentia hæc ponatur, Quia amor dicit ſimplicem inclinationem affectus in amatum, & quandoque etiam dicit paſſionem ſecundum quod eſt in parte ſenſitiua, & ſic amor etiam in irrationabilibus inuenitur. Dilectio præſupponit electionem, vnde tantum rationabi-

Drĩa inter amorem dilectionem et charitatem

lium

lium eſt, charitas ponit quandam violentiam, vel vehementiam dilectionis, inquantum dilectum, vel res dilecta, ſub ineſtimabili pcio habetur ſecundum quod res multi pretij charę dicuntur, tamen quum ad deum hæc transferimus: pro eodem accipiuntur. Dicitur autem deus *amor* noſter, quia amat nos, diligit nos, & dilectos ſub ineſtimabili pretio habet, nam ſi ſic non eſſet, non redemiſſet nos magno pretio (vt ait D. Paulus) quod quidem pretium inuiſibiles aduerſarij cogitauerunt repellere. i. auferre à nobis, dicẽtes illud, Nõ eſt ſalus ipſi in deo eius: Et non ſolum es *amor* noſter, quo amamus ſpiritualia, corporalia contemnentes, ſed *deſiderium*, quo cupimus & deſideramus cæleſtia, & ſitiunt animæ noſtrę ad deum fontẽ viuũ terrena ſpernentes, & venire ad te, qui es amor noſter deſiderabilis, cui amori tanto debeo plusquam meipſum, quanto tu maior es me, pro quo dediſti teipſum, & cui promittis ſeipſum. *Deus creator omnium &c.* ſenſus eſt, non ſolum es o bone Ieſu noſtra redemptio, amor, & deſiderium, ſed *deus omnium creator*, & rerum omnium factor, viſibilium, & inuiſibilium, corporalium, & ſpiritualium, rationabilium, & irrationabilium, viuentium, & non viuẽtium, & ſimul *homo in fine temporum* factus, recepiſti enim &(ut rectius alloquar) aſſumere dignatus es humanam carnem, & fieri hõ in hac vltima, & ſexta mundi ætate, quam finem temporum vocat hymni auctor, quia ei non eſt alia ætas ſucceſſura in præſenti mundi ſtatu, ſed benè ad eam ſequetur conſummatio, & mundi terminus, ac temporum omnium finis, quod erit in die domini, in quo cœli magno impetu tranſient, & ardentes ſoluentur, elementa vero calore ſoluentur, & ignis ardore tabeſcent, terra, & omnia: quæ in ipſa ſunt opera exurentur, & nos nouos cœlos, ideſt meliores effectos, & nouam terram. i. meliorem effectam, & promiſſa ipſius expectamus. In quib⁹ iuſtitia habitat. *Quæ te vicit clementia &c.* ordo verborum eſt, *quæ clementia*. i. pietas, & miſericordia *vicit*, conſtrinxit, vi cepit, *te*, & victoriam habuit ſuper te, *ut ferres*. i. portares, & ſuper te tolleres, *noſtra crimina* i. pœnam pro criminibus noſtris, ſic enim ait Iſaias. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, nõ ſuas, attritus eſt propter ſcelera, non ſua, ſed noſtra & D. Petrus peccata noſtra pertulit (ait) in corpore ſuo ſuper lignum, ideſt pœnam amariſſimam pro peccatis noſtris ſuſtinuit ſuper lignum crucis, in corpore proprio ſuo teněrrimè, & nobiliſſimè complexionato, & ideò ſummè paſſiuo, & maximè doloris perceptiuo, in qua cruce **mortem crudelem** paſſus es, & dolorem uehementiſſimum ita ut poſſit

De⁹ dicitur amor noſter & cur.

1. Cor. 6. c.
Pſalm. 61.
Pſal. 3.
Pſal. 41.

Sexta ętas dicitur finis temporum.

2. Pet. 3. c.

Iſai. 53. c.
1. Pet 2. c.

Mors Chriſti fuit ama

vt poſſit dici quòd inter dolores præſentis vitę, non ſit dolor, ſicut fuit dolor ejus, vnde benè ex perſona Chriſti dicitur, Attendite, et videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus, cuius doloris ſenſibilis cauſſa fuit læſio corporalis, quæ acerbitatem habuit, non ſolum propter generalitatem paſſionis, quia paſſus eſt ſecundum genus, omnem paſſionem humanam, ſed ex genere paſſionis, quia mors confixorum in cruce eſt acerbiſſima, quia configuntur in locis neruoſis, et maximè ſenſibilibus in manibus: et pedibus: et ipſum pondus corporis pendentis, continuè auget dolorem, et cum hoc etiam eſt doloris diuturnitas, quia non ſtatim moriuntur, ſicut hi: qui gladio feriuntur, hinc ſcribit quòd Pilatus mirabatur, quòd ſic citò obijſſet, *vt nos à morte tolleres &c.* ſenſus verborum eſt, ſicut non habuiſti meritum, vt cum latronibus poneteris, ſed cum his iniquis deputari voluiſti, vt tua uirtute iniquitatem deſtrueres, ſic debitum mortis non habuiſti, ſed voluntariè illam ſubire uoluiſti, ut tua virtute vinceres mortem, et nos à morte tolleres, et mortem noſtram duplicem tum corporis, tum animæ, moriendo deſtrueres, vna.n. et ſimpla mors corporalis tua: duabus mortibus noſtris ſaluti fuit (ex D. Auguſtino 4. de Trin.) Et ſi dices ergo mors Chriſti aliquid eſt operata ad ſalutem noſtram? Reſpondeo vtique, et hoc ſiue loquamur de morte ſecundum quod eſt in fieri (eſt autem in fieri quũ aliquis per aliquam paſſionem vel naturalem, vel violentam, tendit in mortem) ſiue loquamur de morte ſecũdum quod eſt in facto eſſe, ideſt ſecundum quod eſt iam facta ſeparatio corporis, et animę, differenter tamen, nam mors Chriſti in fieri operata eſt ſalutem nrãm per modum meriti, et deſtructionem mortis noſtræ, At mors Chriſti in facto eſſe, non eſt operata ſalutem noſtram per modum meriti, (erat enim in corpore mortuo, in quo nullũ erat merendi principium: et meritum principaliter conſiſtit in actu animę, qua carebat corpus, et caro illa iam mortua) ſed bene operata eſt ſalutem p modum efficientiæ, erat enim in illo corpore mortuo principium efficiendi videlicet deitas, quę quod ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſit, cuius virtute quicquid contigit circa carnem Chriſti, et corpus eius etiam mortuum, et affectum priuatione vitæ, fuit nobis ſalutiferum, quo etiam mortuo, ipſa deitas vſa eſt vt organo, et inſtrumento ad cauſſandam, et efficiendam in nobis deſtructionem vtriusque mortis (vt benè notat D. Tho. Aquinas) et ad cauſſandã effluxionem ſacramentorum, quibus formatur eccleſia, ſicut ex latere Adami dormientis formata eſt Eua, ab illo enim vulnere, quod lancea militari fuit illi inflictum poſt mortem (vt narrat D. Ioan.)

ra, crudelis & acerba.

Tren. 1. c.

Marc. 15. c.

Chriſtus debitũ mortis non habuit, ſed uoluntariè illã ſubiit, et quare.

Dubium.

Solutio

Mors Chriſti operata ẽ ad ſalutẽ noſtrã ſiue loquamur de ea ĩ fieri, uel in facto eſſe & quomõ.

Nn &ſi

& ſi non fluxerint ſacramenta, tamquam à cauſſa meritoria, fluxe-runt tamé inde ſpiritualiter, non ſolum propter quandam ſimilitu-dinem expreſſiorem eorum, quę ibi fluxerũt ad ſenſibilia, quæ ſunt in quibuſdam ſacramentis, ſanguis enim ſpecialius aſſimilatur ſpe-ciei, ſub qua eſt ſanguis in euchariſtia, & aqua ſpecialius aſſimila-tur materiæ baptiſmi (ut narrat Scotus) ſed tamquam ab inſtrumẽ-to, inſtrumentum enim deitatis fuit, corpus, & caro Chriſti, etiam mortua, cui ipſa diuinitas inſeparabiliter erat vnita, quo corpore vſa eſt ad cauſſandam, & efficiendam effluxionem ſacramentorum.

Dubiũ, quõ adhuc ſe-uiat in nos mors; cum Chrĩus mor-te ſuâ mortẽ noſtram de-ſtruxit? Solutio

Sed dices, quomodo verum eſt, quòd morte ſua deſtruxerit mor-tem noſtram Chriſtus Ieſus, ſi tanta adhuc libertate ſæuit in mem-bra? ſi adhuc præualet vniuerſis? quis eſt homo qui viuit, & non videbit mortem? Reſpondeo victa planè mors opus diaboli, & pec-cati pœna, victum peccatum cauſſa mortis, victus eſt & ipſe ma-lignus, & peccati auctor, & mortis, nec modo victa ſunt hæc, ſed & iudicata iam, & damnata, diffinita quidem, ſed non promul-gata ſententia, denique iam diabolo eſt ignis paratus & ſi nondum ille pręcipitatus in ignem, modico adhuc tempore ſinitur mali-gnari, poteſt etiam nunc deo permittente tentare homines quan-tum ad animam, & vexare quantum ad corpus, ſed tamen prępa-ratum eſt homini remedium ex paſſione Chriſti, qua ſe poteſt tueri contra hoſtis impugnationem, ne deducatur in interitum mortis æternæ, terit electos ad eorum vtilitatem, qui reprobos conterit in eorum damnationem, qualis ergo paterfamilias, tales & domeſtici, peccatum, videlicet: & mors, nam & peccatum, licet ſimul cum Chriſto cruci ipſius non dubitamus affixum, adhuc tamen interim non regnare quidem, ſed habitare etiam in ipſo apoſtolo dum viue-ret, promittebatur, ſic & mors, minime quidem abeſſe cogitur, ſed cogitur non obeſſe: erit autem, quum dicetur, vbi eſt mors vi-

Pſalm. 88.

1. Cor. 15. c. ctoria tua? & ipſa ſiquidem nouiſſimè inimica deſtruetur nunc au-
Pſal. 126. tem moderante eo: qui imperium habet vitæ, & mortis, mors ipſa
Pſal. 115. dilectis domini, ſomnus refrigerij eſt, & precioſa ſanctis tamquam finis laborum, & victorię conſummatio, tamquam vitę ianua, & perfectæ ſecuritatis ingreſſus. Non igitur deſtruxit mortem, ita ut illam nolit videre, & guſtare ſuos, nam ſi electorum caput turibun-da peruaſit, quid non faciet fidelibus membris eius? ſed deſtruxit eam, vt non obſit, & noceat ijs, qui in Chriſto ſunt, deletur pec-catum in baptiſmo (inquit magiſter ſententiarum in 4.) ſed pœna-litas, cui per peccatum addicti ſumus, non tollitur, nam ſi per ba-ptiſmum à pœna liberarentur homines, ipſam putarẽt baptiſmi pre-

tium,

tium, non vitam æternam, ideo ſoluto reatu peccati, temporalis pœ-
na manet, ut illa vita ſtudioſius quæratur, quæ erit à pœnis omnib'
aliena, ideo etiam manet, ut ſit fideli, & certandi materia, & vin-
cendi occaſio, qui non vinceret, ſi non pugnaret, nec pugnaret ſi
per ſacramenta fieret immortalis. *Inferni clauſtra penetrans &c.* ſen
ſus eſt, & non ſolum crudelem mortem paſſus, liberaſti nos à mor
te, deſtruendo illam morte tua, iuxta minacem illam ſententiam
Oſeę: ò mors, ero mors tua, vel abſorbendo eam in victoria: ideſt *Oſeæ. 13. c.*
propter victorioſam paſſionem, ac reſurrectionem ſuam, iuxta pro-
pheticum ſermonem, qui ſcriptus eſt in Oſea ſecundum transla-
tionem ſeptuaginta interpretum. Sed *inferni clauſtra penetrans*, iu-
xta illud quod in perſona tua in Eccleſiaſtico legitur, penetrabo in- *Eccl. 24. c.*
feriores partes terrę ad loca pœnarum deſcendens, non ad pœnam,
portas æreas conterens, & vectes ferreos confringens, quod non tacuit
Dauid ſanctus de te loquens, & Iſaias in perſona tua, ille enim ait, *Pſalm. 106.*
qui contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit, iſte verò por *Iſa. 45. c.*
tas æreas conteram, & vectes ferreos confringam, morſum inferno
dediſti electos educendo, qui captiui ibi detinebantur, & reprobos
ibidem relinquendo, & tandem *victor* ex mortuis reſurgens, præ-
bens teipſum viuum apoſtolis tuis, & in multis argumentis per dies *Act. 1. c.*
quadraginta apparens eis, *triumpho nobili*, quia cũ iubilatione, quia
cum duabus turmis hominum, & angelorum aſcendens in cœlum, *Quõ ſit in-*
immo & ſuper omnes cœlos, non quod ſis extra, & ſuper conuexum *telligendum*
cœli empyrei, immo intra concauũ eius contineris, ac reſides, dice- *Chriſtum ſu*
ris tñ ſuper illud aſcendiſſe, quã vſque ad ſupremum eius perueniſti, *per oẽs cœ-*
qua felici clauſula totius itinerarij tui, probaſti te ẽẽris, & cœlorum *los aſcẽdiße*
eſſe dominum, qui antea te dominum vniuerſorum, quæ ſunt in ter-
ra, mari, & in inferno eſſe oſtendiſti, vt ſic verè dici poſſet, quòd
in nomine tuo omne genu flecteretur cęleſtium, terreſtrium, & in- *Phil. 2. c.*
fernorum, *& reſidens ad dexteram dei patris*, in qua ſunt delecta- *Pſalm. 15.*
tiones vſque in finem. Et per dexteram ĩtelligit auctor hymni, duo, *Chriſtus re-*
primum æqualitatem maieſtatis, ad quem ſedet ſecundum diuini- *ſidet ad dex*
tatem. & ſuper beatiſſimè, & inuariabiliter conquieſcit, de qua ſan- *terã patris:*
ctus Paulus: Hebr. 8. talem habemus pontificem, qui conſedet ad *& quõ hoc*
dexteram maieſtatis in excelſis, & ſecundum. Potiora bona gratię, *ſit accipien*
& gloriæ, in quibus ſedet, quieſcit, & manet, ſecundum humani- *dum.*
tatem, quã collatum eſt ei à deo quicquid conferri potuit, & licet ab
inſtanti conceptionis acceperit bona gratiæ, & gloriæ in anima, ea-
dem tñ fuerunt in Aſcenſione manifeſtata, & in congruentia loci cõ
pleta, in corpore, & anima ſimul, de quã dextera (ait D. Paulus) quę *Coloſſ. 3. c.*

ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, de quibus duobus, tamquam de duabus dextris, locutus dominus (ait) Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedū tuorum. Vbi notandam quòd illa dictio, *Donec*: ſumatur incluſiuè, non excluſiuè, quemadmodum etiam hoc modo ſumpſit D. Paulus cum ait, Oportet autem illum regnare, donec ponat inimicos ſuos omnes ſub pedibus eius, ideſt ſub ſuæ poteſtatis plenaria ſubiectione. Vnde ſicut Chriſtus non ceſſabit regnare quum fuerint ſibi omnes ſubiecti, ſed ſi interim regnat, certius eſt, quòd poſtmodum regnabit, ſic cum ponentur inimici ſui ſcabellum pedum ſuorum, non ceſſabit ſedere, ſed ſi nunc interim ſedet, certius eſt, quòd poſt modum ſedebit, & verum erit ſedet, æternumque ſedebit, & hanc honorationem, videlicet quòd paternę ſedi ſit iunctus, & in throno patris collocatus, Chriſtus ſecundum humanitatem meruit per ſuæ paſſionis acerbitatem, & abiectionem, iuxta illud, Videmus Ieſum propter paſſionem mortis gloria & honore coronatum; & quia vicit, hinc in Apoc. qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum patre meo in throno ei⁹; non obſtante quòd etiam honorificentia illa: & gloria deberetur humanitati ei⁹, ratione ſuę hypoſtaticæ vnionis cum verbo, ex qua prælatus fuit omni enti creato. Et benè conuenit ei dextera, quia diu fuit in ſiniſtra aduerſitatis, Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis, ait Dauid in perſona eius. Et benè conuenit ei ſedere nunc, quia iam diu laborauit à iuuentute ſua, & in ſeſſione confitemur ipſum regnare, & quieſcere, & iudicem eſſe, ſedere enim iudicantis eſt, quem Stephanus vidit ſtantem, quia in tribulatione, & in agone poſitus, habuit ipſum propugnatorem, adiutorem, & ſuſceptorem, ſtare enim pugnantis eſt, vel adiuuantis. Et ingreſſus tabernaculum peramplius, & perfectius illo, quod in monte optabat D. Petrus, quod erat manofactum, & huius creationis (in quo non ſolum non eſt bonum eſſe, ſed moleſtum, ſed graue, ſed periculoſum, vbi malitiæ plurimum, ſapientię modicum, vbi viſcoſa omnia, omnia lubrica, operta tenebris, obſeſſa laqueis peccatorum, vbi periclitantur animæ, vbi ſpiritus affliguntur ſub ſole, vbi tantum vanitas, & afflictio ſpiritus) non tacet, non eſt effectus mutus, ſed viuus eſt ſemper ad interpellandum pro nobis, & pro his, pro quibus vtiliter laborauit, & non lingua ſolum, & voce loquitur, quod quidam negant (ſunt enim qui putant quòd Chriſtus in cœlo pro nobis oret miſeratione, non voce, at ad heb. ſcriptum eſt, ſempiternum Chriſtus habet ſacerdotium c. 7. Vnde verè aduocatus eſt, & interpellat ſiue voce men-

Pſal 109.
1. Cor. 15. c.
Chriſtus per ſuæ paſſionis acerbitatem in throno patris meruit collocari.
Heb. 12. c.
Apo. 13. c.
Bene conuenit Chriſto dextera.
Pſal. 37.
Pſal. 87.
Matt. 17. c.
Heb. 7. c.

tali faciat, ſiue oris) ſed vulneribus, ſemper enim oſtendit patri pro nobis latus, & vulnera, quo nullus alius aduocatus melior, & felicior, quia tot habet linguas pro nobis loquentes, quot vulnera pro nobis accepit. Et aduertendum quòd quamuis præſentarit ſe ſe ciuibus cæleſtibus, non oportet tamen dicere, quòd ſe nobis abſtulerit, quia & ſi non manet nobiſcum per viſibilem coexiſtentiã humanitatis ſuæ, manet tamen per veram, & realẽ in ſacramento præſentiam, de qua, forſan in D. Matth. Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi, qui, & ſi factus eſt humanitate lóginquior, ineffabili modo cepit eſſe diuinitate præſentior, qua, ſicut nec à patre deſcendendo abſuerat, ſic nec à nobis aſcendendo diſceſſerat, nec diſcedet. *Ipſa te cogat &c.* vt ſit ſenſus, ipſa eadem *pietas*, & clementia, quæ vicit te ferre noſtra crimina, & mortem crucis ſuſtinere, *cogat*, ideſt conſtringat, & vrgeat te, vt *parcendo*, ideſt dimittendo, ignoſcendo, *ſuperes mala noſtra*, quę geſſimus, quæ tũc parcendo ſuperas, quum ea iam commiſſa, tua benignitate dimittis, ſi enim boni viri malunt commemorare ſe (quum perdere poſſent) pepercisse (quàm quum parcere poſſent) perdidiſſe, quanto magis hoc decet Deum, qui omnipotentjam ſuam parcendo maximè, & miſerando manifeſtat? cui proprium eſt mìſereri ſemper, & parcere? qui & ſi viſitet peccata patrum in filios vſque ad tertiam, & quartam gener. facit tamen miſericordiam in milia, his, qui diligunt ipſum (vt dicit ſcriptura) vt ſit miſericordia ſua ſuper omnia opera ei⁹, cui abſit, vt cum Cayno dicamus, maior eſt iniquitas noſtra, quàm vt veniã mereamur, ſed potius maior eſt tua in nos miſeratio, quã peccatorum noſtrorum grauitas, & pondus. *Et uoti compotes &c.* vt verborum ſit ordo, & *nos uoti* .i. deſiderij noſtri, *compotes*, effectos per te, qui deſiderium pauperum exaudis, & præparationem cordis eorum audit auris tua. *Saties uultu tuo*, quo, ſi ſatias, & letificas angelos, quomodo non nos adimplebis lætitia cum vultu tuo, & letificabis nos in gaudio cum vultu tuo? Satiabat omnes vultu ſuo rex pacificus Salomon, de quo legitur, quòd vultum ſuum deſiderabat videre vniuerſa terra, & non explebit omne deſiderium noſtrum viſio vultus tui, de quo Dauid, Satiabor cum apparuerit gloria tua? Faciem tuam non auertiſti ab increpantibus, & conſpuentibus in te, dicit propheta, quomodo auertes eam ab his, qui dicunt oſtende faciem tuam, & ſalui erimus? *Tu eſto noſtrum gaudium &c.* ſenſus eſt, tu qui futurus es pręmium noſtrũ in patria, & in vita alia, quam perpetuam expectamus veluti ſanctorum filij, quamque deus daturus eſt his, qui fidem ſuam numquam mutant ab eo. *Eſto* in pſenti

Nullus aduocatus eſt melior Chriſto.
Chriſtus eſt ſemper nobiſcũ & quõ.
Matt. 28. c.
Exo. 20. c.
Ps. 144.
Gen 4. c.
Pſal 9.
Pſalm. 15.
Pſal. 20
3. Reg. 10. c
Pſalm 16.
Iſa. 50. c.
Pſal. 79.
Tob. 2. c.

ſenti vita, & dum viuimus, *gaudium noſtrum*, ideſt lętitia, ac ſpiritualis iucunditas, gaudium dicit, non lætitiam, non exultationem, vt ſcias, hymni auctorem non corporalia, ſed ſpiritualia quęrere: inter gaudium enim, lætitiam, & exultationem, hęc extat differentia, Nam gaudium affectio animi eſt, alicuius pręſentis boni opinione concepta, & propriè quum exhilaratur animus aliqua re, neque tamen ita ad exteriora diffunditur vltra modum, ut appareat & foris vllum eius inditium, lætitia affectio eſt, qua ita mouetur animus, ut in vultu, & geſtibus lætitiæ ſigna prodantur, exultatio verborum, atque membrorum, licet Cicero differentiam inter gaudium, & lętitiam promens dixerit. quum ratione animus mouetur placidè, atque conſtanter, tum illud gaudium dicitur, quum inaniter, & Effusè exultat, tum illa lętitia geſtiens vel nimia dici poteſt, & legendum eſt in maſculino genere hoc loci (*Futurus*) vt ordinetur ad pronomen relatiuum, quidnon in neutro genere (*Futurum*) vt ordinetur ad præmium, & huius aſſignant bonam rationem quidam, nam participia hæc, factus, & futurus (inquiunt) & conſimilia interiecta duobus nominibus, verbo ſubſtantiuo connexis reſpondere debent, & conuenire priori ſubſtantiuo, vnde non eſt dicendum, aqua eſt factum vinum, ſed aqua eſt facta vinum, & in propoſito, non eſt dicendum tu, qui es futurum pręmium, ſed tu, qui es futurus pręmium, & ſic nos ordinauimus verborum ſenſum. *Sit noſtra in te gloria &c.* vt ſit ſenſus, Et *noſtra gloria ſit ſemper in te*, & per cuncta ſecula, in quo ſolo gloriandum eſt nobis, vt cum fructu dicere poſſit quiſque noſtrum de te, mihi abſit gloriari niſi in te, qui gloria patris es, quod de cruce tua dicebat Diuus Paulus: mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, & quod ſanctus Dauid, qui ait, magna eſt gloria eius, ideſt iuſti hominis, in ſalutari tuo: ideſt Chriſto, qui eum ſaluauit per crucem, & obſtaculum remouit impediens ab ingreſſu regni cælorum, & per Aſcenſionem ſuam, illum quaſi in poſſeſſionem cæleſtis regni introduxit, & quod alibi ait, Gloria mea in deo eſt, quæ ſententia non eſt diſſimilis ab illa, qua monet Diuus Paulus, qui autem gloriatur in domino glorietur, Hoc modo gloriabatur beata virgo, quum ait, & exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo, & Abachuc propheta: Ego inquit in domino gaudebo, & exultabo in deo Ieſu meo. Amen.

Diſcrimen inter gaudium lætitiã, et exultationem.

Gal. 6. c.

Pſal. 20

Pſal. 61.

1. Cor. 10. c.

Lucæ 1. c.

Abac. 3. d.

Hymnus

Hymnus ad matutinum in feſto Aſcenſionis.

SEquitur expoſitio hymni. *Aeterne rex altiſſime &c.* qui dicitur ad matutinale officium tempore Aſcenſionis domini, in quo auctor egregijs præconijs celebrat triumphalem, & glorioſam Chriſti ſuper omnes cœlos Aſcenſionem, & ad dexteram Dei ſeſſionem. Explicat angelorum, cœleſtiumque ſpirituũ admirationem, qua ſtupent, naturę noſtræ humilitatem in Chriſto ſuper omnem cœli militiam, ſuper omnes ordines angelorum, & vltra omnium altitudinum poteſtatem ad Dei patris prouectam eſſe confeſſum, & tandem precatur Chriſtum vt culpis noſtris ignoſcat, gratia ſua ſubleuet corda noſtra ad ſe, & in die iudicij perducat ad ęterna premia, Ait ergo. *Aeterne rex altiſſime &c.* vt ſit iſte verborum ordo, *ò æterne, & altiſsime rex* regum, & domine dominantium, qui non ab hominibus terrenis conſtitutus es rex, & dominus, ſed à Deo (ſic enim ais) ego conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Syon montem ſanctum eius, de cuius conſtitutione in Hieremia, Ecce dies veniunt dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtũ, & regnabit rex, & ſapiens erit, qui benè dicitur rex ęternus, nam regnat in domo Iacob in ęternum, iuxta verbum angelicum ad beatã virginem, cuius regnum non amittitur peccando, ut mundanorũ hominum regnum, nam rectè facit, legitimè imperat, nec à iuſto deflectit, & pacatum regit patrijs virtutibus orbem, & ſcimus, quòd rectè faciendo, regis nomen teneatur; Altiſſimus etiã dicitur, quia reuera ſine eo nil altum mens inchoat. *Redemptor & fidelium &c.* ſenſus eſt, & non ſolum rex ęternus eſt, & altiſſimus, ſed redemptor & reemptor fidelium, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregauit eos: & rectè ait de manu: & non de manibus, nam inimicus iſte diabolus videlicet, & ſi non habeat nunc manum impellentem ſine obſtaculo ad lymbum in pœnam, nec manum attrahentem ita potenter in culpam vt prius. Merito enim ſuo debilitauit hanc Chriſtus Ieſus: & illam penitus amputauit, habet tamẽ manum flagellantem, & tribulantem, miſit in eos (ait ſanctus Dauid) iram indignationis ſuę: indignationem. & iram & tribulationem, immiſſionem per angelos malos, quanuis nec iſtam manum poſſint exercere ad libitũ, quia niſi permittantur, & mittantur nocere non poſſunt, hinc in euangelio dicunt: Mitte nos in gregẽ porcorum. *Quo mors ſoluta deperit &c.* vt ſit ſenſus, *quo* .i. per quẽ redemptorem Chriſtũ *mors ſoluta*.i. deſtructa *deperit*,i. in totũ perijt, & mor-

Pſal 2.
Hier. 24. c.
Chriſtus dicit rex æternus, et quare.
Luc. 1. c.
Chriſtus dicitur Rex altiſsimus, & quare.
Pſalm. 106.
Ps. 77.
Matt. 8. c.

Oſeæ.13 c. & mortua eſt, iuxta illud o mors, ero mors tua, & tunc mors mortua eſt, quando in ligno mortua vita fuit, canit eccleſia ſancta. Poteſt non abſurdè habere hunc ſenſum particula hæc, & ſententia, *quo.i.* per quem *mors deperit*, & mortua eſt, *ſoluta.i.* peracta, & completa ſatisfactione, quæ completa eſt in morte vitæ. i. Chriſti, qui eſt

Ioan.14 c. vita: qui venit vt uitam haberemus, & abundantius haberemus, &

Ioan.10.c. miſſus eſt, vt viuamus per eum. *Datur triumphus gratiæ*, ſenſus eſt,

Ioan.4.c. quo, i. per quem Chriſtum paſſum, & reſurgentem, morte iam ſoluta, extincta, & deſtructa, *datur triumphus gratiæ nobis*: Chriſti enim

Rom 4 c. paſſione liberati ſumus a peccatis, & Chriſti reſurrectione iuſtificati ſumus, S. Paulo dicente: Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationē noſtram: & hoc non contigit nobis no-

Pſal.78. ſtro merito, quia pauperes facti ſumus nimis, nec ex operibus iuſti-

Tit.3.c. tiæ, quæ fecimus nos, ſed benè hic triumphus datur gratiæ, quæ per

Ioan.1.c. Ieſum Chrum facta eſt, qua de inimicis triumphamus: & trium iudicio honoramur, videlicet patris, & filij, & ſpiritus s. ſic enim olim qui triumphabat, triplici iudicio honorabatur, videlicet Senatus, Exercitus, & Populi: *Scandens tribunal dexteræ patris*, ſenſus eſt, ò æterne rex, qui es *ſcandens tribunal dexteræ patris*, cuius conſeſſus

Cōſedere ad dexterā patris Chriſto ſoli propriū eſt. inuius eſt omnibus, non ſolum hominibus, ſed etiam angelis, nam ſicut præcipuum unigeniti. Ponit D. Paulus dicens, ad quem autem angelorum dixit vnquam: ſede à dextris meis? Heb.1. vnde nō mirum ſi hoc eſſe proprium Chriſto colligant ſacri Theologi, maximè ſi ſedere, non ſignificet ſimpliciter eſſe in beatitudine, ſed habere eā cum dominatiua quadam poteſtate, & quaſi propriam, & naturalem & præ cæteris alijs eſſe in excellenti poſſeſſione diuinorum bonorum, ſic enim eſſe in dextera dei ſoli Chriſto conuenit ſecundum naturam humanam aſſumptam, & per tribunal, intelligit locum in alto conſtitutum, vnde vniuerſi audire poſſint, qui & tribuni locus

Nomen tribuni merito cōuenit Chriſto. dicitur, & cui melius tribuni nomen conuenire poteſt, quam Chriſto? qui ex illo eminenti loco militibus ſuis, & plebi, quæ illi ſubiecta eſt, iura, & opem tribuit? nouit, qui expertus eſt, beatus videlicet Stephanus, qui in labore certaminis poſitus, hunc ſtantem vidit, & adiutorem habuit, nam vt iſte in terra, perſequutorum infidelitatem vinceret, pro illo de cœlo illius gratia pugnauit, ſua interceſſione iniuriam prohibuit, & ſui militis commodum tueri viſus eſt, *ſed dices quis eſt iſte* qui aſcendit? Reſpondeat tibi D. Pau-

Dubium. Reſpon. Eph.c.4. lus, qui ad Ephes. ipſe eſt, qui deſcēdit primum in inferiores partes terræ, quis eſt ille, qui audiuit, ſede à dextris meis? quæ natura eſt, cui deus dixit, eſto meæ particeps ſedis? Reſpondeo eſt illa natura

vtique,

vtique, quę audiuit terra es, & in terram ibis, Homo inquam, qui, & ſi prius loco tã humili tenebatur, vt deſcendere nõ poſſet vlterius, nunc autem in Chriſto, vel in Dei filio, ad tam excellentem, & excelſam ſedem eleuatus eſt, vt altius non poſſit aſcendere, qui non ſolum per Chriſti Aſcenſionem paradiſi poſſeſſor firmatus eſt, ſed etiam ſuperna cœlorum in Chriſto penetrauit, ampliora adeptus p Chriſti ineffabilem gratiam, quam per diaboli amiſerat inuidiam, nam quem virulentus inimicus primi habitaculi felicitate deiecit, ſibi concorporatum filius dei ad dexteram patris collocauit, hinc D. Paulus videns Chriſti Aſcenſionem noſtram eſſe prouectionem, nõ mirum ſi in hæc verba prorupit. Cõſedere nos fecit in cæleſtibus in Chriſto, & benè (ait) in Chriſto, quia in nobis metipſis, ſicut nõdum reſuſcitati ſumus, ſed reſurgemus: ſic nondum ſedimus, ſed tempore ſuo ſedebimus: vado (ait) parare vobis locum, qui ibi nũc ſedemus in Chriſto ex hoc ipſo, quòd caput noſtrum, ꝙ eſt Chriſtus, ibi ſedet, qui illuc reuexit hominem, vnde corruit. i. à paradiſi gloria ſaltum faciens maximum, quo tranſiliuit omnes montes, & colles Bethel. i. domus dei, quia omnem cœlorum celſitudinem, & verticem, de quo ſaltu Salomon in perſona ſponſe de ſponſo ſuo; ait. Ecce iſte venit ſaliens in montibus tranſiliens colles, & licet vnꝰ ex pijs patribus plures ſaltus hunc feciſſe oſtendat, ſaltum de cœlo in virginis vterum, ſaltum de vtero in mundum, De mundo ad crucem, de cruce ad ſepulchrum, & de ſepulchro ad cœlum, ſcriptura tamen non niſi de duobus tractat, in quibus omnes alios includit. A ſummo cœlo (ait Dauid ſanctus) egreſſio eius, & occurſus eiꝰ, vſque ad ſummum eius, & ipſe, qui ſaltus hos fecit, Exiui à patre (ait) & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem, in qua conſummata, & completa progreſſione, qua permenſo itinere ſuo domum reuerſus eſt, & ſua ſe in tecta recepit. *Poteſtas omnium collata eſt Ieſu* (ait hymni auctor) *cælitus*. i. à cœlo à Deo patre, collata eſt poteſtas, *quæ non erat humanitus*, ideſt quæ nõ competebat illi ex humanitate, nec ut acciperet ab hominibus, qđ quidem & ipſemet Chriſtus palàm fecit quum poſt reſurrectionem diſcipulis apparens explicauit dicens. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, à deo ſupple, & ante ipſum, non ſine ipſo tamen, per tot ſecula Daniel, qui ait, ecce in nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & dedit ei poteſtatem, honorem, & regnum, & omnes populi (ſiue angelorum ſiue hominum) ſeruient ei, quod etiam & Sanctus Paulus ait. Conſtituit Deus pater, filium, & Chriſtum ſuum ſuper om-

Hõ qui priꝰ deſcenderat in locum infimũ, in Chriſto ad ſupremum eleuatus eſt.

Eph. 2. c.

Ioan. 14 c.

Cant. 2. c.

Chriſtꝰ plures fecit ſaltus.

Pſalm. 18.

Ioan. 16. c.

Poteſtas ſuper oĩa data eſt Chriſto, a deo.

Matt. 28. c.

Dan. 7. c.

Eph. 1. c.

Nomine pedum Chriſti intelligit D. Paulus naturam inferiorem in Chriſto.

Sola Chriſti humanitas pſtantior eſt toto uniuerſo.

nem principatum, poteſtatem, virtutem, & dominationem, & oẽ nomen quod nominatur, non ſolum in hoc ſeculo, ſed & in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius, ideſt inferiori parti eius, & naturæ, quę nomine pedum intelligi poteſt, quo enim ad humanitatem aſſumptam ſublimatus eſt Chriſtus, quo ad habere beatitudinem cum quadam dominatiua poteſtate, & quaſi propriam, & naturalẽ, & quo ad habere iudiciariam poteſtatem ſuper omnẽ creaturam, & quo ad eſſe in potioribus bonis dei ſecundum, quod importat exceſſum aliarum creaturarum (inquit D. Tho 3. parte ſummæ q. 58. ar. 3. & 4) immo ſola humanitas Chriſti propter vnionem ſuam perſonalem cum verbo, præſtantior eſt toto vniuerſo ſimul accepto, cui (& ſi ſecundum conditiones ſuæ naturæ) non debeatur gloria, & honor deitatis, habet tamen, & illam, & illum, ratione perſonæ cui vnitur. Hinc ſubdit hymni auctor. *Vt trina rerum machina &c.* ſenſus eſt, & poteſtas hęc omnium, Ieſu collata à patre, eſt, vt *trina machina condita rerum cæleſtium*, .i. angelorum, *terreſtrium* .i. hominum, & *infernorum* .i. demonum, vt ſe oſtendant eſſe iam ſubdita, flectant genu illi in ſignum ſubiectionis, & reuerentiæ, id quod & D. Paulus intonuit, qui ait propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cęleſtium, terreſtrium, & infernorum, Chriſtus enim cœlum impleuit, mundum redemit, infernum expoliauit, & hominem quem ſuſcepit, inferni raptum faucibus portauit ad cœlum, & alienæ dominationis ſeruum, de captiuitate erutum, duxit ad altiora captiuum, hinc aquilę ſimilis dicitur, & comparatur, cuius innouatam legimus iuuẽtutem. Et hoc nomen licet datum fuerit Chriſto homini ab inſtanti ſuæ conceptionis, poſt reſurrectionem tamen, & in Aſcenſione ſua dicitur datum ſibi, quia tũc manifeſtatum eſt datum ſibi fuiſſe, vt in nomine Ieſu .i. ad reuerentiam Chriſti tãto nomine ſublimati, flecteretur omne genu, ad cuius nutum totius orbis machina ſubdita, obedire tenetur, ſicut in terra Aegypti ad Ioſeph imperiũ, cunctus populus obedire debebat (vt teſtatur Moyſes) *Tremunt videntes angeli &c.* ſenſus verborum eſt, quod quidem *videntes angeli tremunt*, cum timore & reuerentia venerantur Chriſtum triumpho, & nobili pompa ſic aſcendentem, & cœlorum intima, ac ſublimia ingreſſum, & admirantes, interrogando dicunt, Quis eſt iſte, qui venit de Edõ tinctis veſtibus de boſra? & quod in Pſalm. quis eſt iſte rex gloriæ? *verſa uice mortalium &c.* vt ſit ſenſus: *tremunt* .i. ſtupent, *verſa uice* ideſt ex verſa, vel ob verſam, & mutatam *vicem* .i. ſortem, ſtatum, & con-

Philip. 2. c.

Pſal. 102.

Gen. 41. c.

Iſa. 63. c.

Pſal. 23.

& conditionem, *mortalium*.i. hominum, nam qui prius peccati depreſſione nedum, ſed & naturali etiam conditione longè infra eos ſuerant conſtituti, vnde & angelos adorare in reuerentiæ ſignum viſi ſunt aliquando, nunc in Chriſti exaltatione, & ſuper cælos eleuatione, nedum æqualis illis, ſed lóge excellentiores effecti ſunt, & hoc non naturæ dono, ſed munere gratiæ, unde non ſolum ex tunc renuerunt adorari verbis illis, vide ne feceris, conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorũ, teſtimonium habentium Ieſu Chriſti Apoc. 19. Sed ſupra ſe hominem deum adorare ceperunt, cui etiam tempore quo minoratus erat ab eis, miniſtrauerunt, & ſeruitutis officia impenderunt. *Culpat caro &c.* vt ſit verborum ordo, & ſenſus, quòd etiam angeli mirantur, & ſtupent, nam vident quòd & ſi caro fragilis adæ *culpat*.i. culpam induxit, in quo omnes peccauerunt, *caro* tamen Chriſti *purgat* à culpa, quę quanuis veraciter fuerit vera caro, non fuit tamen veraciter caro peccati. Sed ſimilitudinariè, per pœnas enim quas pertulit ſimilis erat carni peccatrici, & ideo Diu. Paulus miſit deus filium ſuum (ait) in ſimilitudinem carnis peccati. ſicque verificatum eſt, quòd ſicut ex carne peccatum, & mors, ortum habuerunt, ſic ex carne purgatio à peccato, & vita, in hoc etiã eſt differentia, quia caro, quæ homo, damnauit: & mortem intulit, at caro dei, quæ deus. i. homo deus (ipſa enim humanitas nõ in ſe, & abſolute, ſed ut deitati vnita, verè deus eſt) ſaluauit, & vitam attulit, & caro dei, quæ deus, ideſt homo deus, regnat, eleuatur, & ſuper omnes eſt, quæ caro, vt hominis caro (non autem vt caro dei) ſubiecta eſt, & ferè infra omnes creaturas per peccatum non ſuum, ſed hominum depreſſa. *Tu eſto noſtrum gaudium &c.* ſenſus eſt Petimus ò Chriſte *qui regis fabricam mundi, Eſto noſtrum gaudium manens*.i. ſtabile, & perpetuum, præditum olympo. i. ornatũ cœlo, ideſt cæleſte, neque enim petimus abſolutè, vt Chriſtus ſit noſtrum gaudium, ſed vt ſit gaudium ſtabile, & cæleſte, eleuatum, ſublimatum, & maximè ſuperpoſitum, quod quidem gaudium ſtabile, & cæleſte eſt vincens mundana gaudia, quę tranſitoria gaudia ſunt, ipſemet vanitates, & ſpiritus afflictationes, quorum extrema, luctus occupat *Hinc te precantes quæſumus &c.* vt ſit ſenſus, & quia gaudium hoc non communicatur peccatoribus, & terrenis affectibus incuruatis, ex hoc oramus te, vt gratia, ac ſuperna pietate tua, *ignoſcas omnibus noſtris culpis*, vt idem ſit ignoſcere, quod veniam dare, excuſatos habere, & ſceleris pœnam prætermittere, & non agnoſcere errorem. *Et corda noſtra ſurſum ſubleues*.i. erigas ad te, vt qui tecum ſurreximus, quę ſurſum ſunt quęramus vbi es tu in dexte-

Homines in Chriſti exaltatione facti ſunt nedum æquales angelis, at longè excelleniores.

Matt. 4.c.

Caro Chriſti nõ fuit caro peccati licet fuerit uera caro.

Rom. 8.c.

Prou. 14.c.

Coloſſ. 3.c.

in dextera dei ſedens, & non quæ ſunt ſuper terram, ideſt carnalia, & terrena quę caduca ſunt, & euanida, quæ ut ſtercora ſpernere deberemus, *vt quum repente &c.* ſenſus eſt, ut *quum* pro quando, *repente*, ideſt ſtatim, præter ſpem, & ex inſperato, repentinus enim erit aduentus domini, hinc diem illam vltimam repentinam appellat Chriſtus, & Diuus Paulus quum dixerint (ait) pax, & tranquillitas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, & non effugiet, *cœperis clarere*, ideſt apparere, *in nube iudicis*, ſicut enim nube ſuſceptus eſt ab oculis diſcipulorum ſuorum, ſic in nube ueniet, videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna, & maieſtate: *Pœnas repellas* à nobis *debitas* pro peccatis noſtris, *&* *reddas coronas perditas*, quas per peccatum perdidimus, ſicque ab auditu illo malo non timebimus. Ite maledicti in ignem ęternum, quin potius audiemus: Vocem illam placidam, Venite benedicti patris mei &c. Alij textus habent loco verbi (repente:) *Rubente*, vt referatur ad nubem, vnde ſecundum hanc lecturam erit ſenſus, *vt quum* pro quando, *ceperis clarere*, ideſt apparere *nube rubente*, ideſt ſplendente, & ſpeciem rutilæ flammæ preſeferente, à rubeo, es &c. *Gloria tibi domine qui ſcandis ſuper ſidera &c.* non ſolum materialia in firmamento rutilantia, & quid magnum eſſet hoc ipſum? Sed ſuper intellectualia ſidera, ideſt ſuper Cherubim, & ſupra agmina alia angelorum omnium, qui in cœlo empireo ſunt, qui aſtra, ſidera, & ſtellæ dicuntur, iuxta illud, Super aſtra cœli exaltabo ſolium meum, de quibus, vbi eras quum me laudarent aſtra matutina? & quod in Apoc. Et cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, vnde Dauid ſanctus, Aſcendit ſuper Cherubim, & volauit, volauit, ſuper pennas ventorum, ideſt citius quam venti, cuius Aſcenſionis pręnuncios & teſtes habuit, vnum ante legem, vt Enoch qui translatus eſſe memoratur, alterum in lege, ut Hælias; qui in cœlum ſubuectus, non ęthereum, ſed aëreum perhibetur, vt veniret poſtmodum, qui nec translatus, nec ſubuectus, aut raptus, cœlum ęthereum ſua propria virtute penetraret. Faxit deus, ut tali nos uita uiuamus, quæ poſſit cœlos ſcandere, ideſt in cœlum glorioſam translationem, vel euolationem promereri, Dico euolationem, non aſcenſionem, non aſſumptionem, nam aſcenſio pertinet ad Chriſtum, quæ fit propria aſcendentis virtute, cuius locus eſt dextera dei, aſſumptio pertinet ad beatam virginem, quæ facta eſt virtute Chriſti aſſumentis, cuius locus eſt ſuper choros angelorum, euolatio pertinet ad ſanctos, quæ fit angelorum miniſterio, quorum locus eſt diſtinctio chororum. Amen.

Lucæ 21. c. *1. Theſſ. 5. c.* *Act. 1. c.* *Lucæ 21. c.* *Pſalm. 111.* *Matt. 25. c.* *Iſai. 14. c.* *Iob. 38. c.* *Apo. 12. c.* *Pſal. 17.*

Prænuncij, ac teſtes Aſcẽſionis domini qui fuerint.

Euolatio in cœlum pertinet ad ſanctos: aſſumptio ad beatam uirginẽ: Aſcenſio ad Chriſtum.

Hymnus ad veſperas in feſto Pentecoſtes.

SEQVITVR expoſitio hymni: *Veni creator &c.* qui dicitur ad veſperas à vigilia Penthecoſtes, & per octauam, in quo auctor facit piam ad ſpiritum ſanctum inuocationem, & petit ab eo ſumma cum reuerentia vt corda, & mentes fidelium ſuorum impleat donis gratię ſupernæ, Explicat varia nomina, quibus in ſacris eloquijs nominatur, & tandem eundem orat, vt lumen gratiæ ſuæ, accendat ſenſibus noſtris, & infundat cordibus amorem ſuum, quo ductore vitemus omne noxium: Ait ergo. *Veni creator ſpiritus &c.* frequens huius dictionis, & verbi repetitio, *Veni* in officio præſentis ſolennitatis, in hymno, in verſu alleluia, & in ſequentia, quo inuitamus ſpiritum ſanctum non imperatiuè, ſed deprecatiuè, & ſumma cum reuerentia incitamus, ut ueniat ad nos, inſinuat affectuoſum animum noſtrum, & Ingens deſiderium, quo huius patris pauperum, huius datoris munerum, huius luminis cordium in nos exoptamus aduentum, cui dicimus *o ſpiritus*, qui es tertia in trinitate perſona à patre, & à filio procedens per modum voluntatis, amor enim es, qui ſecundum voluntatem eſt, qui nedum dei ſpiritus es, ſed ſpiritus ex deo, D. Paulo dicente Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex deo eſt, qui etiam diceris propriè ſpiritus s. tamquam patris, & filij ſanctitas eſſentialis, & conſubſtantialis, non ſumendo cõplexum hoc in vi duarum dictionum, ſed in ui vnius, quo quidem modo ſumitur ut proprium nomen perſonę tertiæ in diuinis, iſta enim eſt prima, & propria appellatio, & vt euidentiorem habens intelligentiam, ſpiritus ſancti naturam demonſtrat, *Creator*, & licet de qualibet diuina perſona nedum poſſit dici creator, ſed quod reuera ſic ſit, auctor tamen hymni dicit de ſpiritu ſancto quòd ſit creator, illique hoc nomen tribuit, vt ex hoc è medio tollat errorem eorum, qui dixerunt ipſum non eſſe dominum, nec deum, ſed ſeruum, ſed miniſtrum, non igitur hymni auctor (ait) voco hunc quem peto ad nos venire ſeruum, non creaturam, ſed creatorem, ac per hoc deum, & dominum, quia ſecundum Diuum Petrum abſolutiſſime pronunciatur deus, non es mentitus homini ait de eo loquutus, ſed deo, & ſecundum Dinum Paulum: dominus autem ſpiritus eſt, & ſecundum Iob ſpiritus domini fecit me, & ſpiraculum omnipotentis viuificauit me, in quem peccare adeò ſacrilegum eſt, vt neque hic, neque in futuro

1. Cor. 2. c.

Cur ſpũs s. dicatã ab auctore hymni creator.

Act. 5. c.

2. Cor. 3. c.

Iob. c. 33

Matt. 12. c.

Matt. 12. c. ſuturo iudicio remittatur iuxta verbum Chriſti. *Veni* igitur ò *ſpiritus creator*, ac per hoc non ſeruus, ſed dominus, non creatura, ſed deus, *veni*, non locum mutando, ſed tuæ pietatis dona infundendo, *Mentes tuorum viſita*, *& imple ſuperna gratia tua pectora noſtra*. i. corda noſtra, & animas noſtras, *quæ tu creaſti*, formaſti, condidiſti, & ſingillatim finxiſti nam licet in omnibus ſis, quia deus, per eſſentiã, Ps. 32. præſentiam, & potentiam non es tamen in omnibus per gratiam, ex quo patet, quòd hymni auctor non petat ſpiritus s. aduentum, & miſſionem viſibilem, ſicut apparuit ſuper Chriſtum in ſpecie colũbæ, & ſuper apoſtolos in linguis igneis, ſed inuiſibilem, qua venit, & mittitur in mentem ad ſanctificandam creaturam, ſicut enim duplex eſt filij miſſio, viſibilis, vt incarnatio, & inuiſibilis, vt cum internè mentem illuminat, ſic duplex eſt miſſio ſpiritus s. viſibilis, quę fit ad demonſtrandam in habitationem alijs, & inuiſibilis, quę fit ad inhabitationem creaturę rationalis, quorum miſſiones, & ſi inſeparabiles ſint, dicitur tamen miſſio filij, quando mens per gratiã illuminatur ad cognoſcendum deum, intellectusque illuſtratur in cognitione, & contemplatione primæ & æternæ veritatis, & dicitur miſſio, & aduentus ſpiritus s. quando affectus, & voluntas accenditur ad amandum deum, & hanc miſſionem, & hunc aduentum petimus, quum dicimus. *Veni mentes tuorum uiſita, & pectora*. i. corda, & animas, voluntatem, affectum, *quæ creaſti, imple gratia ſuperna*, qua poſſint accendi, & inflammari ad deum amandum, & ſuper omnia diligendum, & poni in eſſe ſupranaturali, ac dei formi, & ad promerendum idoneo, acceperunt vtique apoſtoli prius Ioan. 20. c. ſpũm, quum in ſufflando in eos dixit eis Chriſtus Accipite ſpũm s. ſed ſpũm planè fidei: ac intelligentiæ, non feruoris, at hodierna die, acceperunt, quo magis inflammaretͬ affectio, quam illuminaretur ratio, & hunc petimus quum dicimus imple ſuperna gratia, quæ tu creaſti pectora. *Qui paraclitus diceris &c.* hoc loci auctor hymni explicare incipit nomina, quibus in ſacris literis, & caſtis eloquijs Ioan. 14. c. domini, nominatur ſpiritus s. & primo dicit, ipſum dici paraclitũ Ioan. 16. c. de quo Chriſtus rogabo patrem, & alium paraclitũ dabit vobis &c. & iterum. Expedit uobis vt ego vadam, ſi enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos, & per paraclitum intellige, conſolatorẽ, aduocatum, loquentem, intercedentem, oratorem, doctorẽ, intellige arguentem, et conuincentem, cum aũt venerit ille (ait de eo loquens Chrũs) arguet. i. conuincet mundum de peccato ex quo habes quòd ſit arguens, et conuincens, nam quid oremus ſicut oportet neſcimus: ſed ipſe ſpiritus postulat pro nobis (ait D. Paulus) pro Rom. 8. c. errore

Sicut duplex eſt filij miſſio, ſic duplex eſt ſpiritus s. miſsio.

Spũs s. dicitͬ paraclitus: et quid ſit intelligendum per paraclitum.

errore enim delinquentium apud iuſtitiam patris interuenit, et quos
replet exorantes facit, et ad poſtulandũ inflammat, et iſdem ait mi- *Gal 4 c.*
ſit deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantẽ Abba pater: cum
venerit ille (ait Chriſtus) ſpiritus veritatis, docebit vos omnem ve- *Ioan, 16. c*
ritatem: Ex quo habes, quòd ſit aduocatus, intercedens pro nobis,
loquens, et docens: quòd ſit autem conſolator, ipſum paracliti no-
men oſtendit, nam ſicut paraclſis conſolationẽ ſignificat, et gratiam
ſpiritus s. mœſtorum cordiũ conſolatricẽ, ſic paraclitus græcè, lati-
nè idem eſt quòd conſolator, Chrũs enim cum apoſtolis mœſtis, &
lugentibus miſit, poſtquã ab eorum oculis ſublatus, in cœlũ aſcen-
dit, & conſolator triſtibus mittitur, ſecundũ illam eiuſdem domini *Matt. 5. c.*
ſententiam, Beati qui lugent, qm̃ ipſi conſolabuntur, et ipſe con-
ſolationẽ præſtat aĩabus, quæ gaudiũ temporale amittunt, et tunc
conſolationem aĩæ præbet, cum dona ſacramentorũ diſtribuit, et
credo equidem, quòd qui ſpũ reuelante aliquid dicit, magnã lętitiã
ſentiat, Paraclitus pater, et paraclitus maximus: et paraclitus beni *2. Cor. 1. c*
gniſſimus, qui conſolatur nos in oĩ tribulatione noſtra, ait D. Pau- *Pſal. 32.*
lus Qui propè eſt his qui tribulato ſunt corde. Paraclitus filius, qui *Ioan 14. c.*
ſi non eſſet et ipſe conſolator, non vtique diceret, rogabo patrem,
et alium paraclitum dabit vobis, non in eſſentia, ſed in perſona aliũ,
at propriè paraclitus dicitur ſpiritus s. eique appropriatur hoc opus
quod eſt conſolatio, vnde ſicut patri appropriatur potentia, filio ſa- *Appropria*
pientia, ſic ſpiritui ſancto bonitas, clementia, et benignitas, cuius *ti effect⁹ ſpi-*
appropriati effectus ſunt, conſolari, aduocare, loqui, orare, inter- *ritus s. qui*
cedere, interpellare, docere, arguere, et conuincere, ſed vnũ hoc *ſint.*
nota, ꝙ non præſtò ſit hic paraclitus, hic conſolator etc. niſi abeat *Qũo intelli-*
à nobis Chriſtus verba ſua ſunt hęc, expedit vobis, vt ego vadam, *gẽda ſint ea*
nam ſi ego non abiero, paraclitus non veniet ad vos, Ioan. 16. ſed *verba quę*
quid? ita ne inuiſa paraclito præſentia Chr̃i erat, aut contuberniũ *dixit Chr̃us*
dñicę carnis, ſpiritus s. abhorrebat? quę ſicut angelo pręnunciante *ſi ego nõ a-*
cognouimus, ne concipi quidem, niſi eo ſuperueniente potuerit? *biero, para-*
quid eſt ergo, quod ait? Reſpondeo ſenſus eſt, niſi carnis præſen- *clitus nõ ue*
tia veſtris ſubtrahatur aſpectibus, ſpiritualibus gratię plenitudinẽ, *niet ad uos.*
occupata mens non admittit, non recipit animus, non capit affe- *Lucæ 1. c.*
ctus, et ſi hæc ita ſunt, quia ita ſunt, quis phantaſticis illecebris de-
ditus, ſectans lenocinia carnis ſuę, audeat expectare hunc paraclitũ,
hanc conſolationẽ ſupernæ viſitationis, hanc ſpũs uehementis gra-
tiam, quam, nec cum ipſa quidem verbi carne percipere vllate-
nus apoſtoli potuerunt? errat omnino, ſi quis cæleſtem illam dul-
cedinem, huic cineri, Diuinum illud balſamum, huic veneno,
cha-

charismata illa spiritus, miſceri poſſe huiusmodi illecebris arbitra-
2 Cor. 6. c. tur, quę conuentio Chriſti ad Belial? quę pars iuſtitiæ cum iniqui-
tate? spiritui cum carne? igni cum tepiditate? *Donum dei altiſsimi*. i.
diceris donum dei, ideſt munus excellentiſſimũ, & præſtantiſſimum
Spũs s. dicit donũ datũ, et donatum: at non eadẽ ratione. patris, & filij, qui ab eisdem procedis, vt amor, qui primum donum eſt, in quo omnia alia dantur, & in quo omnis gratia donorum conſiſtit, qui non tantum donum es, ſed datum, & donatum, ſed datum, & donatum ex eo tantum diceris, quia de te verificatur datur, vel donatur, quod quidem habet hęc tertia in trinitate perſona ex tempore, Donum autem dicitur, non ex eo tantum quod donatur, ſed ex proprietate, quam habuit ab æterno, vnde & ab ęterno fuit donum, quia ab ęterno proceſſit vt donabilis, & nõ patri, vel filio, ſed nobis tantum, ſicut & nobis tantum datus eſt, ſempiternè enim fuit donum, non quia daretur, ſed quia proceſſit à patre, & filio, eo enim ſpiritus dicitur, quo donum, & eo donum, quo procedens, donum eſt enim patris, & filij, quia ab vtroq; procedit, & quia ab æterno procedit proceſſione ad intra, non ex tempore, ab ęterno proceſſit vt donum, & vt donabile, quare non eo tantum dicitur donum, quia donatur, & datur (vt quidam putant) nam & ante fuit donum, quam donaretur, & iam donum erat antequam eſſet cui donaretur, & daretur, ſempiternè ergo eſt donum ſpiritus s. & ab ęterno proceſſit vt donabilis nobis temporaliter autem datur, & donatur, quia nobis datur, & donatur, qui temporaliter ſumus. Taceant ergo qui dicunt non dari spiritum s. ſed dona ſua tantum, quæ non ſunt ſpiritus s. Nam & ſi dicamus hunc, (qui proceſſione ęterna donum eſt, & proceſſione temporali datum eſt, & donatum) diſtinctum à donis ſuis, tamen non tantum dona ſua dari nobis dicimus, ſed & ipſum ſpiritum s. qui eſt deus, cur autem dubitem dicere, quòd detur spiritus s. cum Chriſt' dicat, rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis? cum D. Paulus dicat Charitas dei diffuſa eſt ĩ cordibus noſtris per ſpiritum s. qui datus eſt nobis? & notiſſimum ſit dominum Ieſum, quum poſt reſurrect. à mortuis aſcendiſſet in cœlum, dediſſe ſpiritum s. quo credentes impleti linguis omnium gentium loquebantur, & non ſemel ſed bis, ſemel in terra propter dilectionem proximi, & iterum de cœlo propter dilectionem dei, quia per ipſum diffunditur charitas in cordibus noſtris, qua deum diligimus, & proximum hinc D. Petrus dextera dei (ait de Chriſto) exaltatus, & promiſſione ſpiritus s. accepta à patre, effudit hoc donum quod videtis, & auditis, & aſcendens in altum, dedit dona hominibus (ait S. Dauid) quę

Taceant qui dicunt nõ dari ſpũm ſanctum ſed tm̃ dona eius.

Ioan. 14. c.
Rom. 5. c.

Quare Chriſtus bis dederit ſpiritũ ſanctum.
Act. 2. c.
Pſal. 67.

dona?

quæ donat ſpiritum s.(ait D. Augúſtinus)qui tale donum dat,qua-
lis ipſe eſt, & non ſolum dedit, dat, ſed & dabit,dicente Chriſto: ſi *Luc. 11. c.*
vos cum ſitis mali noſtis bona data, dare filijs veſtris, quanto ma-
gis pater veſter cæleſtis, dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?o rem *Rom. 8. c.*
verè mirandam, non ſat erat patri pro nobis proprium tradidiſſe fi-
lium eundemq́ue nobis dediſſe, ſic deus dilexit mundum (ait Chri *Ioan. 3. c.*
ſtus)vt filium ſuum vnigenitum daret,filius datus eſt nobis(ait pro- *Iſa. 9. c.*
pheta) dedit, Dat,dabit etiam & ſpiritum,quaſi vel ſpiritus res eſſet
vilis, & homo res eſſet nobilis, & dedit, dat, & dabit, non in ho-
ſtem, & iudicem, ſed vt veniant, nobis oĩa bona pariter cum illo, *Sap.c.7.*
& dedit, dat, & dabit ſine auro, & ſine commutatione, ſat erit, ꝙ
petamus, quæramus, pulſemus, qui petit accipit, qui quęrit inue
nit, & pulſanti aperitur (inquit Chriſtus) petamus ore, quæramus *Luc. 11. c.*
pedibus, pulſemus brachijs, Petamus in iuuenta, quęramus in vi-
rilitate, pulſemus in ſenecta, vt nulla pars noſtri ſit, & nulla ætas,
quę debeat in hoc negotio ceſſare, absq́ue dubio, ſi hæc fecerimus
dabit Deus hoc donum ſuum nobis, quod pecunia non poſſidetur, *Act. 8.c.*
(licet Simon aliter ſenſerit:) *Fons uiuus*. Dicitur fons viuus tertio, *Spũs s.dicit*
vel quia ſeptemplici riuo donorum nobis fluit, quæ dona ſunt ſpi- *fons viuus:*
ritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpi- *& aqua, &*
ritus ſcientiæ, & pietatis, & ſpiritus timoris domini, vel vt ex hoc *aqua viua,*
diſcas, ꝙ in ęſtu ſit temperies, vehemens in nobis plerumq́ue eſt *& cur.*
æſtus concupiſcentiarum irrationabilium, quę ex carne ebulliunt,
aut honoris ambitione, aut appetentia diuitiarũ, quos noxios æſtus
temperat in nobis ſpiritus s. ſuo cęleſti rore, & impetu fluminis, &
aquę viuæ ſuæ, qua refrigerat libidinum incendia, extinguit ardo-
rem opum, & animorum reprimit elationem, vel ideo aqua dicitur
(vt apud D. Ioa in euangelio) non ſolum propter iã dictas cauſſas, *Ioan. 4. &*
& quia ad modum aquę lauat ꝙ eſt ſordidum in anima noſtra, quę *7. c.*
ſordida eſt cum peccatis eſt maculata, humectat, quod in nobis eſt
aridum, & nihil habens humoris ſpiritualis, vt fœcundetur, fiatq́;
anima noſtra ſicut lignum, quód plantatum ſecus decurſus aquarũ, *Pſalm. 1.*
dat fructum in tempore ſuo, ſed vt diſcas, quod ſicut aqua ſcaturit,
& procedit de fonte, ſic ipſe ſpiritus s. procedit à patre, quem ſcri-
ptura vocat fontem aquę viuę, quæ longè diſtat ab aqua ſacramenti, *Hier. 2. c.*
nam aqua ſacramenti viſibilis eſt, hęc inuiſibilis, illa abluit corpus,
& ſignificat quod fit in anima, hac autem aqua, q̃ ſpiritus s eſt, ip-
ſa anima mundatur, & ſaginatur, & ſalit in vitam æternam, qui
viua aqua, viuusq́ue fons dicitur, quia cauſſa, origo, & principiũ
eſt vnà cum patre, & filio omnis vitę, tam naturalis, quam gratię,

& glorię , quem qui habet, verè venam habet ſcaturientem è pecca-
to in iuſtitiam,è damnatione in ſalutem, è morte ad vitam,è terra ad
cœlum , ſed ò cæcitatem noſtram , omni ſtudio ad ciſternas noſtras,
recurrimus, & viuũ illum fontem,in quo ſolo omnia habere poſſu-
Hier. 2. c. mus ,negligimus,Quid tibi in via Aegypti vt bibas aquam turbidã?
Spũs s.dicit Ignis 4. dicitur non materialis , ſed ſpiritualis , & diuinus mentem
ignis et cur. inflammans, & affectum in nobis ad dilectionem dei , & proximi
Luc.12.c accendens , de quo Chriſtus, Ignem veni mittere in terram,& quid
Deut.4.c. volo niſi vt accendatur ? qui etſi peccata conſumit , & diſperdit, vt
ignis materialis ſpinas , deus enim noſter ignis conſumens eſt,tamẽ
Exo. 15 c. cum ſit diuinus , non comburit , ſed illuminat,non combuſſit ignis
Dan.3.c. rubum fragile lignum , non combuſſit ignis corpora trium puerorũ
quibus caminus verſus eſt in rorem , & carbones vere iudicabant tã
quam roſas , & comburet , vel exuret corda ignis hic ſanctiſſimus ,
qui non niſi per amorem ſuauiter ardetur, qui ignis nomine appel-
latur , propter hoc , quod in actibus apoſt. per diuiſionem linguarũ
vt ignis apparuit, qui & inſedit ſuper vnumquenque eorum,& hoc
vt intelligeretur per plures non fuiſſe diuiſum , ſed manſiſſe in ſin-
gulis totum , ſicut ferè ignibus mos eſt, hanc enim naturam habet
ignis accenſus , vt quanti ad eum, quanti ad crinen purpurei ſplẽ-
doris aſpexerint, tantis ſuę lucis viſum impartiat tãtis miniſterium
ſui muneris tribuat, & ipſe nihilominus in ſua integritate perma-
neat . *Charitas*. 5. dicitur,quæ cum duplex ſit creata , & increata , ſi
de increata loquimur,ipſa deus eſt, & deus ipſa . Deus Charitas eſt
1 Ioan.4.c. dicitur in epiſtola Sancti Ioan. at ſi de creata, in donis Dei nihil ma-
ius illa eſt , & nullum eſt iſto dei dono excellentius,ſolum eſt quod
diuidit inter filios regni , & filios perditionis , qua diligimus Deum
propter ſe , & proximum propter Deum , & in Deum , quæ vita ẽ
copulans amantem cum amato, in qua datur Spiritus S.ſed non eſt
Spiritus S. diffunditur benè in cordibus noſtris per Spiritum San-
Rom.5.c. ctum , qui dicitur Charitas propriè, non ſolum quia amor eſt pr̃is,
Spũs s.dicit & filij , ſed quia amantes nos facit, & mentes carnalium in ſui amo-
charitas, & rem permutat , & non ſolum quia naturaliter eos à quibus procedit
cur . coniungit, & ſe vnum cũ eis oſtendit eſſe, ſed quia in nobis id agit,
1.Ioan.4.c. vt in deo maneamus, & ipſe in nobis, quem charitatis vocabulo ꝓ-
priè nũcupamus,non obſtante ꝙ & pater,& filiꝰ vniuerſaliter, & cõ-
muniter ſit charitas : ſicut vnicum dei verbum propriè vocamus ſa-
Spũs s.dicit pientiæ nomine , non obſtante , quod vniuerſaliter,& communiter
ſpũalis un- Spiritus S. & pater ipſe , ſit ſapientia . *Et ſpiritalis unctio* 6. dicit , &
ctio : et cur. recte , nam ſicut oleum naturali pondere ſuperfertur omni liquori ,

ita

ita Spirit⁹ S. in principio, & exordio naſcentis mundi, ferebatur ſu
per aquas, tali nomine appellat hunc patrem pauperum D. Ioan. in 1 *Ioan. 2. c.*
epiſtola ſua vnctionẽ habetis à Sancto, & noſtis omnia, & non ne-
ceſſe habetis, ut aliquis doceat vos, ſed ſicut vnctio docet vos de om
nibus, quia vnctione vnctus legitur fuiſſe dominus præ participib⁹, *Psalm. 44.*
& conſortibus ſuis .i. prę cunctis electis, qui membra ſua ſunt, de
cuius plenitudine omnes accipiunt ad menſuram, ſed ipſi ſoli de-
dit ſpiritum, non ad menſuram hinc in ſpecie totius animalis appa-
ruit ſuper eum, inde Chriſtus dicit, & Meſſias .i. vnctus ſuper quẽ *Ioa. 3. c.*
requieuit ſpiritus, quem vnxit Deus oleo exultationis (.i. plenitudi- *Iſa. 11. c.*
nem gratiæ animam exhilarantis; & plenitudine kariſmatũ in qui-
bus, & ex quibus eſt lętitia) in ſacerdotem, pontificem, regẽ, pro- *Vnctus eſt*
phetam, ac pugilem, vnde ſicut veteres illi reges, ſacerdotes, & pro *Chriſtus, in*
phetæ vngebantur, ita vt oleum externum illud, vel vnctio, à capite *ſacerdotem,*
etiam in barbam, & veſtimenta deflueret: Pſal. 132. ita & ſpiritua- *pontificem,*
lis, cęleſtis, & diuina hęc vnctio Spiritus S. à Chriſto capite defluit, *regem, pro-*
non in barbam tantum, ſed in oram veſtimenti eius .i. non tantum *phetam, &*
in eos: qui de proximo Chriſto adhæſerunt, aut cum ipſo fuerunt, *pugilem.*
ſed in infima membra eius quæque, idque uſque ad finem mundi,
etſi Chriſt⁹ .i. vnctus, & chriſtiani vncti, ſequitur quòd vnctionem
hanc ſpiritualem habeant, per quam nomini ſuo reſpondeant, id ꝙ
D. Ioan. explicauit dicens, & vos vnctionem habetis .i. Spiritum S. *1. Ioan. 2. c.*
qui rectè, *ſpiritalis unctio dicitur*, quia omnes tribulationes munda-
nas ſuaues facit, & iucundas, qua qui vnguntur: non neceſſe ha-
bent, vt aliquis doceat eos, inquit D. Ioan. vbi ſupra cum ſciant om-
nia, non abſolute (nam ſi difficilè cognoſcimus quæ in terra ſunt, *Qui unctio-*
quæ autem ſupra nos, quis inueſtigabit? Sap. 9. & multa ſint quæ *ne ſpiritus ſ.*
ignoraſſe profuerit) Sed quæ ſciri eos conuenit, vel quæ ſcitu ne- *ungunt quo*
ceſſaria ſunt, & ad ſalutem conſequendam, quem ſenſum etiã ha- *ſciant oĩa.*
bent illa verba ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, & *Ioan. 14. c.*
quum venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem, *Ioan. 16. c.*
vt ſit dictum per Synedochen, hinc magiſtrorum optimus appella
tur in ſequentia miſſæ huius feſti S. Spiritus adſit nobis gratia, cui⁹
auctor fuit Robertus quondam franciæ rex doctiſſimus, ad quẽ non
pertinet docere illuminando (ſic enim ſpectat ad filium) ſed ad eũ
pertinet docere inflammando, & diſponendo ad ſuſceptionem illu
minationis filij, nam animalis homo non percipit ea, quæ Dei ſunt *1. Cor. 2. c.*
ideo ſpirit⁹ (cuius eſt nos bonos, & ſpirituales facere) docet nos,
efficiendo doctrinæ capaces, hinc apud D. Ioan. ait ſuggeret vobis *Ioan. 14. c.*
omnia, quęcunque dixero vobis, ò qualis eſt iſte artifex ſpũs, nulla

ad diſcendum mora agitur, in omne, quod voluerit mox vt tetigerit
Enumerat auctor aliquas operationes ſpiritus s. mentem docet, ſolumque tetigiſſe, docuiſſe eſt, nam humanum animum ſubito vt illuſtrat, immutat, abnegat repente quod erat, exhibet repente quod non erat, hoc oleo ſancto reges inunguntur, ſacerdotes ordinantur, doctores declarantur, eccleſiæ ſanctificantur, altaria fundantur, aquæ purgantur demones abiguntur, morbi curantur, hoc oleo ignis charitatis fouetur, hoc doctore, & inhortatore corda fidelium inhortantur ſemper ab bonum, inhortãtur animę vt deo ſe vniant, inhortantur mentes, vt à vitijs, & malis deſiſtant, huius tactu corda exhilarantur, edulcantur, calefiunt, à terrenis transferuntur, & ad cæleſtia vocantur filij, fratres, amici, quos cõpellit inſtigat, ad ſe trahit, & diuino accendit deſiderio, & quia
Quod nam ſit diſcrimẽ inter ſpiritale, et ſpũale. hymni auctor dicit hanc vnctionem eſſe ſpiritalem, non ſpiritualem, cenſui hoc ſilentio non prætereundum, nam licet videantur idem ſignificare ſpiritale, & ſpirituale, magna tamen eſt inter ea differentia, nam Spiritualia ad ſpiritum pertinent generaliter ſiue ad bonum, ſiue ad malum, Spiritalia vero ſunt bona, quæ ſpectant ad ſalutem, & vitam ęternam, hoc vnum curandũ ne *lenticula Saul*
1. Reg. 10. c vngaris, lenticula enim paruum vas eſt (Inquit D. Gregorius) & quid eſt quod lenticula olei vngitur Saul, niſi ad exprimenda futura, quia in fine reprobatur? nam qui vnctus obedire poſtea noluit,
1. Reg. 15. c. à Samuele audit, quia proiecisti ſermonem domini, proiecit te dominus ne ſis rex, veluti enim lenticula olei parum habuit, qui ſpiritualem gratiam proijciendus accepit, curemus igitur vt in vacuum
2. Cor. 6. c hanc dei gratiam non recipiamus: *Tu ſeptiformis munere &c.* ſenſus eſt, tu ò ſancte ſpiritus, qui in te ipſo ſimplex nondum es, ſed
Spiritus s. licet ſit ſimpliciſſimus, & vnus, tamen dĩ ſeptiformis, & cur. ſimpliciſſimus, & vnus, non ſolum in eſſentia, ſubſtãtia, & natura cum patre, & filio, ſed in perſona, neque enim plures perſonę sũt, quę procedunt in diuinis per modum voluntatis, ſed vna tantum, *Munere* tamen, & gratia, & dono multiplex es, non ſecus ac ſol, qui vnicus natura eſt, multiplices tamen operationes efficit in hæc inferiora, quæ vegetat, fouet, illuminat, calefacit, ac viuificat, nõ ſecus ac anima noſtra, quæ in corpore vnica eſt, at effectiua multorum operum ſecundum diuerſas virtutes ſuas, ſic ſpiritus s. vnus eſt in perſona, & ſubſtantia, multiplex in donis, qui tam multiplex
Pſal. 18. inſpiratur filijs hominum, vt non ſit, qui ſe abſcondat à calore ſuo,
Septem ſunt dona ſpũs s. & quæ. ſi quidem conceditur eis ad vſum, ad miraculum, ad ſalutem, ad auxilium, ad ſolatium, & ad feruorem, & *ſeptiformis* eſt etiã propter dona, q̃ de plenitudine tua o dñe s. ſpiritus, accipiuntur, & influunt, quę ſeptem ſunt ſiue ponamus ea diſtincta realiter à virtutibus (vt

tenet

tenet celebrior, & cõior opinio theologorum) ſiue ponamus ea nõ eſſe diſtincta realiter à virtutibus, ſed dici dona, quo deſuper infunduntur, & virtutes, quo ſubiectum ſuum perficiunt, & ad benè agẽdum, & ad promptè ſequendum ſpũs s. inſtinctum (vt quidam alij, & nõ ignobiles doctores tenent) de quibus apud Iſaiam Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ in diligendo, & intellectus in cognoſcendo, ſpũs conſilij in docendo, & fortitudinis in ſuſtinendo, ſpiritus ſcientiæ in conſeruando, & pietatis in compatiendo, & replebit eum ſpiritus timoris domini in reuerendo, quæ ſeptem dona, munera, & gratiæ ſeptiformis ſpiritus apud eũdem prophetam forſan vocantur ſeptem mulieres, quæ apprehenderunt virum vnum, ideſt Chriſtum quem nunquam relinquerunt, ſed ſemper cum eo quieuerunt, & manſerunt, requieſcet ait de eo Iſai. ſuper eũ ſpiritꝰ domini &c. Vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de cœlo, & manentem ſuper eũ, de quo veluti de diuina ſapientia locutus he breus ſapiens ait, ꝙ in ea ſit ſpiritus intelligentię ſanctus vnicus, multiplex, ſubtilis, diſcretus, mobilis, incoinquinatus, in ſolo enim Chriſto verè manſit, ipſius contentus manſione pectoris, & ex eo tẽpore plenitudo ipſius ſe cepit diffundere à capite in barbam, immo vſque ad oram veſtimenti. i. vſque ad infimos credentes, cum quibus non ſemper manet, ſed ad horam diſcedit, quum peccando ipſum contriſtant, & ſi apud credentes quoſdam manſionem habeat in hac vita cum patre, & filio, dicente Chriſto, Et manſionem apud eum faciemus, non tam perfectè tñ ſicut in futura, nunc quidem dilectus mittit manum ſuã per foramen, & vẽter humanę infirmitatis intumuit, vel intremiſcit ad tactum eius, vel tamquam ſibilus auræ tenuis raptum figens oſculum fugit, quod & ſponſa dicit Fuge dilecte mi, aſſimilare capreæ, hinnuloq; ceruorum ſuper montes Bethel, in illa verò beata vita, amicus amicæ plena, & permanente voluptate copulabitur, gaudebit (ait propheta) ſponſus ſuper ſpõſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus. *Dextera Dei tu digitus*, ſequitur auctor, & explicans alia ipſius ſpiritus attributa propria dicit ipſum eſſe digitum dextræ Dei per ſyncopam, vbi per dextram, quæ ſolet dari pignus pacis, & teſtis fidei, vel quia ea damus, non intelligit auctor hymni vltionem Dei, vltricem poteſtatem, duriorem, ac fortiorem percuſſionem eius, & vindictam aſperrimam, de qua Dauid Dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt, ſed intelligit per dextram, gratioſam, & piam defenſionem Dei, virtutem, & aſſiſtentiam eius, ita vt ſit dexter nobis propitiꝰ, bonus, & proſper: cuius dextræ ſpiritus s. digitus eſt, quia reuera per di-

Iſai. 11. c. *Iſai. 4. c.* *Septem dona uocantur ſeptem mulieres.* *Iſa. 11. c.* *Ioan. 1. c.* *Sap. 7. c.* *Pſal. 132.* *Ioan. 14. c.* *Cant. 5. c.* *3. Reg. 19. c.* *Cant. 2. c.* *Iſai. 62. c.* *Spũs s. dicit dexterę dei digitus.* *Quid per dexterã intelligat hymni auctor.* *Pſal. 20.*

per directionem eius vitando mala, & faciendo quæ iuſta, vera, & placita ſunt illi experimur, deum ex parte dextra exiſtentem, ideſt nobis propitium, proſperum, & ad defenſionem noſtram promptiſſimum, retinentem nos contra impulſionem, ſuſtinentem nos contra euerſionem, & ſubleuantem nos contra caſum: de qua dextera (ait Dauid) dextera domini retinens, fecit virtutem, retinēdo me impulſum, dextera domini ſuſtinēs, exaltauit me prius euerſum, Dextera domini ſubleuans, fecit virtutem, ſubleuando me, ne caderem, vel quia iam cecideram, vel intelligit per dexterā dei, filium dei, qui in ſcripturis dicitur dextera & brachiū, ſaluauit ſibi dexteram eius (ait Dauid in Ps. 97.) & brachium ſanctum eius, qui dextera dicitur patris propter operationem, eſt enim virtus per quā pater omnia potenter operatur, & brachium propter fortitudinem, cuius dexterę, & brachij dicitur digitus ipſe Spiritus S. & concinnè quidem, vt ex hoc intelligas Spiritum S. à filio etiam procedere nedum à patre; quia ſicut ex dextera, & brachio procedit digitus, ſic à filio, qui dextera dicitur, & brachium, procedit Spiritus S. qui rectè dicitur digitus dei, vt eius operatoria virtus cum patre, & filio ſignificetur, vnde & D. Paulus ait, hęc omnia operatur vnus, atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis pro vt vult, gratiarum ſupple tu dona, nam & prophetias, quibus vult impartit, & peccata quibus vult dimittit, ſine quo nec donantur, qui dicitur digitus, nam ſicut res corporales digito demonſtrantur, ita per Spiritum S. oculo ſpirituali oſtenduntur res ſpirituales, & licet omnes alię perſonę poſſint dici digiti, alioqui non dixiſſet Dauid, Videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum, ideſt totius trinitatis, & propheta Appendit molem terræ tribus digitis. i. opere trinitatis ſtabiliuit, ſingulariter tamen, & appropriatè Spiritus S. dicitur digitus, quo Chriſtus eijciebat demonia, & Aaron ex puluere terrę eduxit cyniſes in hominibus, & iumentis, quos non potuerunt educere malefici Pharaonis incantationibus ſuis, hinc in euangelio. Si in digito Dei eijcio dæmonia, & quòd per digitum intelligi debeat ſpiritus dei, explicauit D. Matt. qui ait In ſpiritu dei, eijcio dęmonia, quem ſenſum habent etiam maleficorum Pharaonis verba, quum dicunt, digitus dei eſt hic .i. ſpiritus dei, Poterat vtique videri, deo leue fuiſſe eijcere dæmonia, & cyniſes educere, ſiquidem digito hęc eiecit Chriſtus, & digito illos eductos ſcriptura teſtatur, nam quæ minuta ſunt digito noſtro fiunt, & profectò, ſi ad dei poteſtatem id referas, digitulus dei ſat eſt, nedum vt perturbetur Ægyptus, & dæmones eijciantur à corporibus hominum, ſed vt infernus totus conteratur, ſed ſi rem ipſam tamen

Pſal. 117. — *Filius dei dicitur dexteram in ſcripturis, & brachium.* — *1. Cor. 12. c.* — *Pſal 8.* — *Iſa. 40. c.* — *Lucæ 11. c.* — *Matt. 12. c.* — *Exo. 8. c.*

tamen in ſe,& ad homines referas, quis non iudicabit rem grauiſſimam fuiſſe cyniſes è terræ puluere eduxiſſe, & dæmones eieciſſe? res nera tam magna eſt, vt ſicut digitus oſtendit, quod ſpectatum videri volumus, ita hic digitus oſtendat, non niſi deum id facere potuiſſe, Digito ergo dei monſtrante deūm eſſe, cyniſes facti ſunt, & dæmones è corporibus hominum expulſi ſunt. Rectè ergo ſpiritus dei, dicitur digitus dei, nam vltra ea, quæ dicta ſunt, ſicut digito corporali multa, & mira fiunt, ſic digito ſuo ſpirituali facit deus in anima tot veritates donorum, & virtutum, vt nec veſtis Ioſeph neque veſtitus reginæ deauratus, tam variatus fuerit, nec quæ beelſeleel in templo depinxit adeò pulchra videantur, quo legem in tabulis lapideis ſcripſit, & ſcribit ſeipſum deus in tabulis cordis carnalib', ideſt cordibus pijs, ac mollibus, à quibus aufert cor lapideum, & cor durum, quod malè habebit in nouiſſimo. Et aduertendum ꝙ non dicitur dexteræ dei digitus, nec medius, nec anularius, nec auricularius, ſed benè index, & demonſtratorius, quia monſtrat nobis viam, per quam debemus ambulare, non obliquam, ſed rectā hinc ſpiritus rectus dicitur, qui deducit nos in terram rectam, nō vt ſpiritus noſter malus, qui deducit nos in terram peruerſam, ſed benè pollex, quia promittit nobis vitam æternam, quam D. Paulus appellat pollicitationem ſpiritus, ait enim vt pollicitationem ſpiritus accipiamus, ideſt æternam fælicitatem à ſpiritu ſancto repromiſſam, hinc ipſemet appellat ſpiritum ſanctum, ſpiritū promiſſionis, quia promittit vitam æternam, Et hymni auctor dicta ſua continuando appellat ſpiritum ſ. promiſſū patris, ſubdit enim. *Tu rite promiſſum patris*, ſupple etiam diceris, quod verbum accepit hymni auctor à D. Luca, qui in ca. 24. inducit Chriſtum loquentem ad apoſtolos, Sedere in ciuitate donec impleamini virtute ex alto, & ego mittam promiſſum patris mei in vos, & ab eodem: qui ait dominum præcepiſſe diſcipulis, ne diſcederent ab hyeroſolymis, ſed expectarent promiſſionem patris, & promiſſum patris dicitur, quia promiſit dñs illum diſcipulis à patre mittendū eſſe in illos nō poſt multos dies ab aſcenſione ſua ad cœlos. *Sermone ditans guttura*, ſenſus eſt, quod quidem promiſſum cum venerit, erit *ditans*. i. diuites faciet, *guttura*. i instrumenta loquendi, os videlicet & linguam apoſtolorum, & electorum Chriſti, *ſermone*, nam inter multiplicitatē donorum habet hoc, quod eſt ſcientia vocis, hinc Paulus alij per ſpiritum datur ſermo ſcientiæ, cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij. hinc in linguis igneis apparuit, vel datus eſt ſpiritus ſ. in linguis, quia dedit eis facundiam, vt non vna tantum lingua, ſed linguis.

Gen. 37. c.
Pſalm. 44.
Exo. 36. c.
2 Cor. 3. c.
Eze. 11. & 36. c.
Eccl. 3. c.
Pſal. 50.
Pſal 142.
Gal. 3. c.
Eph. 1. c.
Spirit' ſ. dicitur promiſſum patris & cur.
Act. 1. c.
Sap. 1. c.
1. Cor. 12. c.
Lucæ 21. c.
Datus eſt ſpi.

ritus ſ. in lin linguis varijs loquerentur, vt idonei efficerentur fidelium eruditio-
guis igne is. ne populorum, & ad ſignandum ſuæ virtutis effectum, quod diuer
& cur. ſarum linguarum ſermonem in diſcipulis adunaret, & in ipſis lin-
guas omnes vniret, in igne, qui lucet, & ardet, quia dedit eis lu-
cidam ſapientiam, & ardentem, atque feruentem conſtantiã, hinc
de cęnaculo, non ſecus ac apes de aluario exeuntes, & erumpentes,
templum ingreſſi loquebantur cum fiducia verbum dei, & magna-
lia dei cum ſtupore, & admiratione omnium, illos audientium, &
dicebant magna auctoritate, & conſtantia, ſi iuſtum eſt uos potius
Act. 4. c. audire, quàm deum iudicare, nõ enim poſſumus quę audiuimus, &
Matt. 26. c. vidimus non loqui, & qui prius negauit deum ad ancillæ vocem,
Mar. 14. c. conſtanter confitetur Ieſum coràm principibus, & tandem Nero-
ne. Et qui reiecta ſyndone fugerat nudus, nec feruentis olei expa-
uit dolium, nec longum exhorruit, vel dirum exilium, & qui reli-
cto eo fugerunt, ibant poſtmodũ gaudẽtes à conſpectu concilij &c.
Act. 5. c. quorum feruenti ignea, & ardenti prædicatione, duo primitiarum
Leuit. 23. c. panes illi myſtici, de quibus in Leuit. iudeorum videlicet, & gen
tium populus, oblati ſunt domino, & ceperunt offerri in obſequiũ
fidei, & vocati ſunt in adoptionem gratiæ, ſub vna fide Chriſti, vnde
mirum videbatur ijs, qui ex circuncisione erant, quòd & in natio-
Act. 10. c. nes gratia dei effunderetur. *Accende lumen ſenſibus &c.* ſenſus eſt,
1. Cor. 12. c. & quia tu es omnium donorum largitor, & collator, hinc D. Pau-
lus ait diuiſiones verò gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus ſ. ſup-
plicem tibi porrigentes petitionem, oramus vt *ſenſibus noſtris accen*
Pſal. 35. *das lumen* gratię tuę, ut in lumine tuo uideant lumen, ideſt patrem
luminum, & lumen de lumine filium, & petimus hoc, nedum pro
ſenſibus exterioribus, & præſertim pro ſenſu oculorum, qui auer-
Pſalm. 118. tendi ſunt, ne videant vanitatem, quique claudendi ſunt, ne per
eos intret mors, ſed pro ſenſibus interioribus, & præſertim pro lu-
cerna, & oculo totius cordis, qui eſt intellectus, cui petimus, im-
mittas lumen ſapientiæ, quo cognoſcamus deum, & benè iudice-
mus de eo, quòd ſit ſummum, & incomparabile bonum, quo ſolo
fruendum, cui ſoli finaliter inhærendum, & in quo ſolo iucundi-
tas noſtra, & de creaturis, quòd in ſe, non ſolum ſint uanæ, ſed uni-
Pſal. 38. uerſa uanitas, & quod ad creatorem ſint ordinandæ, nec ſolũ hoc
petimus, ſed etiam ut *infundas, amorem*, uel amoris tui ignẽ in *cor-*
dibus noſtris, quo uoluntates noſtrę (ſignante per corda) inflãma-
1. Ioan. 4. c tę, deum ſuper omnia diligant, & propter ſe, quia prior dilexit nos,
Matt. 22. c. & propter beneficia ab eo nobis collata, ne ingrati uideamur, & tã-
dem diligant proximum, in quibus duobus mandatis uniuerſa lex
pendet,

pendet, & prophetę, *Infirma noſtri corporis &c.* ſenſus eſt, petimus
etiam, vt digneris firmare, roborare, *virtute perpeti*, non *perpetim*
(vt legunt quidam) ideſt perpetua, ac iugi fortitudine, *infirma cor-*
poris noſtri, vt illis vincamus potius, quàm vincamur, & fortes fa-
cti in bello obturemus ora leonum, extinguamus impetum ignis,
in fugam conuertamus aciem gladij, ita ut neceſſe habeāt dicere ad- *Heb. 11. c.*
uerſarij, vhe nobis quia inimici accincti ſunt robore, neque enim *1. Reg. 2. c.*
phas eſt debilia domino deo immolari, maledictus prędicatur, qui *Deut 15. c.*
votum faciens immolat debile domino, iam enim per prophetam, *Malac. 1. c.*
promiſiſti, Quod infirmum fuerat conſolidabo, quare *firma uirtute* *Ezec. 34. c.*
perpeti. i. perpetua tua, *infirma corporis noſtri*, Et puto quòd per in-
firma corporis intelligere debeamus carnem, quæ corporis noſtri *Quod ſit in-*
pars debilior eſt, & infirmior, quam non ſecus, ac Euam, primò *telligendum*
aggreditur Satanas, ut ſi fortè per eam aliquatenus pręualeat, fiducia *per infirma*
ſius poſtmodum ad pulſandam, vel potius ſubuertendam alteram, *corporis.*
quæ ratio eſt, & ſpûs, q̄ pars robuſtior eſt, accedat, *Hoſtē repellas etc.*
vt ſit ſenſus, oramus etiam, ac petimus humili ſupplicatione, vt lō-
gè à nobis *repellas* i. arceas, reijcias, *hoſtem* inuiſibilem .i. dęmo- *1. Pet. 5. c.*
nem, qui tamquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret, qui
hoſtis dicitur per anthonomaſiam, quia ipſe ſupra cęteros ſalutis no *Dęmon dici-*
ſtræ hoſtes, nam ſicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ſic ipſe *tur hoſtis no-*
ęternam animę noſtræ perditionem quærit, ſitit, ac machinatur, *ſter per an-*
Poſſumus, & per hoſtem intelligere etiam viſibilem hoſtem, & pa *thonomaſiā*
cem in finibus noſtris, exteriorem turbantem, quo expulſo, atq; re-
iecto: *protinus* .i. mox, ſtatim, & ſubito *pacem dones*, & tempora
tranquilla in omni pietate, & charitate. At ſi per hoſtem non viſibi-
lem, ſed inuiſibilem intelligamus, per pacem, quam protinus do-
nari nobis petimus, debemus intelligere pacem mentis, & quietē,
& tranquillitatem pectoris, ac cordis in deo, qua mens ipſa repau-
ſat in omni perturbatione externa, & patienter ſuſtinens, iactat co- *Pſal. 54.*
gitatum ſuum in domino, & de eius eſt uoluntate contenta, *Ducto-*
re ſic te præuio &c. vt ſit ſenſus, *& ſic te præuio ductore*, qui præcū-
do viam nobis monſtras, & miſericorditer dirigis, *uitemus omne*
noxium, ideſt cuncta peccata, quæ, & animæ, & corpori nocentia
ſunt, quæ cum regnant, mortale iam nocumentum intulerunt,
vnde non mirum ſi Dauid petit, Greſſus meos dirige ſecundum elo *Pſal. 118.*
quium tuum, vt non dominetur mei omnis iniuſtitia. *Per te ſcia-*
mus da patrem &c. vt ſit ſenſus, *Da*, ideſt o ſancte ſpiritus conce-
de *per te*, ideſt tua gratia, & clara illuminatione, *ſciamus*, ideſt fide
cognoſcamus *patrem*, fontem totius trinitatis, & omnium diuina-

Qq rum

rum perſonarum primarium, principium, quem tantum deum eſſe, & creatorem cognoſcimus, & non plenè, atque perfectè, ſed obſcurè ex creaturis, & per ea quæ facta ſunt, quæ clamant, ipſe fecit nos, & non ipſi nos, Et da, vt non ſpeculatiuè tantum illũ cognoſcamus, ſed practicè, ita vt ad cognitionem ſequatur honor, & timor, ne querula voce de nobis dicat, quod olim, Et ſi ego ſum pa-

Malac. 1. c. ter, vbi eſt honor meus? Et ſi ego ſum dominus vbi eſt timor meus à *Noſcamus atque filium*; cuius cognitio, perfectam confert patris co-

Matt. 11. c. gnitionem, ipſo dicente: Nemo nouit patrem, niſi filius, aut cui voluerit filius reuelare, in quorum cognitione vita æterna conſiſtit,

Ioan. 17. c. Chriſto dicente: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Certè per naturam cogno-

Per naturã cognoſcitur Deus cũ mille errorib⁹, & per legẽ cum mille figuris, et umbris.

ſcitur deus, certè per legem etiam, at per naturam cognoſcitur cum mille erroribus, & per legem cum mille figuris, & vmbris, docuerunt philoſophi deum, ſed vide, quam fallaciter? Docuit lex, ſed vide, quam figuratè? qui igitur certè, & apertè reuelat, ſolus filius eſt, quod & ſi hoc petimus à ſpiritu ſancto, aduertendum quòd ſpiritus nihil aliud doceat, quam quòd filius reuelauerit, Suggeret vobis omnia (ait de eo Chriſtus. Ioan. 14.) quæcunque dixero vobis, de meo accipiet, & annunciabit vobis, non enim loquetur à ſeipſo, ſed quæcunque audiet, loquetur. *Te utriuſque ſpiritum &c.* ſenſus

Spũs. s. nil aliud docet, quã quod filius reuelauerit.

eſt, & quia per te cognouimus patrem, nouimus, & filium, nouimus etiam patrem, & filium habere nexum, vnitatem, & amplexum, & ſe diligere, amoreque ab eis procedente, qui nec pater ẽ, nec filius, conſequens eſt, vt fide illis cognitis, *credamus etiam te om-*

Ioan. 6. c. *ni tempore*, quo peregrinamur à domino, eſſe *utriuſque*. i. patris, & filij, *ſpiritum*. i. nexum, ineffabilemque complexum, non genitũ, ſed genitoris, & geniti ſuauitatem ex ipſis procedentem, qui ingẽti largitate profundis omnes creaturas pro captu earum: & bene addidit hymni auctor omni tempore, quo videlicet peregrinamur à domino, nos credere hoc ipſum videlicet ſpiritum ex patre, & filio

In patria nõ erit fides: ſed uiſio.

procedere, quia poſt hanc vitam in ciuitate illa domini virtutum, & dei noſtri, non erit fides, ſed viſio, in quo verificabitur ꝙ Dauid (ait) ſicut audiuimus, & credimus, ita & vidimus. *Gloria patri do-*

Pſalm. 47. *mino &c.* Hoc loco notandum omnes pſalmos, & hymnos conclu-

Quare inſine pſalmorũ et hymnorũ fiat commemoratio non

di ita, vt laus, & gloria non vni perſonæ in trinitate detur, ſed omnibus tribus, nam reuera, & ſi perſonis deſtinguantur, vna tamen omnium trium eſt eſſentia, natura, & maieſtas, ac per hoc vna omnium laus, vnus honor, & gloria par, qui enim vnam in diuinis perſonam honorat, glorificat, laudat, & alias ab eodem honore,

glozia,

gloria, laudē nō excludit; hinc filius ait (Io. 5.) qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui miſit illum, & ſic honorificari debet filius, ſicut honorificatur pater, & ſic ſpiritus s. ſicut honorificantur pater, & filius, à quibus procedit; non natura diſtinctos & ſubſtantia, ſed perſona., vnde ſicut patrem credimus, & confitemur verum eſſe deū, & dominum, increatum, immenſum &c.& vt talem ipſum diligimus, timemus, & obſeruamus ſic (ſi ſaluari volumus) nihil detrahamus, nihil minuamus filio de vniuerſo honore patris, nec illi faciamus hanc iniuriam (id quod abſque rubore fecerunt hæretici) vt dicamus filium non eſſe æqualem patri, ſed quòd de patre credimus, & confitemur, hoc etiam de filio, credēdum eſt, & confitendum. & quod de patre, & filio, hoc etiam dicendum de ſpiritu s. ab vtriſque procedente, omnibus enim, & ſingulis par honor, æqualis gloria, ſimiliſque laus debetur, per infinita ſeculorum ſecula. Amen. *unius perſonæ tãtum in trinitate ſed omnium.* *Ioa. 5. c.*

Hymnus ad matutinum in feſto Penthecoſtes.

SEQVITVR expoſitio hymni: *Iam Chriſtus aſtra aſcenderat &c.* qui dicitur ad Matutinum nocturnum in ſolēnitate Penthecoſtes, in quo auctor refert myſteria miſſionis Spiritus S. & ſacramenta: & ſancta tempora illius ſolennitatis, apoſtolorum in varijs linguis prædicationem, & Spiritus S. (iuxta Iohelis vaticinium, & teſtimoniū, quòd D. Petrus enucleat in act. apoſtolorum) effuſionē, ex illo enim loco ſumptus eſt hymn⁹ iſte, qui totus hiſtoricus eſt, Ait ergo: *Iam Chriſtus aſtra aſcenderat &c.* ordo verborū eſt: *iam*.i. in die illo celeberrimo Penthecoſtes, qui à Chriſti reſurrectione quinquageſimus dies eſt, hinc à penthe quod eſt quinq;, & coſtes quod eſt decē cōponitur, quia quinquies decē dies ſunt à reſurrectione domini vſq; ad Penthecoſtem, vtroque diē incluſo *Chriſtus aſtra aſcenderat*, & benè (ait) *aſcenderat*, per decem enī dies ante hunc diē aſcenderat Chriſtus in cœlum: *regreſſus*, videlicet ad patrem, *unde uenerat* .i. deſcenderat, iuxta illud, quod ipſemet dixerat, Exiui à patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundū, & vado ad patrem, inde *daturus*.i. miſſurus, donaturus, ac largiturus apoſtolis Spirit⁹ S. quem nedum hymni auctor, *promiſſum munere*.i. gratia, donoq; *patris*, appellat, ſed et Chriſtus ipſe, promiſſum patris, vel promiſſionē patris, ineffabiliter ex alto expectandā, rogabo patrē (ait Chriſt⁹) & alium paraclitū dabit vobis, quē mittet pater in nomine meo, & quem ego mittam vobis à patre *Act. 2. c.* *Vnde dicat hoc nomen pentecoſtes.* Ioan. 16. c *Luc. 24. c.* *Act. 1. c.* *Ioan. 14. c.* Ioan. 15 c.

patre Aliqui legunt *promiſſa patris munerà &c.* vt ſit ſenſus, inde *daturum ſpiritum s.* & per conſequens cum eo, *promiſſa munera.* i. dona *patris,* quæ ideo patris dñr, quia ſicut ipſe procedens à patre, patris dicit, ſic & munera eius, iuxta illud, Dans eſſe, dat conſequentia ad eſſe, & cuius eſt eſſe, eius eſt etiam qđ conſequitur ad eſſe. *Solennis*

Feſtum penthecoſtes apud iudæos erat celebre.

urgebat dies &c. ſenſus eſt, *urgebat.* i. imminebat, inſtabat *iam dies ſolennis:* videlicet pẽthecoſtes, qui dicitur ſolennis, & celebris fuit apud Hebręos, quia conſuetum erat, & ſic vſu receptum eſt, ut quot annis celebrari ſolenniter ſoleret, qui dies, *myſtico ſeptẽplici:* .i. ſeptenario numero figurato, *orbe reuoluto ſepties:* i. circulatione dierum Hebdomadę reuoluta, ac repetita ſeptẽ vicibus (Septem.n. hebdomadæ ſunt à paſcha vſque ad penthecoſtem, & tot eſſe numerant in ſcriptura) *ſignat.* i. inſinuat, figurat, & ſignificat *beata illa tẽpora,* tum legis datę quinquageſimo die poſt exitum filiorum yſrael ex Aegypto. Tum anni iubilei iudeorum, qui anno quinquaſimo ſingulo ſemper celebrabatur, & ex diuina ordinatione iuſſus obſeruabatur, & tandem quietis perpetuę in cœlo, quæ omnia, & preſertim legis datio, & iubilei anni, qui requietionis, gaudij, lętitiæ, & remiſſionis annus eſt, ſignificabant, & figura erant, & imago, miſſionis ſpiritus s. & promulgationis legis euangelicę in hoc beato tempore fiendæ, in quo verum iubileum accepimus, ideſt rei, & captiui abſoluuntur, debita demittuntur, poſſeſſiones gratis reſtituuntur, exules in patriam reuocantur, hæreditas amiſſa redditur, ſerui à ſeruitutis iugo liberantur, & libertati donantur, & peccatorum fit remiſſio, qui ſpiritus s. ideo quinquageſimo die, à paſcha miſſus eſt, vt oſtendatur, quoniam à ſpiritu s. eſt legis perfectio, & peccatorum remiſſio. Legis perfectio, quia à quinquageſima die à die agni immolati, & exitus filiorum yſrael de Aegypto, data eſt lex in igne, & in nouo teſtamento quinquageſima die à paſcha Chriſti deſcendit ſpiritus ſanctus in igne, lex in monte Synai, Spiritus in monte Syon: lex in ſublimi montis loco, ſpiritus in cænaculo. Eſt etiam ab eodem peccatorum remiſſio, quia ſicut indulgentia fiebat in anno iubileo iudæorum, qui quinquageſimo anno ſemper celebrabatur, & iſdem annus remiſſioni ſeruiebat, ſic in ſpirituali iubileo, indulgentia fit, & remiſſio peccatorum per ſpiritum s. datum quinquageſimo die à paſcha Chriſti. Et ſcias quòd licet annus iubileus diuina inſtitutione fuerit iuſſus in ſcriptura veteri, tamen (quidam ferunt) initium habuiſſe pro remiſſione captiuorum, à victoria Abrahę, quam habuit contra illos quinque reges, quorum mentio fit in Gen. & tunc conſtitutus eſt annus quinqua-

Leuit. 23. c.

Exo. 19. c.

Figura miſſionis ſpiritꝰ s. Quæ fuerint in ueteri teſtamento.

Leuit. 25. c.

Spũs s. quinquageſimo die a paſcha miſſus eſt cur.

Vnde habuerit initiũ annus iubilei.

Leuit. 25. c.

Gen. 14. c.

qua-

quageſimus,vel quia tunc Loth,qui liberatus eſt per Abrahã,& ver naculos eius,erat qinquaginta annorũ, vel quia tunc erat quinquageſimus annus, ex quo dñs deus locutus fuerat Abrahæ in via, vel ex quo egreſſus eſt de Aran. Poteſt habere etiã ſenſum hunc verſus ſecundus huius hymni, *ſolennis urgebat*.i.imminebat iam dies põthecoſtes quinquageſimus. Dum cõplerẽtur enim dies pẽthecoſtes (ait D. Lucas) & inchoarentur dies penthecoſtes, ideſt ſolennitatis illius ſeptẽ diebus alijs protelandę, Nomen.n. penthecoſtes æquiuocum eſt ad quinquagenam, & ad ſolennitatem ſeptẽ diebus protelatam, qui ſolennis dies dicitur, *quo* videlicet die *myſtico*, ideſt figurato,ſacraq; ſignificãte myſteria, *& ſeptemplici* i.ſeptem vicibus replicato, Nomẽ.n. numerale eſt ſeptemplex:& ſignificat,id quod in ſeptem partes diuiſum eſt, *orbis uolutus ſepties*. i. circulatio dierum ſeptem hebdomadæ, vel ſeptimanæ (ſeptenarius eñ numerus à ſeptem dictus ſummam vniuerſitatis ſignat, ſeptem enim diebus oẽ vitæ noſtræ tempus voluił) conſumatur,finitur, atque complet, reuoluta.i. replicata,ac repetita ſepties, aduerbium numeri eſt ſepties, & tm̃ valet, ac ſi dicamus ſeptem vicibus à ſeptem,*ſignat beata*.i. ſacrata, *tempora* feſti penthecoſtes, vel legis datę(vt dictum eſt) quinquageſimo die poſt exitum filiorũ yſrael ex Aegypto,& immolationem agni, vel anni iubilei, qui apud Iudęos anno quinquageſimo ſemper celebrabatur, vel quietis perpetuæ ĩ cœlo in anno quietionis,gaudij,& lætitię, quę erit poſt ſeptẽ dies, quibus oẽ vitæ noſtrę tempus voluił,finitur,atque cõpletur, qñ dicet ſpũs electis dei, vt requieſcant à laboribus ſuis.O felices qui venient ad finem huius quinquageſimę,& anni iubilei, & requietionis,tẽpus illud celebrabunt in ſpiritus deuotione,& alleluia ſolenni, ſed non venient, niſi qui prius quadrageſimæ tẽpus in hac vita celebrauerint, in cõpunctione cordis, & lamentis pænitentiæ.*Dũ hora cunctis tertia &c.* ſenſus,& verborũ ordo eſt. *Dum*, pro qñ,*mundus*. Et ſumił hic mũdus, non pro vniuerſitate creaturarũ, ex quatuor elementis idẽpticis conſtante,non pro eleganti illa, ornataq; totius vniuerſi machina, quã Plin.& Cic. cẽſent, regi nuĩe deorũ, eamq; eſſe quaſi cõem vrbem, & ciuitatẽ hoĩum, atq; deorũ, non pro ſuperiori, & digniori parte mundi,q̃ dicitur firmamentũ, ꝙ pręcipuè purum eſt, & mundum, nihil hñs terrenæ fæcis, & grauitatis, & de quo dicił, quòd præcipuè ſit ĩ motu,nec pro amatoribus mundi, de quo apud D. Ioan. & mundus eum non cognouit, ſed ſumitur hoc loci mundus pro homine, qui non ſolũ huius mundi vniuerſalis pars eſt,ſed & ipſe microcoſmus dł,à micron ꝙ eſt minor, vel breuis,& coſmus,mundus ideſt

Act. 2.c.

Nomen pẽthecoſtes æquiuocũ eſt.

Quid ſignificet ſeptemplex.

Apo. 14.c.

Quot modis ſumatur mũdus.

Ioan. 1. c.

Homo dicił minor mundus et cur.

ideſt minor, & breuis mundus, minor dicitur, quia non conſtat integraliter ex quatuor elementis (vt maior mundus) mundus dicitur, propter expreſſam ſimilitudinem, quam habet cum maiori mundo, vt ſit ſenſus, *dum* pro quando, *mundus*, non magnus, & maior, ſed minor, & breuis. i. homo, *intonat*. i. inſinuat, & nunciat, *cunctis, hora tertia repente*. i. ſubito *aduenisse deum*. i. Spiritum Sanctum, qui deus eſt, *apoſtolis orantibus*, ideſt ſuper apoſtolos orantes, & benè (ait) *orantibus apoſtolis*, vt oſtendat ipſos non eſſe congregatos ad voluptuosè conueſcendum in cænaculo, ſed ad orandum aſſiduè, Hi omnes erant orantes vel perſeuerantes (ait D. Lucas) vnanimiter in oratione, & obſecratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu, & fratribus eius. Orantibus ſiquidē, & congregatis ſicut in vno loco, ita & eodem animo, & vnanimiter conuerſantibus, nō diſſidioſis, aut diſcordantibus, immittitur Spiritus S. Sunt qui per mundum intelligunt curſum naturæ, temporis ordinem, & genus hominum, voluntque verba huius verſus, hunc ſenſum habere, *dum mundus*. i. genus hominum, vel temporum curſus, & naturæ, *intonat*, deſignat *cunctis* incolentibus terram *ſubito*, *& nunciat hora tertia deum uenisse &c.* ſed puto ꝙ (horum pace dixerim) lectio, & expoſitio prima ſit melior. Puto etiam ꝙ non abſurda eſſet lectio, & expoſitio, ſi dicamus per mundum nos debere intelligere firmamētum, & cælum, quod mundi nomen ſibi vendicare poteſt (ut paulò ante diximus) tum quia præcipue eſt in motu, tum quia præcipuè purum, & mundum eſt, nihil habens terrenę fęcis, & grauitatis, vt ſit ſenſus, *dum mundus*, ideſt cælum, & firmamentum *intonat*, *& nunciat cunctis deum repente veniſſe hora tertia*: ſuper apoſtolos orantes. Nec videatur tibi iſthæc expoſitio inſolita, nam apud Dauidē legimus cælos enarrare gloriam dei, & opera manuum eius annunciare firmamentum. In act. legitur de cælo repente factum fuiſſe ſonum tamquam aduenientis ſpiritus vehementis, quem ſonitū grandem, & vehementem factum ad monſtrandum efficaciam, & maieſtatem Spiritus S. deſuper venientis, quidam dicunt non ſolum à diſcipulis in cęnaculo exiſtentibus, quorum hominum turba erat centum viginti: ſed à tota Hieruſ. fuiſſe auditum, propter quod dicitur quòd facta hac voce conuenit multitudo hominum ad locum vbi erant diſcipuli. Et aduertendum, & annotandum hoc loci, ꝙ ſi quæratur de tempore, quo datus eſt Spiritus S. de die, & hora, & quare: Dicam ꝙ datus ſit die quinquageſimo à paſcha, & quare? vt oſtendatur ꝙ auctor ſit remiſſionis, nam annus iubilæus, qui quinquageſimo quoque ſemper anno celebrabatur remiſſioni ſeruiebat, quod

Quid mundi nŭc intelligatur quum hymni auctor ait repēte mūdus intonat.

Act. 1. c.

Pſal. 18.

Act. 2. c.

Act. 2. c.

Spūs s. datᵘ eſt quinquageſimo die à

quod veram pacem tribuat, & ad æternam requiem perducat. Di- *paſcha, & cur.*
cam ꝗ venit die dominico, & quare? vt eſſet dies renouationis pri-
mus, qui fuit creationis. Dicam ꝗ datus ſit hora tertia, & quare? *Spūs s. venis die dominico & hora tertia & cur.*
tum quia tali hora dicitur primus homo perdidiſſe gratiam, tum vt
oſtendatur ꝗ etiam nobis hora tertia detur gratia dei, ſunt enim tres
horæ morales, contritio, confeſſio, & ſatisfactio, vt ſit ſatisfactio
ſibilus auræ tenuis in quo dominus; *De patris ergo lumine &c.* quæ
verba ſi de igne materiali, & exteriori intelligere volumus (vt mul- *3. Reg. 19. c.*
ti putant, et non abſurdè) hunc ſenſum habere puto, *Ergo ignis*,
qui ſuper apoſtolos, et cæteros, qui ſecũ aderant, inter quos erant
mulieres quædam, et Maria mater Ieſu, apparuit, vel aduenit, qui
quidem linguæ ſpeciem habebat, et apparuerunt illis (ait D. Lucas) *Act. 2. c.*
diſpartitæ idest multiplices et diuiſæ linguæ tamquã ignis, in duplici,
enim ſigno demonſtratus eſt, ac datus ſpiritus s. et ſedit, et quie-
uit ſupra ſingulos eorum in igne, et linguis, *decorus* .i. pulcher, lu-
cidus, non fumoſus, aut teter, niger, et obſcurus, vel horridus, ſed
almus, ideſt ſanctus eſt, quia formatus ad deſignandum, et repre-
ſentandum Spiritum S. qui quos replet, ſanctificat, ac purificat ab
amore terrenorum, et facit neceſſario terrena paruipendere, et ad
cœlum aſcendere, à lumine patris ſuam claritatem, et ſanctitatem,
et pulchritudinem habens, a quo tamquam à patre luminum deſcẽ- *Iacob. 1. c.*
dit omne datum optimum, et omne donum perfectum, vel (vt alij
tex. habent) *Ergo ignis* qui *aduenit de patris lumine*, *decorus*, ac pul-
cher eſt, et lucidus, *qui fida* .i. fidelia corda diſcipulorum, *qui pe-*
ctora Chriſti dicuntur .i. ad Chriſtum ſpectantia, et ſuper quæ ſua- *Chriſti pectora dicuntur apoſtoli et diſcipuli.*
uiter requieſcit, *compleat*: ideſt perficiat, accendat, *calore uerbi*. i.
ardenti affectu, et amore eloquij, et verbi diuini, et ſi non efficiẽ-
ter, et principaliter, miniſterialiter tamen diſpoſitiuè, et ſecunda-
rio, ſi autem verba hæc volumus intelligere de igne ſpirituali, ſen-
ſus verborum erit iſte, *ignis ergo* .i. ſpiritus s. qui ignis eſt, quem
vult deus, vt accendatur in cordibus noſtris, qui ſic peccata diſper- *Lucæ 12. c.*
git, illorumq; rubiginem conſumit, ſicut ignis comburit ſpinas,
et in ignis ſpecie venit ſuper apoſtolos, quiq; *decorus* i. pulcher, ac
lucidus ſuperſubſtantialiter eſt, *de patris lumine aduenit*. i. procedit,
ſpiratur, emanat, *qui fida Chriſti pectora, calore uerbi compleat*, caue
dicas *compleuit* (vt multi legunt) dedit enim apoſtolis (mox vt illo
repleti ſunt) ſcientiam loquendi, et facundiam, vnde, et ceperunt
loqui uarijs linguis, et linguæ igneæ, uerba ignea, et legem igneam
loquebant, et ſicut fuit illis lingua in ſermone, ſic fuit illis ignis in
dilectione, affectum in illis accendens, quos ſic fortes, et conſtan-

tes eſſe-

tes effecit, vt iam non modo fores, ſed ne ipſa quidem ora propter metum iudæorum claudere, dignarentur, & conſtantius prędicare ceperunt, quam deliteſcerent ante timidius, hinc comminantibus ne vltra loquerenturin nomine Ieſu, nec docerent, Petrus, & Ioannes neque minis, neque flagellis perſecutorum deterriti audacter dixerunt. Si iuſtum eſt in cōſpectu dei vos potius audire, quàm deum, iudicate, non enim poſſumus, quam audiuimus, & vidim⁹, non loqui. *Impleta gaudent viſcera &c.* ſenſus eſt, *viſcera*, .i. membra animarum interna apoſtolorum, & aliorum in cænaculo exiſtentium *impleta* .i. repleta gratia ſpiritus s. neque enim vulgariter acceperunt gratiam ſpiritus s ſed euſque, vt implerentur, *gaudent*, non terreno & animali, ſed cæleſti, & ſpirituali gaudio, neque eñ terreno, & animali ſpiritu, ſed cęleſti, & ſpirituali afflata erant, quia ſpiritu ſancto *afflata*. i. inſpirata, repleta, & illuminata erant, qui eos ardentes fecit, & loquentes in amore dei, quos repleuit, nedum quo ad dona gratiæ gratum facientis, in qua confirmati ita fuerunt: quòd poſtea mortaliter non peccauerunt, ſed etiam quo ad dona gratiæ gratis datę, quæ ad aliorum prętantur commodum, atq; profectum, & licet ante horam hanc gratiam ſpiritus s. ſuſceperint, prętertim cum Chriſtus per inſufflationem eis ſpiritum s. inſuderit dicens. Accipite ſpiritum s. quorum remiſeritis &c. nunc in præexcellenti plenitudine ipſum ſortiti ſunt, tunc ad relaxanda peccata aliorum datus eſt eis, & ſpiritum fidei, & intelligentiæ acceperunt, quo illuminaretur ratio. Apeuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, nunc ſpiritum feruoris acceperunt, quo inflammaretur affectio, viuificatumq; eſt in eis, non ſolum ꝙ olim petierat Heliſeus, cū dulciſſimū illud ſolatiū, Heliæ videlicet præſentiā ſibi plangeret ſubtrahendam. Oro inquit domine fiat ſpiritus tuus duplex in me, Sed multiplex, nam ex eius præſentia perſonali conſecuti ſunt apoſtoli ſpiritum ſapientiæ, & intellectus, ſpiritum conſilij, & fortitudinis, ſpiritum ſcientię, & pietatis, ſpiritum timoris domini, ſpiritū ſanctificatoinis, quia ſanctificauit illos, ac purificauit ab amore terrenorum, & tranſtulit, ac coniunxit ad amorem cęleſtium, (ideo hodie in ſpecie ignis deſcendit ſuper eos, non in ſpecie aquæ, nec aëris, q̃ elemanta in diuerſis partibus ſuperficiei terræ cohęrent, ſed in ſpecie ignis, qui immediatè corporibus cęleſtibus contiguus, in ſignū, ꝙ illos, quos incendit amore, facit neceſſario terrena par uipendere, & in cœlum aſcendere:) Spiritum protectionis à vitijs, Spiritum efficaciæ in miraculis, Spiritum audacię in tormentis, Spiritum ſcientiæ vocis, & Spiritum eloquentiæ in linguis omnium:

Act. 4. c

Apoſtoli poſt acceptū ſpiritū s. mortaliter non peccauerunt.

Ioan. 20. c.

Ad quid bis acceperint ſpūm s. apoſtoli.

Lucæ 24. c.

4. Reg. 2. c.

Quare non deſcēdit ſpirit⁹ s. in ſpecie aquę aut aëris.

Vnde

Vnde ſubdit hymni auctor, *voces diuerſas inſonant &c.* quæ ſenten-
tia concordat cum ea, quam emiſit S. Lucas, & cœperunt loqui va- *Act. 2. c.*
rijs linguis prout Spiritus S. dabat eloqui illis, & cum ea quã pro-
fert Sancta Eccleſia in verſu, Loquebantur varijs linguis apoſtoli ma-
gnalia dei, neq; enim quidlibet garriebant, ſed magnifica, & ad-
miranda, vbi nota quod adiectiuum nomen hoc, hic & hæc magna
lis, & hoc magnale (quod deriuatur à magnus) licet apud littera-
turæ ſæcularis auctores non vſurpetur, in ſacra tamen ſcriptura re-
cipitur, & ſignificat magna myſteria, magnifica, mirabilia, ardua,
& ſublimia opera dei, & incomprehenſibilia facta per Chriſtum in
aſſumpta carne, & humanitate, vt opus, & myſterium incarnatio
nis, paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis, ac præſertim reſurre-
ctionis, quę importantiſſimus eſt noſtrę fidei articulus, de qua di-
citur, ꝙ virtute magna ideſt auctoritate reddebant apoſtoli teſtimo
nium reſurrectionis Ieſu Chriſti domini noſtri, & miſſionis Spiri- *Act. 4. c.*
tus S. *Ex omni gente cogniti &c,* ſenſus eſt, & quia apoſtoli erant ſer-
mocinaturi, & euangelizaturi euangelicam, & nouam legem gen-
tibus vniuerſis, & omni creaturæ, ſecundũ quod eis à Chriſto mã-
datum fuerat, ante eius aſcenſionem ad cœlum his verbis, euntes
in mundum vniuerſum prædicate euangelium omni creaturæ, & *Marc. 16. c.*
euntes docete omnes gentes, neceſſarie erant eis omnium gentium *Matt. 28. c.*
linguę, ideo hymni auctor ſubdit, *ex omni gente cogniti*, vt ſit ſen-
ſus, ipſi apoſtoli *cogniti* ſunt, & intellecti per ſermonis intelligen-
tiam, & linguam, *ex omni gente* .i. ab omni gente, & natione, quę
ſub cœlo eſt, vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorum, non pro
ſingulis generum, & per hyperbolem dictum, *à græcis, à latinis,
à barbaris,* alijsq; nationibus, & ab multarum, & diuerſarum pro-
uinciarum hominibus, vel qui in Hieruſ. manebant, vel qui ad il-
lam ex deuotione confluxerant: *Cunctisque admirantibus, linguis lo-
quuntur omnium*, quod ſic intelligitur, nõ ꝙ ſub confuſione loque- *Quo ſit in-*
rentur ipſi omnes ſimul, & vnà varijs linguis, neq; enim oportebat *telligẽdũ a-*
omnes pariter loqui, nec quod ſinguli cũ loquerentur, locuti ſint *poſtolos om*
in vno ſermone omnium linguis, ideſt ſeptuaginta duabus, nam & *nium linguis*
ſi omnium gentium idioma proferre, & intelligere potuiſſent, adu- *fuiße locu-*
natione facta multarũ linguarũ in eis, vno tñ eorũ loquente, & alijs *tos.*
tacentibus, ille vnus, non niſi vnius ydiomatis protulit voces, pu-
ta. D. Petrus cum loqueretur (puto) ꝙ vna tantum lingua loqueba
tur, videlicet hebræa, at qui aderant audientes, quantumlibet di-
uerſorum ydiomatum eſſent, audierunt, & intellexerunt illam lo-
quelam, tamquam proprium idyoma, hinc D. Lucas nonne om-

Rr nes

Act. 2. c.

nes iſti, qui locuntur, galilei ſunt, & quomó nos audiuimus vnuſquiſq; linguam noſtram, in qua nati ſumus? diuina id agente potentia vt ſicut per ſuperbiam, & rebellionem eorum, qui ex Noe filijs deſcenderant, qui (cum terra eſſet labij vnius) poſt dilluuium tentauerunt ædificare turrim babylonicam, vertice cœlos contingentem, vt celebraretur nomen ſuum apud poſteros, & futuri dilluuij (vt putabant) diſcrimen euaderent, ad impediendos illorum improbos conatus facta eſt diuiſio vnius labij, vniuſq; linguæ illorum in ſeptuaginta duas, ſic per humilitatem, & obedientiam diſcipulorum Chriſti operante ſpiritu ſancto, vnitę ſunt in eis, nam omnium gentium ydioma proferre, & intelligere poterant, & per diuerſitatem linguarum gentes in vnitate fidei adunarunt, Alij legunt *ex omni gente cogitur; græcus, latinus, barbarus*, vt ſit ſenſus, Græci, latini, barbari, ex cunctis gentibus, *coguntur*: ideſt ſimul iunguntur, coadunantur, & conueniunt (vt D. Lucas ait) facta autem hac voce conuenit multitudo ad audiendos apoſtolos varijs linguis loquentes, vel ad audiendum D. Petrum cum vndecim, qui vndecim, & ſi tunc non loquerentur, communem tñ vocem ædebant, & D. Petrus omnium erat os, & aſtabant illi teſtimonio ſuo comprobantes ea, q̃ ab illo dici debebant. *Iudæa tunc incredula &c.* ſenſus eſt, *iudæa*.i. iudeorum plebs, q̃ in Hier. inhabitabat, & quæ ad eam deuotionis cauſſa confluxerat, *tunc* tempore exiſtens *incredula*, in plures quidem partes diuiſa, vna dicebat inter ſe conferens, ſtupens, & admirans. Quid nam vult hoc eſſe? (& forſan erat pars aduenarum) alia vero pars, quæ malorum, & peruerſorũ pars erat (& forſan pars hæc, pars eorum erat, qui Hieruſalem inhabitabant, quiq; dominum in cruce egerant, ad quos ſermonem ſuum dirigit D. Petrus dicens Viri iudęi, & qui Hieruſalem inhabitatis) non diſſimilis ab ea, q̃ olim de manna irridens dixerat, anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo: numeri 21. & quę Chriſti tempore dixerat videns dæmoniacum cæcum, & mutum curatum, hic non eijcit dæmones, niſi in beelzebub principe dęmoniorum. Subſannans, & *veſana*.i. inſana, ſtulta, fatua, demens, & ſine mente, *toruo ſpiritu*.i. crudeli, ſuperbo, & peruerſo ſpiritu, quo mouebatur, *concrepat*.i ſimul clamat, increpat, perſonat, redarguit, reprehendit, & dicit, *Alumnos*, ideſt apoſtolos Chriſti, eius ſalutari doctrina nutritos, panę vitę, & intellectus cibatos; & miraculorũ contuitu educatos, *ructare* ideſt extramittere ebriorum more, *crapulam*, non crapula (vt alij legunt) nam ructo. as. exigit poſt ſe accuſatiuum, & ructare non eſt niſi ructus emittere, & ventoſas cibi, & po-

Per ſuperbiã filiorum Noe, diuiſio unius linguæ facta ẽ in ſeptuaginta duas, & per humilitatẽ apoſtolorum unitæ ſunt in eis.

Gen. 11. c.

Act. 2. c.

Quę pars iudeorum fuerit quæ irriſit, et ſubſannauit apoſtolos.

Matt. 12. c.

Quid ſit ructare.

& potus in ſtomacho malè concocti per os afflationes, *Muſti*. i. lo-
qui illos per ebrietatem noui vini, vbi nota ꝙ licet crapula propriè *Quid crapu*
ſit cibi ſuperfluitas, extenditur, tamen hoc loci ad potum, dicebāt *la proprie*
enim (vt in actis legitur) irridentes, non quia cibo, ſed quia mu- *ſit.*
ſto pleni ſunt iſti, vhe igitur hominibus iſtis, qui tam euidens ſpiri- *Act. 2. c.*
tus ſ. miraculum ſiniſtrè interpretantes, dixerunt, Hos ebrios, quaſi *Redarguit*
muſtum hoc facere poſſet, quod tranſcendit omnem naturalem po- *auctor irri-*
tentiam, & quid mirum ſi hęc de apoſtolis dicebant, qui de Chri- *dentes apo-*
ſto loquentes, qui dæmonia pellebat, eum dæmonium habere di- *ſtolos.*
xerunt? Sed ò veſaniam, ò malitiam inauditam, At qui nec tempus *Ioan 8. c.*
quidem illud habebat muſtum (erat enim Penthecoſte) vide igitur
quomodo conſentanea loquantur, illis (ò boni) non erat licitum
dicere de apoſtolis quod eſſent ebrij, ſed benè nobis, qui ſcimus,
nedum credimus illos introductos in cellam vinariam, & torrente *Cant. 1. c.*
voluptatis deificæ ad plenum vſq; potatos, bibiſſe vſq; ad ebrieta- *Pſal. 35.*
tem de vino, quod eis miſcuerat Chriſtus ſapientia patris, ad quos *Prou. 9. c.*
ſermonem dirigens ait. Comedite amici, & bibite, & inebriamini ca *Cant. 5. c.*
riſſimi. vere ebrij erant, ſed non vino, quo filij vanitatis inebriant.
Sed vino nouo, quod veteres quidam vtres non merentur accipere,
nec valerent continere, quod vinum vera illa vitis fuderat de excel-
ſo, vinum lætificans cor, non ſtatum mentis euertens, vinum ger- *Pſal. 103.*
minans virgines, non faciens apoſtatare ſapientes, quod quidem iā *Eccl. 40.*
fluebat tantum per vicos, & plateas ciuitatis illius ſupernæ Hierus. *Zach. 9 c.*
quam lætificat fluminis impetus, & in illis ſpiritualibus torculari- *Eccl. 19. c.*
bus redundabat, quod vinum antea terrigenę, & filij hominū non *Pſalm. 45.*
habebant, & forſan interim terra neſciebat, ſed benè tunc cępit ex-
hiberi, cum caro Chriſti cæleſtia penetrauit, Niſi ego abiero para-
clitus non veniet ad uos (ait Chriſtus) at ſi ego abiero mittam vo- *Ioan. 16. c.*
bis eum, fiet enim gratiſſimum commercium inter angelos, & ho-
mines, vt exhibeatur illis caro mea, & vobis vinum cœli, ſicq; erit
in terra ſpiritus, & caro mea in cælis, ac deinceps omnia omnibus
communia in æternum, *Sed ſignis & virtutibus &c.* ſenſus eſt, ho-
mines peruerſi dicunt apoſtolos eſſe ebrios, at *D. Petrus*, primus
omnium (cui ceſſerunt alij concionandi ius) *occurrit*, ideſt reſtitit
illis, *ſignis* .i. miraculis, *& virtutibus*, quibus ſuper populum emi
nebat ab humero, & ſurſum .i. inuicta conſtantia, & ſummo cha-
ritatis feruore, & qui prius vilis puellæ percontatorem non tule-
rat, modo in medio populi cunctis vociferantibus, & irridentibus,
ſcommata in apoſtolos iacientibus, multa cum fiducia loquitur, &
vocem extollens *docet*, magnę fuiſſe improbitatis, magnæ impieta-

tis magnæ impudentiæ, aſcribere temulentiæ, miraculum linguarum, Docet inſuper quod non eſſent ebrij, nec quod more natura arrepti eſſent furore, ſed *Iohele teſte comprobat* .i. affirmat, approbat, ac perfidorum improbitatem confutans, conuincit illos, *falſe profari*, id eſt loqui, aſſerere, ac ſpirare, ac per hoc declarat, illam linguarum varietatem, non prouenire ex muſti crapula, ſed ex ebrietate, & effuſione ſpiritus s. de qua, & erit in nouiſſimis diebus effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, cui eſt indiuiſum imperium, impartibilis honor, æqualis gloria cum patre, & filio, in ſecula ſeculorum. Amen.

Iohel 2. c.

Hymnus ad laudes in feſto Pentecoſtes.

SEQVITVR expoſitio hymni: *Beata nobis gaudia*, qui dicitur ad laudes matutinas in ſolemnitate feſti Penthecoſtes, in quo auctor agit de ſpiritus s. miſſione in linguis igneis, reddit cauſſam, quare in linguæ figuram, & ignis ſe oſtendit, commemorat myſteria diei Penthecoſtes, & tandem orat, ac precatur deum, vt nobis cælitus dignetur infundere dona ſui ſpiritus, & largiri gratiam, qua peccata dimittuntur, & quieta tempora dantur. Ait ergo. *Beata nobis gaudia &c.* ſenſus verborum eſt, *orbita* vbi nota quod orbita est interdum eſt veſtigium rotæ, vel carri, quæ rotunda eſt, decurrentis in vijs ex curru relictum, vel via curruum ſignata rotis reuolutis, & dicitur orbita, quaſi orbis id eſt rei rotundæ cuiuslibet iter, vel via, quemadmodum ſumpſit Plin. quum lib. 8. c. 18. de muribus locutus ait, orbitam ſi tranſiere moriuntur, interdum ſumitur pro rota ipſa, ipſoque curru, quo ſumpſit Virg. quum ait libro 3. Georg. iuuat ire iugis qua nulla priorum, caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo, interdum deſignat rotunditatem, quo quidem modo ſumpſit Virg. in Enea, quum ait, ſolis ſcire modum, & quanto minor orbita lunæ, at hoc loci ſumitur pro ipſa anni reuolutione, & temporis curriculo, vt ſit ſenſus *orbita* .i. reuolutio anni, vel temporis anni curriculum, & curſus, qui continuo cœli rotatu, ac iugi circumgiratione perficitur, *reduxit*, id eſt iterato duxit, replicauit, reportauit, iterum dedit, reſtituit nobis, *Beata gaudia* huius diei ſolennis, *quum* pro quando, *ſpiritus paraclitus* mœſtorum conſolator, *effulſit*, id eſt vehementer fulſit, extra fulſit per apparens ſignum viſibile linguarum ignearum, & ſplendorem ſuum emiſit *in diſcipulos*, & apoſtolos Chriſti. *Ignis vibrante lumine &c.* ordo verborum eſt, *ignis lumine vibrante* .i. radiante & coruſcante, *Dedit*, id eſt portauit, attulit *figuram linguæ*, apparuerunt enim diſcipulis quum venit ad eos ſpiritus s. de cœlo miſſus, diſpartitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque

Quot modis ſumatur orbita.

D. Lucas) & figura linguarum, inſinuabatur donum, notitiam, facultatem, & vſum om̃ium linguarum illis fuiſſe datum, atq; infuſum, & verbo, at ſapientia erud. tos intus, & ignis; denotauit feruorem charitatis eorum, cordibus ſuccenſum, & q proferre deberent verba feruentia, igneamq; legem docere, quod benè explicat hymni auctor dicens, *verbis, ut eßent proflui &c.* vt ſit ſenſus propterea datus eſt illis ſpiritus s. in linguis, *vt eſsent profluj.* i. facundi, & abundantes, *verbis* non inutilibus, ſed æternę vitę, & propterea in igne, vt eſſent feruidi charitate, Et ſi dices, ſpecies illæ, in quibus apparuit ſpiritus s. & preſertim linguę illę igneæ, quę apparuerunt diſcipulis, reales ne fuerunt, & ſecundum veritatem tales vt oſtendebant, an imaginariæ tm̃? Reſpondeo ſolo quoſdam abſolutè dixiſſe, quod fuerint imaginariæ, & ſecundum immutationem fantaſtici organi. Quoſdam verò abſolutè dixiſſe corporales fuiſſe, & Quoſdam diſtinguendo dixiſſe, non oẽm talem apparitionẽ corporalem fuiſſe, ſed ſi loquamur (inquiunt) de apparitione ſpiritus s. vel miſſione in ſpecie columbæ, planum eſt, ipſum corporali ſpecie apparuiſſe, nec tamen ob id fatentur, ſpeciem talem ſecundum veritatem eſſe talẽ, vt oſtendebat, nam D. Lucas in euangelio licet dicat, q deſcenderit ſpiritus s. corporali ſpecie, i. præſentiam ſuam ſigno illo exteriori corporali declararit, ſubdit tñ, ſicut columba, quod & D. Matth. & D. Mar. non tacuerunt, tamquam columba, & D. Ioan. quaſi columbà, & quia oẽs euangeliſtę conueniunt in ſimilitudine, & nullus dicit columbá, talis ſpecies ſecundum veritatem (inquiũt) non erat talis vt oſtendebat, quia non fuit vera colũba, nam ſtatim deſijt eſſe, & vera columba habet virtutem permanendi, ſed benè ſimilitudinem columbæ pretendebat; At ſi loquamur de appritione (inquiunt) in linguis igneis, vt dicendum illas ſpecies fuiſſe in imaginatione, & ſecundum organũ phantaſticum. Et licet hanc q̃ſtionem motam in ſecundo de trin. in c. 6. D. Auguſtin. inſolutam relinquat, vtrum oculis, an ſpiritu viſus ſit ignis ille, & cum pertinacia (inquiunt iſti) non ſit aſſerenda altera pars, quia vtroq; modo eſſe potuit, tamen concludunt q magis ſecundum tex. act. apoſtolorum videatur conſonum dicere, quod talis viſio ſit facta ſecundũ ſpecies imaginarias, eo quia dicitur ibi non quòd viderint linguas diſpartitas, ſed quod apparuerint eis diſpertitę linguę, vel (vt habet alia tranſlatio) viſæ ſunt illis diuiſæ linguę tamquam ignis. At ego cum ſolidioribus etiam doctoribus theologis, Dico quod ſecus ſit dicere, an [illegible] ſpecies illæ, in quibus apparuit ſpiritus s. fuerint reales, & ſecus an ſpecies illæ omnes fuerint verę tales, & ſecundum veritatem

Act. 2. c.

Quid inſinuabatur figura linguarũ in q̃bus datus eſt ſpiritus s.

Quid denotauit ignis.

Dubium.

Solutio.

Nũ linguæ illæ igneæ, q̃ apparuerũt diſcipulis, fuerint reales, an imaginariæ tm̃.

Luc. 3. c.

Matt. 3. &

Marc. 1. &

Ioan. 1. c.

Act. 2. c.

Opinio auctoris.

tales, vt oſtendebant, quo ad primũ dico ꝙ ſicut ſonus ille de cœ-
lo factus aduenientis ſpiritus, non fuit imaginarius (vt fuit illa cõ-
motio, & alarum ſonus, quaſi ſonus aquarum multarum, quam fa-
Eze. c. 1. & tetur Ezech. ſe audiuiſſe in viſione illa quatuor animalium, & thro-
11. ni, ac dei reſidentis in eo) ſed realis, ꝙ oſtendere ex hoc, nam qui-
Sonus de cœ dam dicunt, non ſolum fuiſſe auditum ab apoſtolis, ſed à tota hye-
lo factus ad roſolyma, non obſtante ꝙ non fuerit ad modum tonitrui, & fulgu-
ueniẽtis ſpi- ris, terribilis, ſed placidus, cuius ratione conuenit multitudo ad
ritus audit⁹ locum, in quo erant apoſtoli, & ſicut viſio colũbæ, quæ ſuper Chri-
fuit à tota ſtum in baptiſmo deſcendit, ac manſit, realis, & corporalis fuit, nõ
Hyeroſoly- autem imaginaria, ſicut fuit viſio D. Ioan. Quum vidit agnum oc-
ma. ciſum, quę facta fuit in ſpiritu (vt ipſemet fatetur) & per ſpirituales
Apoc. 5. c. corporum imaginationes, & viſio, qua Ezech. vidit cœlos apertos,
Ibi c. 1. et 4 quę fuit ſpiritualibus oculis (vt D. Hieronymus, & Thomas Aqui-
nas teſtantur) ſic linguę, quę apparuerunt ſupra ſingulos diſcipulo-
Species in rum, & eorum, qui cum eis erant in cęnaculo, nõ imaginariæ fue-
quibus ap- runt, ſed verè, & realiter ab extra apparebãt, & viſibiliter expreſſę,
paruit ſpũs & oblatę mortalibus oculis, quia igitur ſpiritus s. apparuit, & miſ-
s. non imagi ſus eſt ſuper Chriſtum in ſpecie columbæ, & in ſpecie nubis lucidæ
nariæ fuerũt & in ſpecie flatus, ignis, & in figura ignearum linguarum ſuper
ſed ueræ. apoſtolos; & non eſt, nec per imaginationem dicendum, ꝙ ſpiri-
Matt. 3 c. tus s. fallaciter apparuerit oculis hominum, cui (cum ſit ſpirit⁹ ve-
Matth. 17. c ritatis) non conuenit aliqua fictio, & diſciplinæ fugit fictum, ſequi-
Sap. 1. tur, ꝙ realia fuerint ea, & creaturarũ ſpecies illę viſibiles expreſſę,
& mortalium oculis oblatę, in quibus apparuit, deſcendit, miſ-
ſus eſt, præſentiam ſuam declarauit, manſit, viſus eſt, & ſedit ex
tempore ſpiritus s. non autem imaginaria, vel imaginariæ, Nec te
ab hac veritate dimoueant (quamuis nec iſta opinio cum pertinacia
ſit tenenda, quia tantus doctor ſicut fuit, eſt, & erit D. Auguſtinus
neutram partem determinatè aſſeruit) quia ſcriptura dicit ꝙ appa-
ruerint eis, & viſæ ſint eis diuiſę linguæ tamquam ignis, vel quia
legimus ſpiritum s. deſcendiſſe in ſpecie, & ſimilitudinę columbę,
& quòd euangeliſtæ ſancti dicunt, ſicut columba, tamquam colũ-
ba, & quaſi columba, quia ego dicam multa poſſe eſſe verè talia, de
quibus tamen dicitur, ꝙ viſa ſint, & apparuerint, nam in euangelio
Matth. 17. c dicitur, & ecce apparuerunt illis Moyſes, & Helias, Dicam etiam
cum D. Thom. hæc dici non ad excludendam realitatem columbæ,
& ignis, ſed ad oſtendendum ꝙ ipſe ſpiritus s. non apparuerit mor-
talibus in rebus illis exterius viſis, in ſpecie ſuę ſubſtantię, qua in-
uiſibilis, & incommutabilis eſt ſicut pater, & filius, ita quòd ipſe
vide-

videretur, aliquid enim aliud videbatur, per cuius contemplationem, manu ducebantur mortales in aliqualem cognitionem emanationis ſpiritus s. & manifeſtationis ſanctitatis illius ad quem mittebatur, & ad oſtendendum tandem ꝙ non apparuerit ita, vt in vnitatem perſonæ ſibi uniret illa, in quibus apparuit, puta columbã, nubem, flatum, ignem, ſic enim apparuit in columba, quòd non erat columba, ſic in nube, quòd non erat nubes, ſic in flatu quòd non erat flatus, & ſic in linguis igneis, quòd non erat linguæ igneæ, & intelligendum eſt prædicatione formali, & per idemptitatem, nã prædicatione cauſali, & ſignificatiua, poteſt cauſſa prædicari de cauſſato, & ſignum de ſignato, vnde quia columba erat effectus ſpiritus s. dici poterat ſpiritus s. at prædicatione formali, & per idemptitatem ad ſuppoſitum nequaquam, quia tali prędicatione non p̄dicatur, niſi quod habet vnionem ad hypoſtaſim eius, & conſtat ꝙ nihil ſit deo perfectè vnibile, niſi beatificabile, & hoc ſolum eſt ſubſtantia rationalis (in qua ſola apparuit filius dei, & ita vt in vnitatẽ perſonę filij dei aſſumeretur, cuius ratione ab angelorum miniſterio non fuit formata, ſed ex dignitate eius, ad illam formandã deus immediatè operatus eſt) non autem ſubſtantia irrationalis, in qua apparuit ſpiritus s. cui, & alijs ſpeciebus in quibus apparuit, vniebatur non vnione, ſecundum veritatem, quo quidem modo vniuntur illa, quæ in natura, vel perſona vniuntur, ſed vnione ſecundũ intentionem, quo modo vniuntur ſignificatum, & ſignum, & in q̃bus erat, vt per eas ad homines veniens oſtenderetur eſſe in illis, ad quos illę creaturę, & ſpecies veniebant, per quarum temporalem motum, ſignificata eſt ſpiritualis, & inuiſibilis ſpiritus s. infuſio, miſſio, vel donatio (vt ex magiſtro ſen. didicimus) hinc D. Auguſtinus ſecundo de trinit. Miſſio viſibilis (ait) fit, vt exterioribus viſis, corda hominum commota, à temporali manifeſtatione veniẽtis, ad occultam ęternitatem ſemper p̄ſentis, conuerterentur, quę miſſio viſibilis apparet aſtantibus, vt inſtruantur, & fit propter aſtãtes, & propter populum, in quos debet gratia redundare per eos, ad quos fit miſſio, ꝙ non eſſet, ſi ſecundum ſolam ſpeciem imaginatam apparuiſſet. Non igitur ea in quibus apparuit ſpiritus s. in imaginatione fuerunt, ſed corporalia, & realia, cum pertinacia tamen non aſſero (quod & quidam ex theologis dicunt) tales ſpecies corporales fuiſſe, vt hominem illum Ieſum Chriſtum videlicet corpulentam habuiſſe ſubſtantiam affirmo: Hæc quo ad primum. Quantum verò ad ſecundum dico, ꝙ ſub diſtinctione loquendum eſt, nam ſi loqui volumus de ſpecie, in qua ſuper Chriſto baptizato ap-

Prædicatione cauſſali pōt cauſſa prædicari de cauſſato: non aũt prędicatiõe formali.

Aſſumptio humanæ naturæ in Chriſto formata non fuit miniſterio angelorum.

Miſſio viſibilis ſpũs s. apparet aſtãtibus, & quorſum.

to apparuit, & preſentiam ſuam declarauit (licet ferè omnes videãtur, tenere partem oppoſitam, (quibus adhæſit etiam D. Tho. cum eſſet Iunior) cum Diuo tamen Auguſtino in ſecundo de trin. & D. Thom. & alijs teneo: quòd non ſolum fuerit corporalis, & realis, ſed & cum eodem D. Auguſtino lib. de agone Chriſtiano, propter cuius grauem auctoritatem D. Tho. nõ curauit canere palinodiam, quod fuerit verum animal, & vera columba, Moueor ad hoc dicendum, & tenendum. non ſolum vt magnifaciam auth. D. Auguſtini, & dicta Beati Thom. ſed quia habeo hanc rationem, nam ſicut, & deſignaretur Chriſto factam fuiſſe collationem gratiæ in qua continebatur omnis modus gratuitus, & omnis gratiæ ratio: in ſpecie totius animalis miſſus eſt ſpiritus s. ad eum, ſic, vt deſignaretur viua gratia in ipſo, oportuit, vt in ſpecie viui, & veri animalis appareret,

Columba illa fuit verũ animal, & columba.

Dubium.

Solutio:

Quod ſi dices, quomodo miniſterio angelorum fieri potuit vera columba? Reſponderem (quicquid dicant alij) quòd & ſi oẽs aliæ ſpecies, in quibus apparuit ſpiritus s. miniſterio angelorum factæ, & formatæ fuerint, per quos creatura corporalis adminiſtrat, columba tamen illa, illorum miniſterio non fuit facta, ſed à deo, cui (cum vniuerſam creaturam ex nihilo fabricauerit) non fuit difficile verum columbę corpus, abſque aliorum columborum miniſterio figuratur, fuiſſet benè difficile hoc, immo impoſſibile angelis, quibus (& ſi creatura corporalis obediat ad nutum, quo ad motum localem, non tamen obedit quantum ad motum ad formam; quia non poſſunt dare vitam, nec informare corpora. Nec te dimoueat ab hac opinione, candidè lector, quia euangeliſtę ſancti dicũt deſcendiſſe ſpiritum s. ſicut columbam, tamquam columbam, & quaſi columbam in ipſum, nam, vt ſupra dixi, hæc dicunt, nõ ad excludendam veritatem columbę, ſed ad oſtendendum, quod ipſo non apparuerit in ſpecie ſuę ſubſtantiæ, & quòd nõ apparuerit ita, vt in vnitatem perſonæ ſibi vniſſet illam, nec quia illa columba ſimul cum apparitione inceperit, & deſierit eſſe, Nam ego dicam ꝙ tandiu durauit, quandiu ſignificare potuit, vel officium ſigni impleuit, & qu a eadem vi formata eſt columba, motu, & conſeruata, ſtatim vt vis illa deſijt mouere, columba deſijt eſſe, ad quid enim eſſe debebat ſi officium ſigni impleuerat, ad quod ſignificandũ formata erat? At ſi loquimur de alijs ſpeciebus, in quibus apparuit ſuper apoſtolos, Dico quòd cum tales ſpecies ſint angelorum miniſterio formatæ (dicant quicquid velint contrarium opinantes) quãuis de illis dixerimus, quòd fuerint reales, ac per hoc vera corpora, dicimus tamen, quòd ſecundum veritatẽ non fuerint talia (vt oſten-

Columba in qua apparuit ſpũs s. nõ fuit facta miniſterio Angelorum.

Fuiſſet difficile, immo impoſſibile angelis formare uiuam columbam.

debant; ſed res illæ exterius viſæ, licet ſecundum q ſignum ſunt, nõ aſſimilentur rebus, quæ ſũt in miſſionibus angelorum, ſecundum quod res ſunt tamen aſſimilantur, & quia ea in quibus apparent angeli non ſunt verè talia, nam cum aſſumunt corpora humana, non oportet quòd corpus illud oculis exhibitum, ſit verum corpus humanum, ſed benè ſimile illi, conſequitur etiam vt ea, in quibus apparuit ſpiritus s. non fuerint uerè talia, ut oſtẽdebant, puta ſpecies ignis, in qua apparuit ſuper apoſtolos, & ſi dicamus, quòd fuerit realis non dicimus, tamen q fuerit uerus ignis, quia non comburebat, nec tamen ob id fuit ibi aliqua illuſio, uel præſtigium; ut ſunt phantaſmata dæmonum, & magorum, quia non fuit aliqua falſitas in ſignificando, neque enim formata fuit illa ſpecies ad oſtendẽdam ueritatẽ ignis, ſed ad oſtendendas proprietates inuiſibilis miſſionis, & ad oſtendendum, quòd in docendo futuri erant inſtrumẽta Chriſti: Sicut lingua eſt inſtrumentum in docendo illud, quod lumine intellectus uidetur, & quod uerbis debebant eſſe proflui, & charitate feruidi; & quia magis attendebat in ſpeciebus illis ratio ſignificandi, quàm exiſtendi, tandiu durarunt, quandiu ſignificare potuerunt, & officium ſigni impleuerunt; exterius enim uiſa in quibus apparebat ſpiritus s. uiſibili miſſione ſigna erant, & ſigna tãtum; quia gratiam non cauſſabant, & erant ſigna gratię p̃exiſtentis, nunquam enim fiebat ad aliquem talis miſſio niſi in eo gratia præexiſteret, & ſigna erant, non naturalia, nec illuminatiua propriè, ſed gratuita, & ſolum ad hoc facta, & formata, ut deſignarent gratiæ plenitudinem, ut columba, in qua deſcendit ſuper Chriſto baptizato, uel gratiam abundantem, ut ſpecies flatus, & ignis ſuper apoſtolos, quo peracto officio deſtiterunt eſſe, neque enim habuerunt eſſe antequam ad tale officium eſſent accepta; vt remanerent poſt peractum officium ſicut lapis ille, quem Iacob ſibi ad caput poſuit; ad ſignificandum eſt aſſumptum, qui cum haberet eſſe antequam ſic aſſumeretur, & propter ſignificationem huiuſmodi non é effectus, aut formatus, non oportuit quòd peracta ſignificatione deſineret eſſe, Hæc de primo, & ſecundo propoſito dicta ſufficiant, cum proteſtatione tamen: quòd nolo cum pertinacia ſint à me dicta, ita vt non detur alijs facultas aliter opinandi, quinimmo volo ut lectori detur facultas hæc noſtra reijciendi, ſi non placuerint, & meliora venandi quę placeant. *Linguis loquuntur omnium &c.* ſenſus eſt, & cum recepiſſent ſpiritũ in talibus ſpeciebus viſibilibus mox loquuntur omnium linguis, eo modo videlicet (quo in precedenti hymno expoſitum eſt) ob quod turbæ gentilium *pauent*. i. ſtupent

Angeli non aſſumunt uera corpora.

Signa in quibus apparuit ſpũs s. nõ erant naturalia: ſed gratuita.

ſtupore ex magna admiratione procedente timent, & expaueſcunt,
Exo. 16. c. & inter ſe conferentes forſan dicebant (vt olim Iudęi de miraculo
Act. 2. c. mannæ) Quid eſt hoc? vel quid nam vult hoc eſſe? *Muſto madere de
putant &c.* non hoc puto referendum eſſe ad turbas gentilium (vt
quidam ſomniare videntur) ſed ad peruerſos ex iudæis (vt palā fa-
ctum eſt in expoſitione præcedentis hymni, & tex. apertè loquitur
ibi dicens; Iudæa tunc incredula &c.) qui tam euidens ſpiritus s. mi
raculum ſiniſtre interpretati, *deputant*, ideſt reputant, cogitant, cē
ſent, apoſtolos, & reliquos Chriſti diſcipulos, quos ſpiritus re-
pleuerat, *Muſto madere*, ideſt humore muſti conſperſos, ac per hoc
ebrios eſſe: (Vino enim madere, non aliud eſt quā ebrium eſſe) hoc
1. Reg. 1. c. idem de Anna Samuelis matre ęſtimauit Heli ſacerdos, cui dixit Vſ-
quequo ebria eris? digere pauliſper vinum, quo mades, & tamen
vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibit. Vtuntur po-
Quare iu- tius muſti vocabulo (quod eſt vinum nouum) & recens, quàm
dei incredu vini. Nam & ſi muſtum tunc temporis non eſſet, quia tamen vide-
li utant mu- runt apoſtolos ſic repente, ſubitoq́; mutatos, referunt hoc veſani
ſti uocabulo. illi ad muſtum, de quo (cum non ſit ſatis adhuc digeſtum, & exco-
ctum.) ſi quis immoderatè ſumit, dicitur ꝙ ob ſui vaporulentiam
facilè ſoleat inducere ebrietatem. *Patrata ſunt hæc myſticè &c.* ſen-
Priſco more ſus eſt, hęc. i. ſacroſanctę ſpiritus s. miſſionis, & apparitionis my-
utitur hym- ſteria ſacra: *myſticè*. i. figuratiuè, *Patrata ſunt*. i. completa, atq́; per-
ni auctor fecta, Priſci enim patrare, pro perficere ſumpſerunt, *peracto tempo-
verbo hoc re paſchæ*. i. poſt pactum, atque tranſactum, & completum tempus
(patrare) ꝑ paſchale, *deno dierum circulo*, ideſt facta quinquies decem reuolu-
perficere ac tione dierum. i. quinquageſimo die poſt paſcha diem, quo videli-
complere. cet numero, vel ſecundum quem numerum quinquagenarium, nō
ſolum apud antiquos patres accepta eſt lex (hęc enim quinquageſi-
mo die poſt exitum filiorum yſrael ex Aegypto, & poſt eſum agni,
data eſt ſecundum ferè omnes) & reuera ſic eſt. Nec hoc videatur tibi
difficile, & durum ad credendum propterea quia legas, hoc fuiſſe
Exo. 19. c. factum menſe tertio egreſſionis, tunc enim venerunt in ſolitudinē
Synai, nā numera dies à 14. die menſis primi, inuenies ab eſu agni
remanere dies 17. quibus ſi addas dies triginta menſis ſecundi, erūt
quadraginta ſeptem, & ſi addas tres dies menſis tertij, nam tertio die
(vt ibi hr̄) data eſt lex, erunt dies quinquaginta, ex quo patet per-
peram dixiſſe illos, qui auſi ſunt dicere datam fuiſſe legem quinquā
Qūo ſit ac- geſimo anno poſt exitum filiorum yſrael ex Aegypto, quod quidem
cipiendū le- refellere dedignatur ſermo ſobrius, eſtq́; ſic abſurdum, vt ſine ar-
gē fuiſſe la- gumentationis patrocinio ſubruatur; nam ex hoc ſequeretur, quòd
non in

non in deſerto errantes accepiſſent legem, ſed in terra promiſſionis, ac per hoc, non per Moyſen (cum hic non intrauerit illam). quod quã veritatẽ poſſit habere non video, cum ſcriptum ſit, Ioa. 1. c. Lex per Moyſen data eſt, & lex vet⁹, lex Moſis dicitur, ſed in antiqua lege præcipitur, vt fiat remiſſio in anno quinquageſimo, qui dicebat annus iubileus .i. remiſſiuus, vel remiſſionis, vel mutatus, tunc. n. fiebat debitorum ſeruitiorum, & contractuum remiſſio, ob quem annum omnia in libertatem vendicabantur, & prior rerum ſtatus, ac conditio, mutabatur in meliorem, nam qui ante ſerui erant, tũc efficiebantur liberi, qui prius erant natali ſolo extorres, tunc efficiebantur illius incolæ, & qui agris ſuis, ac domibus erant deſtituti, efficiebantur illorum poſſeſſores, & præfigurabatur nobis, ꝙ quinquageſimo die poſt paſcha, in quo miſſus eſt ſpiritus s. debebat dari lex noua, non in tabulis lapideis deſcripta (vt lex Moſis) ſed in tabulis cordis carnalibus, & in cordibus hominum, vt in viuis tabulis, ſicut promiſerat dominus per Hieremiam c. 31. Poſt dies illos, dicit dominus, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & quod hoc dierum numero, veluti in vero iubilei anno quinquageſimo, debebat obtineri debitorum, ideſt peccatorum remiſſio, & relaxatio, priſtina ſpiritus libertas concedi, & reditus in poſſeſſionem antiquam cæleſtis regni, & in cœli patriã, à qua per peccatum fueramus excluſi. *Te nunc deus pijſſime &c.* ſenſus eſt, o pijſſime deus *vultu cernuo*, humili videlicet deiecto, & inclinato, non ſecus ac faciunt, qui in faciem cadunt, *Precamur te, largire nobis cælitus*.i. è cœlo, aduerbium enim eſt, non nomen (vt quidam groſſi pedales dñr) *illapſa*, Sunt qui putant hoc verbum, vel participium *illapſa*, ſignificare nobis idem quod parcere, ſed é hæc imperita expoſitio. Sunt qui putant etiam, Datiuum *nobis*, ordinari debere ad participium *illapſa*, ita vt ſenſus eſſet, *largire dona ſpiritus illapſa nobis*, & quæ vanitas eſſet expetere à deo, vt donet, quæ iam adſunt? Quare dicendum, quòd ſenſus verus, & verborũ ordo ſit iſte, *Precamur te domine deus pijſſime* humili, ac deiecto vultu, *largire nobis dona ſpiritus, cælitus*.i. è cœlo, *illapſa*, ideſt infuſa, vel intus, & in apoſtolis lapſa hac die, *Dudum &c.* Particula hæc *Dudum* licet apud Calepinum, Vallæ teſtimonio, de exiguo tempore dicatur, ita vt tempus vnius diei rarò excedat, tranſcendit tamen quandoque diem, ita tamen vt ſignet præteritum non longè diſtans à præſenti, hoc loci tamen ſumitur pro olim præteriti temporis vt ſit ſenſus, & qui *dudum*, ideſt olim, *repleſti* non vino, non muſto (vt increduli veſano ſpiritu dixerunt) ſed, *tua gratia, ſacrata pe-*

tã mẽſe tertio egreſſionis filiorum Yſrael ex Aegypto.

Ioan. 1. c.

Leuit. 25. c.

2 Cor. 3. c.

Quid figurabat annus iubileus.

Quid ſignificet cælitus, & ſi nomen ſit an aduerbium.

Quid ſignificet particula dudum.

flora tuorum apoſtolorum, ad quos viſibiliter miſſus es in linguis igneis, ad ſignificandum tuę virtutis effectum, quòd diuerſarum linguarum ſermonem in diſcipulis adunares, & in eis linguas omnes vnires, oramus *dimitte nunc*, tempore videlicet vitæ noſtræ *peccamina*, vel *noſtra crimina*, quibus in varias haſce; quas patimur ęrumnas incidimus, *& da quieta tēpora*, ſicque facultas nobis prębebitur ſine impedimento ſeruitio tuo inſiſtendi, cui ſit laus, & gloria, & nunc, & in perpetuum. Amen.

Hymnus ad veſperas in feſto Sanctiſſimæ Trininatis.

SEQVITVR expoſitio hymni. *O lux beata trinitas &c.* qui dicitur ad veſperas in feſto Sanctiſſimæ Trinitatis, ſecundùm ordinem Breuiarij nuper æditi, cuius expoſitionem, quia dedimus in ſabbato ad veſperas, ipſam ibi require.

Hymnus ad matutinum in feſto eiusdem ſanctiſſimæ trinitatis.

Sequitur expoſitio hymni. *Summæ deus clementiæ &c.* qui dicitur ad matutinum in feſto eiusdem Sanctiſſimæ Trinitatis ſecundum ordinem eiusdem Breuiarij iuſſu Pij V. Pont. æditi, ſed quia huius hymni primi verſus expoſitionē dedimus in expoſitione hymni ad matutinum in ſabbato, & ſecundi verſus dilucidationem dedimus in expoſitione hymni ad laudes matutinales feriæ ſextæ, quęre ibi.

Hymnus ad laudes in feſto eiusdem Sanctiſſimæ Trinitatis.

Sequitur expoſitio hymni. *Tu trinitatis unitas &c.* qui dicitur ad laudes matutinales in feſto eiusdem ſuperbenedictæ Trinitatis, ſed quia primi verſus expoſitionem porreximus exponēdo hymnum ad matutinū in feria ſexta, & ſecundi in expoſitione tertij verſus hymni ad laudes matutinales ferię ſextę ibi requirenda eſt.

Hymnus ad veſperas in feſto corporis Chriſti.

Sequitur expoſitio hymni. *Pange lingua glorioſi corporis myſterium &c.* qui dicitur ad veſperas in feſto corporis Chriſti, in quo auctor (qui fuit D. Thom. Aquinas, qui iuſſu Vrbani papæ quarti nedum hos tres hymnos, hunc videlicet, & duos ſequentes compoſuit, ſed totum officium eccleſiaſticum de ſacramento ſacroſanctiſſimo corporis domini noſtri Ieſu Chriſti, non dominus Bonauentura, nam & ſi ipſe eiusdem iuſſu officium huius ſol-

ius ſollennitatis compoſuit, approbata eſt tamen pro meliori, ex- *Compoſuit*
poſitio D. Thomæ) deſcribit primam myſterij ſanctę euchariſtiæ in *hymnos, &*
ſtitutionem à Chriſto factam, & ponit piam exhortationem ad ho- *totũ officiũ*
norandum digniſſimum, & venerabiliſſimum ſacramentum. Ait *de ſacramẽ*
ergo. *Pange lingua &c.* vt ſit ſenſus, *ò lingua*, qua veluti inſtrumẽ- *to corporis*
to vtitur homo ad loquendum, legendum, & canendum, vel ò ho- *Chriſti Diu'*
mo linguam habens ad loquendum, *Pange*, ideſt cantando dic, *Tho. aqnas.*
lauda, narra, *myſterium*, ideſt ſacrum ſecretum, prçfiguratum, &
diuinum ſacramentum, *corporis glorioſi* Chriſti filij dei, præ cæte-
ris excellentiſſimi ex parte rei contentę, continet enim ſub ſacra-
mentalibus illis ſpeciebus panis, & vini, verum corpus, & ſangui-
nem domini noſtri Ieſu Chriſti effuſum in mundi prætium, Cuius *Corp' Chři*
corpus aptè dicitur glorioſum, tum quia gloria, & honore corona- *aptè dř glo-*
tum, & clarificatum, ſedet nunc ad dexteram maieſtatis in excelſis, *rioſum mul*
tum quia ab inſtanti ſuæ Cõceptionis vnitum fuit glorioſiſſime ani- *tis de cau-*
mæ virtutibus omnibus ornatæ, quæ prçcellit oẽs animas, vt pote *ſis.*
plena gratia, & veritate, perfectiſſima in affectiua, & cognitiua,
quęq; ſecundum mentem ſemper fruebatur deo, & verbo ſuper glo-
rioſiſſimo quorum inſtrumentum fuit animatũ, coniunctum, ac pro
prium, & quorum ratione quotquot tangebant ipſum, immo & fim
briam veſtimenti eius, ſalui fiebant a quacunq; detinebantur infir- *Marc. 6. c.*
mitate, & aquæ vim regeneratiuam acceperunt, tum tandem quia
ex puriſſimis glorioſiſſimę virginis ſanguinibus, (ſpũs s. tamen ope
ratione) formatum eſt, & ſumptum, & quo non glorioſum, immo
glorioſiſſimum non dicetur corpus his glorijs, & excellentis orna-
tum, ac decoratum? certè glorioſiſſimum oĩum, quę in terra, & nobi-
liſſimũ eſſe debebat, vt nobiliſſimo, & glorioſiſſimo quod eſt in cæ-
lo congruè poſſet vniri. *Pange igitur lingua myſterium*, & ſacramẽ-
tum figuratum veterũ impletiuum, & miraculorum oĩum à deo fa-
ctorum maximum, *corporis glorioſi* Ieſu Chři filij dei vnici, & dñi
nři, contenti ſub ſacramentali ſpecie panis, & *Pange* ẽt, & concine
myſterium, ſanguinis præcioſi, contenti verè ſub ſpecie ſacramentali
vini, quem videlicet ſanguinem præcioſum, & benè prçcioſum,
quia qui effudit illum, eſt non ſolum, *Fructus uentris generoſi*, ideſt
filius beatę, caſtiſſimæ, & intemeratæ virginis, & vnus, & iſdem
filius dei, ſed *& rex gentium*, de quibus dř, & in eum gentes ſpera- *Iſa. 11. c.*
bunt. An iudæorũ tm̃ eſt deus? nonne & gentium? confiebor tibi *Rom 3. c.*
in gentibus vel nationibus dñe, & nomini tuo pſalmum dicam, vel *Pſal. 17.*
nomini tuo cantabo (vt D. Paulus exponit) quos ita gubernat, ac *Rom. 15. c.*
regit, vt nihil illis deſit vllo tempore in loco paſcuę collocatis, & *Pſalm. 22.*

quid

Nihil deeſt habentibus Chriſtũ, qui regit nos pluribꝰ modis. Ioan 10. c. Apoc. 1. c. Q̃uo sãguis Chr̃i ſit fuſus pro omnibus: et pro multis.

quid ei deeſſe poteſt, qui omnia habentem habet? Regit vt dux viatorem, ne deuiet, iuſtum deduxit dominus per viam rectã. Sap. 10. Regit vt lux in tenebris ambulantes, ne exorbitent, qui ſequitur me non ambulat in tenebris. Ioan. 8. c. Regit vt paſtor gregem, ne à lupis pereat, bonus paſtor dat animam ſuam pro ouibus ſuis, & quis, vt iſte, oues proprio paſcit cruore? *Quem & effudit in præciũ mundi* i. in præcium pro redemptione, & ſalute mundi, & pro peccatis mundi, in ſanguine ſuo lauit nos à paccatis noſtris, qui & ſi pro omnibus quo ad ſufficientiam ſit fuſus, quo ad efficientiam tamen, & efficaciam pro multis tantum, hic calix ſanguinis mei, qui pro multis effundetur in D. Matt. c. 26. (ait Chriſtus) vbi aduertédum, quòd etſi ſub vtraq; ſpecie panis videlicet, & vini, maneat Chriſtus totus indiuiſus, corpus, anima, ſanguis, deus, iuxta illud quod in ſequentia huius ſolẽnitatis legitur, Caro cibus, ſanguis potus, manet tamen Chriſtus totus ſub vtraq; ſpecie, non eodem modo tamen, ſed diuerſo, nam virtute verborum ad hoſtię conſecrationem ſpectantium, ſub ſpecie panis, primo & principaliter, & directè continetur, & vi conuerſionis ſacroſanctum Chriſti corpus, in illis verbis expreſſum, Hoc eſt enim corpus meum, ſecundario, & ex conſequenti, & ex comitantia naturali, ſanguis anima, & diuinitas, quæ nunquam à corpore Chriſti diuiduntur, nec ab inuicem diſſeparantur, eſtq; ibi ſanguis per connexionem, anima p coniunctionem, diuinitas per vnionem, ſub ſpecie verò vini primo continetur ſanguis per conuerſionem ſecundum enunciationem verborum cõſecrationis calicis, Hic eſt eñ calix ſanguinis mei &c. ſecundario ex conſequenti, & concomitanter corpus, anima, & diuinitas, à quibus nunquam ſeiungitur ſanguis ille ſacroſanctiſſimꝰ, & ex quibus quatuor corpore, ſanguine, anima, & deitate, totus Chriſtus coaleſcit, Et quia ſub vtraq; ſpecie totus Chriſtus indiuiſus eſt, corpus, ſanguis, anima, deus, & ſi ſpecies diuerſæ ſint, q̃a panis ex multis granis conficitur, & vinum ex multis confluit racemis, & diuerſæ materiæ etiam, & diuerſæ formę, & multa materialiter, ob quod pluraliter ſacraméta dicuntur ab eccleſia, quę ſic orat, Purificent nos domine ſacramen, taquæ ſumpſimus, vnum tamen vtrobiq;, ac ſimpliciſſimum eſt ſacramentum, quod offertur in eccleſia pro viuis, & mortuis, vt omnibus proſit, quod eſt pro ſalute omnium inſtitutum, vnum dico formaliter, de vnitate perfecta, & integrali loquendo, nam etiam ſecundum philoſophos vnum dicitur, non ſolum quod indiuiſibile vel continuum eſt, ſed etiam ꝙ eſt perfectum, qua vnitate dicitur vnum, hoc ſacramentum, etiam quia

Licet Chriſtus maneat ſub utraque ſpecie totus: non tñ eodẽ modo.

Licet in hoc ſacramento diuerſę materiæ ſint et formæ: unũ tamen ſacramẽtum eſt.

quia ad vnum, & eundem finem, & actum completũ ordinatum. i. ad ſpiritualẽ animæ refectionem, in qua requiruntur ſpiritualis cibus, & potus, ſicut in corporali requirunt̃ duo, cibus qui eſt alimẽtum, & potus qui eſt humidus, vnde in D. Ioan. (cap. 6.) Caro mea dicitur vera eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus, & ſub vtraq; ſpecie idem ſumitur, *Nobis datus &c.* vt ſit ſenſus, qui rex gentiũ. *Datus nobis* i. ad noſtri commodum, & ſalutem à patre, qui ſic dilexit mundum, vt vnigenitum ſuum daret, quem non dedit nobis vt iudicem, & condemnatorem mundi, ſed in redemptorem, qui redimeret nos pretio magno ſui ſanguinis, In ſaluatorem, qui ſaluũ faceret populũ ſuũ à peccatis eorũ, non à tirannis temporalibus, ſed ſpũalibus. In Regẽ, qui nos paſceret, & regeret, ſcientia, & doctrina, Dabo vobis paſtores qui paſcent vos ſcientia, & doctrina gratia in præſenti, & gloria in futuro, Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit pater meus regnum &c. & tandem dedit nobis eũdem in legiſlatorẽ, cui obediendum, anathemate enim feriuntur à Concil. Trid. ſeſſ. 6. can 21. qui dicunt Chriſtum à deo hominibus datum fuiſſe vt redẽptorem cui fidant, non etiam vt legiſlatorem, cui obediant, *Et nobis natus ex intacta.* i. immacalata, & à viro nunquam cognita, *virgine*, in partu, ante partũ, & poſt partũ, Virgine, non ſolum corpore, ſed etiam & mente, & in mundũ veniens à patre egreſſus, *in mundo conuerſatus* (quod à Baruch c. 3. accepit hymni auctor, Poſt hæc in terris viſus eſt (ait) & cum hominibus conuerſatus eſt, & in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuent⁹ vt homo) delitias ſuas reputauit eſſe cũ filijs hominum, & habitare in eis, & cũ eis, *Sparſo ſemine verbi* (adde tu) ſui, ideſt prędicatione legis ſuæ euangelicæ diſſeminata, & dilatata inter iudæos, ad quos principaliter, & in perſona propria venerat, ad hoc enim miſſus erat, vt ciuitatibus Iudęorum euangelizaret, & paſceret ſcientia, & doctrina, & viuificaret oues, quæ perierunt domus yſrael, de quo ſeminatore, & ſemine apud D. Lucam, qui videns ſemen, ideſt verbum vocis, ſeminatum olim per prophętas, non retuliſſe fructum exoptatum, atq; propterea deum non coli, ſed ignorari, virtutes iacere, vitia triũphare, cœlum eſſe clauſum, infernum apertum, agrum, & vineam animarum pro fructu reddere ſpinas, ac tribulos, & agreſtem vuam, ac lambruſcas, decreuit ipſe per ſeipſum ſeminare ſemen ſuum, quod cum factũ eſſet per annos ferè tres. *Miro ordine.* ideſt mira ordinatione rerum arduarũ, inſtitutione uidelicet ſacramenti noui, & noui teſtamenti. *Clauſit*, ideſt terminauit, finiuit, compleuit, *Moras incolatus ſui.* i. tempus ſuæ conuerſationis, habitatio-

Ioan. 3. c.

Datus eſt nobis Chriſtus in redemptorem: et legislatorem

Hier. 3. c.

Luc. 22.

Phil 2. c

Prou. 8. c.

Luc. 4 c.

Matth. 15. c.

Luc. 8. c.

Moras incolat⁹ ſui Chriſtus comple

tatio-

uit non ſine profectu, et cõmodo noſtro maximo.

tationis, manſionis, & vitæ in hoc ſeculo, ſed non ſine noſtri omnium profectu, & commodo maximo, neque enim ſolum inſtitutionem huius ſacramenti excellentiſſimi accepimus cum eſſet in termino curſus vitę ſuæ, ſed ſua ſimplici morte, mortem noſtram duplicem deſtruxit, quod autem tunc temporis inſtitutio ardui ſacraméti corporis, & ſanguinis ſui facta ſit .i. cum clauderet moras incolatus ſui, & tempus curſus vitæ ſuæ, oſtendit auctor hymni ſubdens. *In ſuprema nocte cænæ &c.* ſenſus, & verborum ordo eſt, qui rex gentium, *recumbens* .i. menſæ accumbens, vel ad menſam ſedens (vt recumbere hoc loci, non ſignet nobis, vel iacere, vel inclinari) ſed menſæ accumbere, vel ad menſam ſedere, *cum fratribus* .i. cum apoſtolis, quos viuus, & rediuiuus: fratres dignatus eſt ſuos appellare: cum quibus deſiderio deſiderauit mãducare paſcha antequam

Lucæ 22. c.

pateretur, quos fratres nominat hymni auctor. Primo vt ſe Chr̃o conformet, qui viuus, & rediuiuus (vt dixi) tali nomine dignos effecit, Secundo vt oſtendat quòd ſicut ſolis his, qui fratres Chr̃i ſunt

Cur apoſtolos nominet fratres auctor hymni.

lætum profertur reſurrectionis Chr̃i nuncium, & ad eos ſolos pertinét promiſſiones euangelicæ, ſic ad fratres Chr̃i tantum pertinet ſacramenti huius cum ſalute perceptio, & hi ſoli cum fructu guſtãt cænam hanc ordinatam in memoriam ſuorum mirabilium. Et quid melius, maiusue contingere apoſtolis, & nobis potuit, quam vt fratres Chr̃i ſimus? ex quo ſequitur quòd patrem habeamus deum;

Rom. 8. c.

quòd filij dei ſimus, ac per hoc quòd (vt Paulus ſanctus ait) hęredes dei ſimus, & cohæredes Chr̃i, cum onere tamen illo, ſine quo non tranſit ad hæredes hęreditas (ſomnient (vt lubet) moderni prophetę, quos vanitatis filij carnales non abhorrent) ſi tamen compatimur vt & conglorificemur. Tertio vt oſtendat ꝙ non ſolum verã carnem habeat Chr̃s ſed & ꝙ verum ſit, quòd Sanctus Paulus intonuit Heb. 2. qui enim ſanctificat (Chr̃s ſupple, qui peccatores à vitijs purgat) & qui ſanctificantur ex vno omnes .i. ex eodem patre, atq;

Q̃uo Chriſtus deſcenderit de Adam.

principio profluxerunt, Chr̃s enim ſecundum humanitatẽ aſſumptam deſcendit de Adam, ſicut & nos (excepta infectione orig. peccati) vel ex vno deo patre omnes, diuerſimodè tamen quoniã Chr̃s ſecundum diuinam naturam, eſt filius dei naturalis, & vnicus, nos

Q̃uo nos & Chriſtus ſimus filij dei.

autem adoptiui, & multi, & quia Chr̃us & membra ſua. i. fideles vnum principium paternum habent, & in natura communicat, nõ mirum ſi hymni auctor Chr̃um imitatus apoſtolos appellat fratres Chr̃i, & ipſe Chr̃s non confunditur nos vocare fratres, non obſtãte ꝙ ipſe ſit verus deus, & homo à peccato liber, & immunis, & nos per peccatum degeneres. *Recumbens* igitur *cum fratribus*, rex iſte gẽtium,

tium, *in nocte ſuprema*. i. vltimę, & extremę, *cænæ*, quam cænam ſupremam, & vltimam appellat, quia eã nulla alia cęna ſubſequuta eſt, vt pote facta in ſupremo, vltimo, & extremo vitæ ſuæ tempore, vſus eſt verbo (nocte) hymni auctor, non quòd ſenſerit, ꝙ de nocte facta ſit cęna illa, nam ſi tunc nox erat, quando completis omnib⁹, & cæna, & pedum lotione, & inſtitutione ſacramenti corporis, & ſanguinis Chri, exiuit Iudas ex apoſtolorum collegio, epiſcopatum ſuum alijs relinquens, ſequitur, ꝙ non de nocte facta ſit cæna illa, ſed hoc verbo (nocte) vſus eſt hymni auctor, vt vel oſtéderet ꝙ protendebatur cæna illa legalis vſq; ad noctem, vel vt ſe cõformaret ſcripturę ſacrę q̃ dicit, Et edét carnes nocte illa aſſas agni, & apud D. Paulum ſic habes Dominus Ieſus in qua nocte tradebat accepit panem, at quia conſtat, ꝙ his locis, ſcriptura accipiat (noctem) pro veſpere noctis paſchæ, conſtat etiam ꝙ ſic ſumpſit, noctem, hoc loci hymni auctor, vt ſit ſenſus, ad menſam ſedens cum fratribus rex gentium, *in nocte*. i. in veſpera noctis paſchę, in qua Chrus cænam ſupremam, extremam, & vltimam fecit, *obſeruata plenè*. i. perfectè, *lege*, vetere videlicet Moyſis, & impleto patris pręcepto, *in cibis legalibus*. i. in comeſtione, & eſu agni paſchalis, neq; enim venit ſoluere legem, ſed adimplere. *Cibum turbæ duodenæ &c*. ſenſus eſt, & ut antiquę legi finem imponeret, & nouam inchoaret, *dat ſe*. i. uerum corpus ſuum, *ſuis manibus* ſupple proprijs, *cibum*. i. in cibum ſub ſpecie panis, *turbæ duodenæ*. i. duodecim apoſtolis adde tu, & in potum ſanguinem ſuum ſub ſpecie uini, ſic em̃ habes in euangelio, apud D. Paulum. Accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait, accipite, & comedite &c. & poſtquam cęnauit accepit calicem, & dixit. Bibite ex hoc omnes & apud D. Ioan. 6. c. Caro mea (ait) uerè eſt cibus, & ſanguis meus uerè eſt potus, quòd ſi non addidit hymni auctor, cauſſa huius eſſe potuit, uel quia ſupra mentionem fecerat de utraq; ſpecie uel quia in cibo ſub intelligitur potus, nam cum ad unum, & eundem finem, & actum ordinentur. i. ad ſpiritualem refectionem animarum, in ea requiritur ſpiritualis cibus nedum, ſed & potus, Quib⁹ uerbis hymni auctor multa; & importantia dicere uidetur. Primum: ꝙ non inter cęnandum facta ſit huius myſterij inſtitutio (ut quidam dicere tentarunt) ſed cæna facta, idest non (ut ijdẽ dicunt) præparata, & in conſpectu diſcipulorum appoſita, ſed peracta, atq; completa, quantum ad eſum agni paſchalis, non quantum ad alios cibos, & preſertim corporis ſui, ò ſi facta cęna lauit pedes diſcipulorum, & poſt lotionem cum recubuiſſet iterum, inſtituit corporis,

Per ſuprema cænã intelligenda ẽ ultima cæna & quare.

Cæna facta non fuit de nocte.

Ioan. 13. c.

Exo. 12. c.

1. Cor. 11. c.

Matt. 5. c.

1. Cor. 11 c.

Cibi tm̃, & nõ potus mẽtionem facit hymni auctor, et q̃re.

Inſtitutiõ ſacramẽti eucharſtiæ facta nõ eſt inter cænãdũ.

& ſanguis ſacramenta, ſequitur quòd facta cæna ſe dedit in cibum
Matt. 26.c. & potum apoſtolis, quod ſi dicás euangeliſtam, dixiſſe cænantib⁹
autem illis accepit Ieſus panem &c. Dicam verba illa, hunc ſenſum
habere, cęnantibus ideſt, non cum cęnarent, & legalia perficerent,
ſed in cænæ menſa ſedentibus cum recubuiſſent iterum, vt cænam
vitæ illis daret, in qua non perhiberentur bibere ſanguiné (vt olim
Leuit. 17.c. prohibitum eſt iudeis) at poſt agnum Typicum expletis epulis da-
tum eſt corpus dominicum apoſtolis (ait hymni huius auctor in ſe
quenti hymno) ſecundum importans quòd dicere videtur eſt, quòd
non alijs ſeipſum .i. corpus ſuum in cibum, & ſanguinem ſuum in
potum dederit, ſed tantum duodecim apoſtolis, nam hi ſoli cæna-
runt cum eo, ex quo patet errasse illos qui à communione excluſe-
runt Iudam, & illos qui putant beatam Mariam Chriſti matrem ad
miſſam in hac vltima cæna. *Verbum caro panem uerum &c.* ſenſus
eſt, verbum quod *caro* factum eſt, & habitauit in nobis, & vnige-
nitus dei filius factus homo, *verum panem* triticeum, & frumentitiũ,
verum veritate naturæ, & rei, Hęc n. eſt materia neceſſaria euchari-
ſtię, ſine qua non pōt fieri confectio, & hanc accepit Chriſtus ſecun
Pſalm. 32. dum oẽs euangeliſtas, *verbo* videlicet ſuo, quo cœli nedum firmati
Heb. 11.c. ſunt, ſed oĩa ẽt & ſecula aptata eſſe credũtur, ꝙ quum accedit ad ele-
mentũ fit ſacramentũ. *Carnem*.i.corpus ſuũ *efficit*, & ĩ verum carné,
& corpus ſuũ proprium conuertit, vis hęc igiť in ſermone eſt, non
Sermone hominis, ſed dei, & Chr̃i, ſermone em̃ Chr̃i (ait D. Amb.) hoc ſacra
Chriſti con- mentum conficitur, & ſermo Chr̃i creaturam mutat, in quo ſi tan-
ficitur ſacra ta vis eſt, vt incipiant eſſe, quæ non erant, quanto magis operato-
mentum eu- rius eſt, vt ſint q̃ erant, & in aliud commutentur? Valuit tantum
chariſtiæ. ſermo Helię, vt ignem de cœlo deponeret, & non valebit tantum
ſermo Chriſti vt ſubſtantias mutet? Verbo igitur ſuo Chriſtus pa-
nem verum, efficit carnem ſuam, & eodem, *merum*. i. vinum (qđ
eſt neceſſaria materia calicis) *fit ſanguis Chriſti* i. mutatur, conuer-
titur, & tranſubſtantiatur in ſanguinem Chr̃i, quam ſententiã ac-
cepit hymni auctor ab Euſebio emiſſeno, qui ait, inuiſibilis ſacer-
dos, viſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis ſui,
Dubium. verbo ſuo ſecreta poteſtate commutat, Dices, & quale eſt hoc ver-
Solutio. bum? Reſpondeo. Hoc eſt enim corpus meum &c. & Hic eſt em̃
calix ſanguinis mei &c. quibus verbis vim cooperatoriam cõtulit,
ita vt in vltimo prolationis dictorum verborum articulo, quod verè
panis erat, & vinum, iam non panis ampli⁹, & vinum, ſed verum
corpus, & verus ſanguis Chriſti fit, non obſtante, ꝙ *ſenſus deficiat*,
qui tantum de accidentibus iudicat ſibi notis, & non videt, odorat,
tangit,

tangit, & guſtat niſi viſibiles illas ſpecies, quia *ad firmandum*. i. ſtabiliendum, corroborandum, & confortandum, *cor ſincerum*. i. purum, & clarum, & ad roborandum mentem puram, *ſola fides ſufficit*. i. vt credat, inuiſibile viſibiliter ſumi, aliena ſpecie occultatũ, & q ſub illis ſpeciebus viſibilib⁹ (quę tantum ſacramentum ſunt, & geminę rei ſigna videlicet rei ſignatę, & non contentæ quę vnitas ẽ fidelium, & eccleſię in prędeſtinatis, vocatis, iuſtificatis, & glorificatis; & rei contentę, & ſignificatę, q̃ eſt caro Chriſti, quam de virgine traxit, & ſanguis, quem pro nobis fudit, vtramque enim rem hanc ſignificat, & vtriuſque ſimilitudinem gerit expreſſam) lateant res eximię. i. ſacrum Chri corpus ſpeciebus panis obtectum, & precioſus ſanguis eius: vini ſpeciebus obuelatus. *Tantum ergo ſacramentum ueneremur &c.* ſenſus eſt, & quia res eximiæ latent ſub his ſpeciebus panis, & vini. i. verum Chri corpus, & verus ſanguis, dignum eſt ergo, ut *cernui*. i. curuo, & inclinato capite, & toto corpore humiliter procũbentes, *veneremur*, & latria adoratione adoremus, *tantum*, & prę̨clarum *ſacramentum*, non ſecramentum ſolũ, ſed ſacramentum, & rem quod eſt caro Chriſti propria & ſanguis, quæ dei, & hominis caro, & ſanguis eſt, q̃ ſecundum deitatem, cui ſemper uniuntur, adoratione latria adoranda ſunt, q̃ adoratio cultus eſt, ſoli deo competens, & ſecundum humanitatem aſſumptã adoratione hyperdulia, q̃ excellentiſſimis, et omni uirtutum genere ornatis, et gratię gradibus inſignitis debetur. *Et antiquum documentum &c.* i. teſtamentum, inſtrumentum, à deo per Moyſen datum, continens agni paſchalis immolationem, et ritum uariorum ſacrificiorum, q̃ imperfecta erant, nihil enim ad perfectum adduxit lex heb. 7. cum obſeruatores ſuos ad perfectam iuſtitiam adducere non poſſet, dedi eis precepta non bona, et iudicia in quibus non uiuent (ait deus in Ezech.) quoniam non erant niſi umbra, et figura ueri nři hui⁹ ſacrificij, in quo non ſanguis offertur brutorum, quẽ prohibentur iudei bibere, ſed ſanguis ueri dei, et hominis ueri, quẽ chriſtiani iubentur bibere, ſi uolunt habere uitam, q̃ deus eſt, qui vita animæ noſtræ eſt, quem qui inueniunt, uitam inueniunt; ait Salomon, *Cedat* i. locum preſtet: *Nouo ritui*. i. nouo inſtrumento, & teſtamento, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt, nam non promittit terrena, ſed æterna, nam ſi illud prius culpa uacaſſet, eſſetq; irreprehenſibile: non utiq; ſecundi huius locus inquireretur, ex cuius inſtitutione legalia defecerunt, quę cum eſſent umbra, et figura, adueniente ueritate, et exemplari ceſſare cœperunt, unde ſicut adueniente die, nox propellit, et nouitate inducta,

Species viſibiles ĩ ſacrõ eucharistia tantũ ſacramẽtum ſunt & ſigna rei ſignatæ, & rei contentæ, & ſignificatæ.

Caro Chriſti & sãguis qua adoratione adorãda ſunt.

Sacrificia ueteris legis imperfecta erant & cur.

Ezec. 20.

Deut. 30. c.
Prou 8. c.
Heb. 8. c.

Leuit. 26.c. vetuſtas abijcitur, & nouis ſuperuenientibus vetera proijciuntur:
Coruſcante ſic coruſcante nouæ legis gratia, non amplius locum habere debēt
noua legis veteris legis cerimoniæ, nam cum ſanguis brutorum minus valeat,
gratia uete- quam humanum, non potuit deo ab homine oblatus, hominē re-
ris legis ce- conciliate, impoſſibile eſt̄ eſt ſanguine Taurorum, & hyrcorū au-
rimoniç de- ferri peccata: benè autem ſanctificabant ad emundationem carnis,
fecerunt. & munera, & hoſtiæ q̄ offerebantur perfectū non faciebant ſeruien-
Heb. 10.c. tem, ſolummodo in cibis, & potibus, varijs baptismatibus, & iuſti
Heb. 9.c. tijs carnis vſq; ad tempus correctionis impoſitis. i. vſque ad Chri-
ſtum, qui vniuerſa hęc emendauit, & induxit cultum verum, ſpiri-
tualem, & nouum, hinc mundum ingrediens patri dicit hoſtiam, &
Pſal. 39. oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi: holocauſtomata ꝓ
peccato non tibi placuerunt, tūnc dixi ecce venio, vt faciam volū-
Heb. 10.c. tatem tuam, aufert primum vt ſequens ſtatuat cui locum dare debet
primum, & antiquum, quod ceſſare debet, nouo, & meliori intro-
ducto, in quo pro agno figurali, celebratur, & frequentatur ſacro-
ſancta euchariſtia, & pro azymis panibus, ſumitur panis vitæ, quē
Ioan. 6. c. qui manducat viuit in æternum, in quo populus, qui Chriſto ad-
hæret, paſcha facit ideſt, tranſitum ex lege Moyſi ad legem *Chriſti*;
ex vmbra ad veritatem, ex tenebris ad lucem, ex figuris ad figura-
tum, ex timore ad amorem, ex peccatis ad gratiam, ex Aegypto
ad deſertum, ex deſerto ad terram promiſſionis, ex exilio ad patriā,
& ex mundo ad cœlum. *Præſtet fides ſupplementum &c.* ſenſus eſt,
& quia hæc inuiſibilia ſunt, ita ut ſenſu exteriori percipi nequeant,
defectui exteriorum ſenſuum ſuppleat fides, vt quod nec intelle-
ctu (ne dicam ſenſu) capere valemus fide apprehendamus, & cre-
dulitate firmiſſima teneamus: in loco enim ſumus vbi ambulare per
fidem oportet, nec dum per ſpeciem: magnum eſt, magnum eſt,
quòd ſponſa amabilis, ſponſum ſuum habeat in ſacramento, in cœ-
lo habitura ſine velamento, & hic, & ibi veritas, ſed hic palliata,
1. Cor. 13. c. ibi manifeſta, videmus nunc per ſpeculum in ænygmate (ait Diu.
In ſacrō eu- Paulus) tunc autem facie, ad faciem, fides eſt neceſſaria hoc loci;
chariſtia fi- ſcientia rationis ſuper uacua, immo nociua, hoc ſacramentum fi-
des eſt neceſ des credat, intelligentia non requirat, ne aut non inuentum, putet
ſaria, rō ue incredibile, aut repertum, non credat ſingulare, neceſſario fidem
ro nociua. exigit, rationem omnino non admittit, expetit ſimplicem credi-
torem, arguit improbum diſcuſſorem, & ideo credamus ſalubri-
ter, quod inueſtigari nequit vtiliter, & ſufficiat: quòd ſic ſumen-
dum propoſuit corpus, & ſanguinem ſuum, vt ſenſus in vno foue-
retur, & fides in altero ędificaretur; fouetur ſenſus in vno, dum ſo-
lita.

lita, & conſueta tantum proſpicit, ædificatur fides in altero dum oculo carnis vidente aliud exterius, oculus cordis aliud ſentit, & reueretur interius, aliud namque latet, aliud patet, quia poſuit tenebras latibulum ſuum. *Genitori genitoque*, vt ſit ſenſus: *Laus, & iubilatio, ſalus, honor, virtus, & benedictio ſit genitori*, ideſt patri, *& genito*, ideſt filio, *& compar*, ideſt æqualis, *laudatio ſit procedenti ab utroque*, ideſt ſpiritui ſancto, quem ab vtroque ideſt patre, & filio procedere confitemur. Amen.

Pſalm. 17.

Hymnus ad nocturnum in feſto corporis Chriſti.

SEQVITVR expoſitio hymni: *Sacris ſolennijs &c.* qui dicit ad matutinum nocturnū in feſto corporis Chriſti, in quo auctor D. Tho. Aquinas commemorat inſtitutionē ſacramenti ſacroſancti euchariſtię, aſſerit Chriſtū dediſſe diſcipulis corpus ſuum, poſt eſum agni typici, & expletis veteribus epulis, & tādem oſtendit, & apertè explicat officium ſumendi videlicet panem hunc angelicum, & dandi eūdem cæteris, cōmiſſum eſſe ſolis præſbyteris, & ſacerdotibus ab ep̄is à S. videlicet ſede authoritatem habentibus initiatis, & conſecratis, Ait ergo. *Sacris ſollennijs &c.* vbi primo loco notandum, ꝙ nomen hoc ſolenne (quod per ſimplex l. & duplo n. ſcribi debet) quidam imperite per duplex. l. & per m. in ſecunda ſyllaba hoc modo ſcribunt, & proferunt *ſollemne*, & quidā etiam per p. vltra ꝑdicta hoc modo ſollempne, & ſollempnitas: ſed hoc non dixiſſent, ſi animaduertiſſent, nomen hoc deriuari & componi à verbo ſoleo. es. & à nomine annus, quia ſolet eſſe ſingulis annis, vnde quia verbum ſoleo per ſimplex. l. ſcribi, & proferri debet, & nomen annus per duplex N. patet quod nomen ſolenne ab illis perfectum, atque compoſitum non per duplex. l. & m. & p. ſcribi, vel proferri debet, ſed per ſimplex. l. & duplex. n. & hoc ſiue inflectatur vt fiat nomen tertiæ declinationis quod in ablatiuo, & datiuo pluralibus facit ſolennibus, ſiue declinetur ut ſit ſecundæ inflexionis, id quod ſolet vſus eccleſiaſticus frequens, quod in plurali numero facit ſolennia. orum, & in datiuo, & ablatiuo ſolennijs. Quidam dicunt componi à ſolido. as. ideſt firmo, quia ſolidum propter religionem mutari non debeat, ſollemnitas à ſanctis dicitur ita ſuſcepta, vt mutari ob religionem non debeat. Quidam dicunt ſolennis componi à ſolus, & annus, vt dicatur ſolennis, quia, vel quaſi ſolus in anno, quia ſemel in anno, & quomodocunq; dicatur ſemper dicimus ꝙ proferri, & ſcribi debeat per

Quō ſit ſcribendum hoc nomen ſolēne: & proferendum.

ſimplex

ſimplex l & duplex. N. hoc modo *ſolennis*, & non (vt imperiti) per duplex l. & m. & p. hoc modo ſolemne, vel hoc modo ſollempne, & ſignat nobis nomen hoc celebrem, & feſtiuum diem, à ſanctis ita receptum, vt mutari ob religionem non debeat, ſed ſingulis annis, & ſemel in anno abſque intermiſſione celebrari, Ait ergo hymni auctor. *ſacris his ſollennijs*, ideſt celebribus, & feſtiuis diebus, quę ſingulis annis celebrari à nobis debent abſque intermiſſione, maxime cum recepta ſit hæc ſolennitas, non ab vna tantum propria, ſed à tota vniuerſali eccleſia, *iuncta ſint gaudia* ſpiritualia interna, & externa, animę videlicet & corporis, vt verum ſit quod Sanct⁹ Dauid intonat cor meum, & caro mea exultent in deum viuum, cor per deuotionem, & caro per hylaritatem, & ita gaudio ſpirituali pfruatur vtrumque, vt non diſcordent, quod quidem ſolent, nam caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Gal. 5. & frequenter captiuat eũ, & facit exultare, non in deum viuum, qui facit viuere, & corpus, & animam, ſed in deum mortuum ideſt peccata quę mori faciunt, & ad mortem deducunt, ſi cũ Dauid S. ante archam omnia ſigna internæ hilaritatis, & lætitiæ, & gaudij, ĩ apparatu, geſtibus, uoce, & vultu oſtendit, cur non exultabunt labia noſtra interiora intellectus videlicet, & affectus, quibus oſculari debemus ſponſum, vt labium intellectus coniungatur veritati, & labium affectus bonitati, & anima noſtra non tripudiet in his ſacris ſolennijs, quibus miſerator, & miſericors dominus eſcam dedit timentibus ſe in memoriam ſuorum mirabilium? non potuerunt continere ſe ſe filij yſrael ex apprehenſione boni ſibi à deo communicati in liberatione, & exitu ipſorum ex Aegypto quin deforis voce, vultu, geſtibus domino canerent canticum exultationis, & lætitiæ, & nos mœſti erimus, & non exuberanter lætabimur in apprehenſione tot bonorum, beneficiorum, & operum à Chriſto nobis factorum in illa nouiſſima, & vltima cœna ſua? ſacris igitur his ſolennijs iungantur, gaudia, & exhilarationes internę, & ſpirituales, mentis, & animę, quæ tantæ ſint, vt ex earum magnitudinę redundent in corpus, & carnem, ita vt & ipſa concorditer exultet in deo ſalutari ſuo, illiq́; gratias referat ob tot, & tanta beneficia ſibi collata. *Et ex precordijs ſonent preconia*; ſenſus eſt, & ita gaudia interna ſint iuncta his ſolénijs, vt ex precordijs ideſt intimis cordium noſtrorum affectibus, vel ex interioribus partibus cordi vicinis (ſunt enim precordia propriè partes laterales nothis coſtis ſubiectæ, hepati, vel iecuri venarum omnium principio & lieni, vel ſpleni ſuperiacentęs) *ſonẽt preconia*. i. laudes deforis, ſono vocis deo pronuncientur vult enim

Quid nobis ſignet hoc nomen ſolẽne.

Pſal. 83.

Et caro & cor exultare debent in ſolennitate corporis Chriſti, & cur.

Pſal. 110.

Exo. 14 c.

Præcordia quæ ſint.

nos precones eſſe preconiorum i. laudum, famæ, et gloriæ ſuæ, &c. ita vt preconizatio oris orrum habeat, ex cordis penetralibus, nam reuera vanus eſt oris ſonus ſine mente (hypocritæ enim ſunt qui labijs honorantes deum, cordè longè ſunt ab eo) *Recedant vetera &c.* hoc loci per vetera debemus intelligere vitia, et peccata non legalia ſacramenta (vt quidam putant) vt ſit ſenſus, et quia in his ſacris ſolennijs preponitur nobis ſumendus is, qui noua facit omnia iuſtum eſt, vt nouis ſuperuenientibus vetera proijciamus .i. vitia, et peccata deponamus ex corde, ore, et opere; et verè dici poſſit, vetus error abijt, quæ vetera dicuntur, quia vetuſtam faciunt pellem. i. animam noſtram, et rurſus veterem hominem induunt, quem ſemper vt deponamus monet D. Paulus. Deponite (ait) ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem, et expoliantes vos vetere hominem, *Noua ſint omnia*, prius prędicat, vt vetera recedant, et abeant, et poſtea vt noua ſint omnia, nam reuera, et Chriſtus ait, vinum nouum, in vtres nouos mittendum, vt ambo conſeruentur, omnia, ſint noua (ait) videlicet corpus, anima, cogitatio, verbū, *corda, voces, & opera*, ſicque renouari intus, et extra preſtò ſimus his ſolennijs cum fructu, *noctis recolitur cæna nouiſſima &c.* vt ſit ſenſus, *cæna nouiſſima*, et vltima noctis .i. vel q̄ pretendebatur uſq; ad noctem, uel quæ fiebat in ueſpere noctis paſchę, *recolitur* .i. rememoratur, et ad memoriam reducitur, *qua*.i. in qua cęna *creditur*, ꝙ *Chriſtus* dominus, ac redemptor noſter dederit *fratribus*.i. apoſtolis, quibus cum deſiderio deſiderauit manducare antequam pateretur, *agnum* paſchalem, *& azyma*.i. azymos panes, ſinceros, et ſine fermento, Dicitur enim azymus, à ſimos quod eſt fermentum, & A. quod eſt ſine, per ſeptem enim dies azyma comedebatur, quorum dierum, primus ſolennis erat, et ultimus eadem feſtiuitate uenerabilis, *iuxta legitima priſcis indulta* patribus, ideſt ſecundum tenorem preceptorum, et legalium traditionum indultorum datorū, traditorum ſecundum legem (eſt enim legitimum id quod ęquum, iuſtum, conueniens eſt, et ſecundum legem factum, inde legitimi filij dicuntur, qui ſecundum legem nati ſunt) *priſcis*.i. antiquis patribus, inter q̄ erat legitimum illud, et inſtitutio, vel traditio à deo tradita, et inſtituta, de manducando paſchali agno, cum azymis panibus, *& indulta* .i. tradita, et pręcepta *priſcis patribus* .i. Moyſi, Aaroni, et filijs yſrael, antequā exirent de Aegypto. Et quia hymni auctor dicit Chriſtum dediſſe apoſtolis azymos panes in vltima cæna, qua cænauit, et manducauit cum eis, iuxta traditionem traditam antiquis patribus, et euangeliſtæ ferè omnes dicunt prima die azymo-

Iſa. 29. c. *Apoc. 21. c.* *Leuit. 26. c.* *Iſa. 26. c.* *Peccata dicuntur vetera & cur.* *Tren. 3. c.* *Eph. 4. c.* *Coloſſ. 3. c.* *Matt. 9. c.* *Vnde dicat azimus.* *Exo. 12. c.* *Quid ſit legitimum ad uerte.* *Exo. 12. c.* *Matt. 26. c.*

Marc. 14. c. *Luc. 22.*

azymorum acceſſiſſe diſcipulos ad Ieſum, et dixiſſe. Vbi vis paremꝰ tibi comedere paſcha? Mirum quomodo græci cum latinis contendentes, auſi ſint dicere, Chriſtum cænaſſe cum apoſtolis 13. luna, quum adhuc fermentatum reperiebatur in domibus iudęorum, qua ratione & ipſi non in azymo, ſed in fermentato conficiunt, Mirum etiam quomodo quidam dicant, & teneant, Chriſtum paſcha celebraſſe feria quinta, quando erat naturalis luna 14. & Iudeos celebraſſe paſcha feria 6. in quam diem tranſtulerunt paſchæ ſolennitatem, & cauſſam habuerunt transferendi illam in diem alterum, quem uocabant etiam 14. lunam, non naturalem tamen, ſed legitimam, quia occupati fuerant (inquiunt) in Chriſto comprehendendo, interrogando, & condemnando, habent pro ſe iſti D. Ioan. qui uidetᵉ dicere feria ſexta non intraſſe iudæos ī pretorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent paſcha. At ego dicerem cum doctoribus non ruſticanis, quòd ſimul Chr̄us (qui non venit ſoluere, ſed adimplere legem) & iudęi celebrauerint paſcha, & non diuerſis temporibus, & diebus, & quòd non neceſſe habebant impediri cauſſis ſupradictis, nam cęna in qua agnus mãducabatur fiebat ad veſperam paſchæ, & protendebatur vſque ad noctē, & Chr̄s nocte illa poſt cænam factam captus eſt, & ad tribunalia Annę, & Cayphæ ductus, Et ad dictum D. Ioan. reſponderē, ꝙ nomine paſchę non intelligat immolationem agni paſchalis, ſed voluit illo nomine ſignificare azymos panes paſchales, quos ſeptem diebus comedebant, & quos non licebat hominibus immundis comedere (adeò enim ſuperſtitioſi erant phariſęi, excolantes calicem, & deglutientes camelum, et ſcribæ illi) quòd non ſolum incontaminati volebãt agnum manducare, ſed etiam incontaminati volebant totã paſchæ ſollennitatem, et feſtiuitatem celebrare, et ideo non ſunt auſi ingredi prętorium, ne contaminarentur, et ut manducarent paſcha, non agnū paſchalem intellige, ſed azymos panes, quos incontaminati edere volebant à 14. die primi menſis vſq; ad vigeſimãptimã dicti mẽſis ad veſperam, et vide tu eorum prepoſteram religionem, putant contaminari ingreſſu in prætorium, et non occiſione Chr̄i innocentis. *Poſt agnum typicum &c.* ſenſus eſt, poſt cuius agni typici, et figuratiui eſum (figura.n. fuit & typus veri agni ſaluatoris noſtri domini, qui tollit peccata mundi, cuius ſanguine liberati ſumꝰ ab exterminatore) *expletis epulis* ſupple legalibus, et lotis apoſtolorum pedibus fatemur. *Diſcipulis datum corpus dominicum* ſub ſpecie tritricei panis, non fermentati (vt græci garriunt contrarium opinantes) non obſtante, quòd tolerentur ab eccleſia iuſtis tamen ex cauſſis,

Paſcha celebrauit Chriſtus ſecūdū quoſdam feria quinta, & iudæi trāſtulerunt illius ſolennitatem in feriā ſextā, ēt aſſignatur cauſſa

Ioan 18. c.

Eodem tempore Chriſtū & iudeos celebraſſe paſcha ualidiſſimis rōnibus contēdit auctor expulſis aliorum ſententijs & argumentis eneruatis.

Matt. 23. c.

Tolerantur ab eccleſia

cauſſis, vt in fermentato conficiant, ſed azymi (neque enim tunc temporis fermentatum reperiebatur in domibus iudæorum iuxta ordinem, & præceptum ſibi datum à deo) quanuis non ſit de neceſſitate ſacramenti quòd ſit azymus, vel fermentatus, quia in vtroq; confici poteſt, non obſtante, quòd ſicut peccat presbyter in eccleſia latinorum celebrans in pane fermentato, ita peccet pſbyter græcus in eccleſia græcorum celebrans in azymo quaſi peruertens ordinem, & eccleſiæ ſuæ ritum, quem conueniens eſt, vt vnuſquisque ſeruet in ſacramenti celebratione. *Et proprijs manibus ipſius* Chriſti fatemur datum, & porrectum eis, & ſic totum, & integrum omnibus, quod totum, & integrum, atque perfectum, ſingulis (omnes enim & ſinguli idem omnino corpus Chriſti ſumpſerunt, & totum integrum, atque perfectum, quod ferrebat in manibus proprijs) cuius figuram expreſſit Dauid, de quo primo reg. 21. legitur, quod ferebatur in manibus ſuis ſecundum æditionem 70. quem locum explicans D. Auguſtinus in pſ. 33. ait, Hoc verò fratres quomodo poſſit fieri in homine, quis intelligat? quis enim portatur in manibus ſuis? manibus aliorum portari poteſt homo, ſuis manibus nemo portatur, quomodo in ipſo Dauid ſecundum literam intelligatur non inuenimus, in Chriſto autem inuenimus, ferebatur enim Chrus in manibus ſuis, quando commendans ipſum corpus ſuum (ait) Hoc eſt corpus meum, ferebat enim illud corpus in manibus ſuis, ſeipſum itaq; ferebat Chriſtus in manibus ſuis, quando dixit apoſtolis, Accipite, & comedite, Hoc eſt corpus meum, de quo non ſolum dicimus, quod totum omnibus, & ſingulis porrexerit integrũ atq; perfectum, ſed etiam hoc, quod tantum ſit in parua, quantum in magna hoſtia, & ĩ qualibet etiam minima particula, totum in tota, & totum in qualiber parte, hinc D. Aug. Singuli accipiunt Chrum dominum, & in ſingulis portionibus totus eſt, nec per ſingulas minuitur, ſed integrum ſe præbet in ſingulis, vt non plus ſacerdos, quã laicus, nec minus laicus, quam ſacerdos accipiat, cujus rei figura extitit in manna de quo, nec qui plus collegerat, plus habuit, nec qui minus parauerat, reperit minus, hinc eccleſia in proſa huius diei canit: Fracto demum ſacramento, non vacilles, ſed memento, tantum eſſe ſub fragmento, quantum toto tegitur. *Dedit fragilibus*, ideſt apoſtolis nondum confirmatis, ſed adhuc imbecillibus, infirmis, debilibus, & animo inualidis contra terrores, & pericula, & ſi in tranquillitate exiſtentes multa de ſe promitterent, hinc quidam audientes, Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? reſponderunt humanæ ſuperbiæ verbum, & hominum de ſe nimium

græci confi-ciẽtes in fermentato.

Exo. 12. c.

Oẽs et ſinguli apoſtoli ſũpſerũt idem omnino corpus Chriſti, & totum.

Tantum eſt Chriſti corpus ĩ parua hoſtia quantũ ĩ magna.

Exo. 16. c.

Vere fragiles & imbecilles erant apoſtoli.

Matt. 20. c.

præſumentium, poſſumus. Et Petrus, quum audit, Omnes vos ſcã
dalum patiemini in me in nocte iſta, reſpondit, & ſi omnes ſcanda
Matt. 26. c. lizati fuerint in te, ſed non ego, at in tempeſtate re ipſa comproba-
runt, quod aliter res ſe habebat, nam relicto eo omnes fugiunt, &
Petrus ad vnius ancillæ vocem, ter negat. Vide igitur quam ſint
imbecilles, & infirmo animo, his igitur *fragilibus*, & de facili ca-
ducis, *dedit* Chriſtus *corporis ſui ferculum*, ideſt corpus ſuum in fer-
culum, & cibum, quo corde confirmarentur, quia ſi panis materia-
Corp⁹ Chri- lis cor hominis confirmat, quanto magis panis iſte ſacratus, edu-
ſti cor homi ctus de farina beatę virginis, confirmabit cor hominis ad malum vi
nis cõfirmat tandum, & bonum faciendum? Et *iyſdem triſtibus*, & contriſtatis,
magis quã tum de eo quod dixerat, quia vnus veſtrum me traditurus eſt, tum
panis mate- quia dixerat. Modicum, & videbitis me, dedit *ſanguinis poculum*,
rialis. ideſt ſanguinem ſuum in potum, quod fuit ſolatium ſingulare de
Ioan. 16. c. ſua contriſtatis abſentia, quo cor eorum lætificatum eſt, nam ſi vi-
Pſal. 103. num materiale, & terrenum lætificat cor hominis, quanto magis vi
num paſſionis Chriſti, & euchariſtiæ, de vua corporis eius expreſ-
ſum in torculari crucis? quod verè lætificat, alioqui non diceret Sa
Eccl. 9. c. lomon, comede cum lętitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinũ
Quid ſit po tuum, Dixit poculum; eſt enim poculum, vel uas, quo bibitur à po
culum. tione dictum, vel ſignat ipſum potum, vel potationem, quis loque
Pſalm. 105. tur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius? Viderat do
minus nos poſſe deficere in via, quare noſtri miſertus, ſicut ſuper
Marc. 8. c. turba quam refecit ne vires noſtræ deficerent, de ſpirituali, & ſacra
mentali nobis alimonia prouidendum eſſe putauit, & non vulgari
Chriſtus nos aliquo, & vſitato cibi genere, ſed ſui ſanctiſſimi corporis, ſui præ-
paſcit, & re cioſiſſimi ſanguinis alimento nos reficiendos eſſe putauit, quis pa-
ficit ſuo ſan ſtor vnquam ſuis membris oues ſuas nutriuit? quam multas matres
ctiſſimo cor videmus, quæ non ſuis vberibus quos pepererunt infantes lactaue-
pore, & prę runt, ſed eos nutricibus alendos dederunt, at non ita dominus no
cioſiſſimo ſã ſter, ſed proprio corpore ſuo, proprio ſanguine ſuo, nos alere, ſi-
guine. bique coniungere, & conglutinare dignatus eſt, & illud ipſum cor-
pus, quod pro nobis in cruce pependit, illum ſanguinem, qui fu-
ſus eſt in remiſſionem peccatorum noſtrorum, nobis in cibum, &
potum dedit, ſed non ſub viſibili illa ſpecie, qua pependit in cruce,
ſed inuiſibili ſub viſibilibus panis, & vini ſpeciebus, et incorrupti
bile iam, & immortale. *Dicens accipite quod trado uaſculum*, ideſt
paruum vas, diminutiuum enim eſt, ideſt calicem, in quo ſanguis
meus continetur, in quo verbis conſecrationis prolatis, vinũ tranſ-
mutatum eſt, tranſelementatum eſt, & tranſubſtantiatum eſt (vt in
magno

magno illo Concilio Lateranẽ. definitum eſt, duobus patriarchis preſentibus conſtantinopolitano, & hieroſolymitano) *omnes ex eo bibite*, quod verbum ſumpſit hymni auctor ex D. Matth. qui ait bibite ex eo omnes, & ex D. Marc. & biberunt ex illo omnes, *ſic ſacrificium iſtud inſtituit &c.* ſenſus eſt, non ſolum euchariſtia ſacramentum eſt, ſed ſacrificium ratione preteriti, inquantum eſt repreſentatiuum dominicæ paſſionis, quæ eſt verum ſacrificium, & inquantum per hoc ſacramentum dominica paſſio offertur, neque .n. ipſe offerendi actus eſt ſacrificium, ſed id quod deo offertur, & immolatur, hinc D. Auguſtinus iteratur hæc oblatio quotidie, licet Chriſtus ſemel paſſus ſit in cruce, & carne, ſed quia quotidie labimur, quotidie Chriſtus pro nobis immolatur: id eſt immolatio deo offertur, & paſſio eius in miniſterio traditur, vt qui ſemel moriendo mortem vicerat, quotidie recidiua delictorum per hæc ſacramẽta corporis, & ſanguinis, expurget, quod quidem ſacrificium ſic inſtituit in cæna dominus noſter Ieſus Chr̃us quòd ſacerdotes conſtituens apoſtolos illis verbis hoc facite in meam commemorationem, *officium* conficiendi videlicet conſecrandi, & celebrandi, *ſolis præsbyteris*, & ſacerdotibus *committi voluit*, ad ſolus enim ſacerdotes, qui ritè ſunt ordinati ſecundum claues eccleſię quas ipſe conceſſit apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus (vt determinatum eſt in gen̄. Concilio Lateranẽ. ſub Innoc. tertio) pertinet miſſam in perſona eccleſiæ celebrare, hoc eſt ſacramentum corporis, & ſanguinis Chriſti conſecrare, & myſterium paſſionis Chriſti ſub illis ſpeciebꝰ ſolenniter repreſentare, & offerre, & ſic ꝙ ſi non ſacerdotes attentarent, nihil efficerent, nulli enim angelorum, nullis ſupernis ſpiritibus, ſed ſolis hominibus, hoc officium committitur, omnis namque pontifex ex hominibus aſſumptus (ait Sanctus Paulus) ꝓ hominibus conſtituitur in his q̃ ſunt ad deum, & non omnibus hominibus, ſed hominibus ſacerdotibus, ac epiſcopis conſecratis, ſcio vtique verum eſſe omnes chriſtianos eſſe ſacerdotes, quia membra ſunt omnes illius ſummi ſacerdotis Chriſti, ſacerdotis in eternum, non ſecundum ordinem Aaron, ſed ſecundum ordinem Melchiſedech, & ſacerdotio illo vniuerſali, quod credentibus omnibus cõceſſum eſt, quorum functio eſt offerre hoſtias orationum, & ſanctarum meditationum, & ſpiritualium inſtructionum, & offerre ſeipſos deo in odorem ſuauitatis, & ſacrificium etiam à ſacerdote conſecratum ſpiritualiter offerre deo patri in memoriam, & recordationem paſſionis Chriſti, & deprecari, vt illam per hoc ſacrificium repreſentatam, dignetur applicare ſibi, vel ſuis, vel etiam alijs extra-

Matt. 26. c.
Marc. 14. c.
Sanctiſſima euchariſtia, & ſacramentum, et ſacrificiũ eſt, & quomodo.

Matt. 26 c.
Ad ſolos ſacerdotes pertinet miſſam celebrare. i. ſacramentũ corporis, & ſanguinis Chriſti conſecrare.

Heb. 5. c.

Oẽs chriſtiani ſunt ſacerdotes, ſed uide quomõ.

neis, hoc enim habetur in canone miſſæ, in quo dicitur, Et omniũ circunſtantium, quorum ſibi fides cognita eſt, et nota deuotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt ſacrificium, pro ſe ſuiſq; omnibus, pro redemptione animarum ſuarũ, pro ſpe ſalutis, & incolumitatis ſuæ, de quo abſque dubio loquitur D. Pet. quũ. i. Can. Vocat omnes chriſtianos ſacerdotes, quòd ſentit etiam D. Ioan. in Apoc. At ſacerdotio illo priuato, quod Chriſtus nouiſſima cæna, & die octauo paſchę inſtituit, non omnes ſunt ſacerdotes, ſed tantum illi, qui ab epiſcopis ordinati dicuntur, quorum munus, & functio eſt, non ſolum alios in doctrina, & verbo dei inſtruere, vt ſint firmi in fide, ſpe, & charitate dei, & proximi, ſacramenta adminiſtrare, iuxta ritum ab apoſtolis ad hæc vſque tempora deriuatum, & laudabiliter à tota eccleſia receptum, peccata retinere, & remittere, ſed etiam conſecrare, & offerre in miſſa ſacroſanctam euchariſtiam, id eſt verum Ieſu Chriſti corpus, ſuper quod ſimplex ſacerdos accipit poteſtatem in ſua conſecratione. Valeant igitur hæretici aliter opinantes, & ad hoc munus, & officium omnes fideles indiſcriminatim, & indifferenter admittentes etiam mulieres, quarum ſexui repugnat officium ſacerdotale, ſicut & populis pręeſſe, & alios docere, tum quia ſuapte natura, & de iure naturæ ſubiectionis ſtatum habent, tum quia ratio debilis communiter eſt in eis, nimis loquaces ſunt, & ad vanitatem proclines, & earum ſermo luxuriam potius incitat ſæpe, quam deuotionem, iuxta illud, Colloquium mulieris quaſi ignis exardeſcit, hinc Diuus Paulus (ait) mulier in ſilentio diſcat, cum omni ſubiectione, Docere autem (etiam ſi ſit docta & ſancta) mulieri non permitto, neque dominari in virum. & alibi mulieres (ait) in eccleſijs taceant, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe ſicut lex dicit, quibus in locis docendi publicè libertatem mulieribus interdicit, non priuatam, & domeſticam circa filios, & filias, & perſonas ſibi ſubiectas, quam libertatem concedit in epiſt. ad Tit. cap. 2. & plures viæ ſunt, inter quas Symphoroſa, quę ſeptem filijs magiſtra fidei fuit, & dux ad martyrium eiſdem extitit, & Sancta Fœlicitas, quæ ſeptem filios timens viuos poſt ſe relinquere, hortata eſt, vt in fidei confeſſione perſeuerarent, de qua Diuus Gregorius, credendo extitit ancilla Chriſti, & prædicando effecta eſt mater Chriſti, Hoc igitur officium inquit hymni auctor, ſequens eccleſiæ ſanctæ determinationem, ſolis presbyteris ab epiſcopo conſecratis, voluit dominus vt committeretur. *Quibus ſic congruit ut ſumant*, quum celebrant integra ſacramenta, id eſt ſub ſpecie panis, & vini, vel ab

1. Pet. 2. c.

Apoc. 5. c.

Mun⁹ ſacerdotũ ab epiſcopis ordinatorũ quodnam ſit.

Valeant hæretici admittentes indiſcriminatim ad ſacerdotale munus oẽs fideles.

Eccl. 9. c.

1. Tim. 2. c.

1. Cor. 14. c.

Mulieres nõ poſſunt publicè docere licet poſſint priuatè.

integris

integris arceantur, nam ſicut ſub vtraque ſpecie tenentur conſecrare, ſic ſub vtraque etiam communicare (vt habetur in cap. perlatum de conſecr. diſtinct. 2.) niſi miraculosè appareret caro; vel ſanguis, & miraculum non ceſſaret, nec ob id eſſet transgreſſor, quia ea quæ miraculosè fiunt, legibus non ſubduntur. Conſulendum tamen eſſet ei, ſi miraculum non ceſſaret, vt iterum corpus, & ſanguinem conſecraret, & ſumeret, Nec eis congruit tantum vt ſumant integra ſacramenta, ſed etiam *vt dent cæteris*, non integra tamen, ideſt ſub vtraque ſpecie, ſed ſub una tantum, puta panis, ſiue hi layci ſint, ſiue ſacerdotes non celebrantes actu. *Panis angelicus &c.* ſenſus eſt, hic panis ſuperſubſtantialis de quo apud Sanctum Matth. panem noſtrum ſuperſubſtantialem, ideſt præcipuum, non vulgarem ſed eximium illum, qui de cœlo mittitur, reliquas ſubſtantias antecellentem, da nobis hodie, qui *panis angelicus*, ideſt angelorum dicitur, nam illo non tecto velamine ſpecierum, ſed nudo, & aperto tamquam inuiſibili, & indeficienti cibo vtuntur, & reficiuntur ſpiritus angelici, ſiue aſſiſtentes, ſiue miniſtrantes, hinc Raphael in miniſterium miſſus, ait ad Thob. Videbar quidem vobiſcum manducare & bibere, ſed ego cibo inuiſibili, & potu, qui ab hominibus videri non poteſt, vtor; *fit panis*, ideſt cibus *hominum*, ſupple tu viatorum, deſertum mundi huius peragrantium, & tunc panis angelorum, factus eſt panis hominum, quum verbum carnem, deus cinerem, figulus lutum, vita morticinum induit (inquit vir quidam admodum pius & ſanctus) & quid dico tunc factus eſt cibus hominum? tunc rectius dicam, factus eſt fœnum iumentorum, & tunc cibus ſupercęleſtis mutauit ſe in pabulum pecoris, quum homo eſt mutatus in pecus, qui cum in honore eſſet non intelligens, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Comedunt angeli verbum de deo natum, comedunt homines verbum factum fœnum, Pane ſuo viuunt angeli in cœlis; & beati ſunt, quos reſecit Chriſtus ab exordio mundi (vt deus) ſuæ deitatis beatifica viſione, & ſuauiſſima fruitione, fœno ſuo de virginalis vteri prato collecto: viuunt homines in terris, & ſancti ſunt, & tunc tandem panis angelorum factus eſt cibus hominum, & viatorum cum ſub ſpeciebus panis, & uini in vltima cæna dedit nobis liberalioris ſuæ magnificentiæ dono corpus ſuum in cibum, & ſanguinem ſuum in potum, ſicque verificatum eſt quod olim Dauid Sanctus pręcinit, Panem angelorum manducauit homo, vbi certitudine prophetali poſuit prętetitum pro futuro, at angeli (ut dictum eſt) ſimilam, amitum, & me-

Quid à ſacerdote agẽdum quũ appareret miraculosè in ſacrõ euchariſtiæ caro Chriſti, & miraculũ nõ ceſſaret.

Matth. 6. c.

Corp⁹ Chriſti eſt panis angelicus et cur.

Thob. 12. c.

Pſalm. 48.

Pſalm 77.

& medullam farinæ triticeę, quę potiſſimam nutriendi vim habet, corporis Chriſti manducant, quia facie ad faciem ſpeculantes dele ctantur homines interim exteriori quodam cortice quaſi furfure te-ctâ accipientes, minus iucunditatis ſentiunt, *Dat panis cælitus &c.* Horum verborum ſenſus poteſt eſſe iſte, & ne videamur nos Chri-ſtiani, qui à Chriſto tales dicimur, minoris eſſe conditionis, quam olim iudęi, quos pane cœli ſaturauit, qui ſymbolum huius ſacro-ſancti ſacramenti erat, dat Chriſtus, qui *panis cęlicus* eſt. i. de cœlo

Ioan. 6. c. deſcendens (ſi deitatem ſuam attendimus qui de ſeipſo dicit. Ego sũ panis viuus qui de cœlo deſcendi, & do vitam mundo) Dat (inquã) ſe in ſacramento, & ita vt terminum, & finem imponat figuris, hinc non mirum ſi poſt legalia, & vmbratica, & figuralia, ſe dedit apo-ſtolis, in verum agnum, manna, & panem viuum, & vitalem, hoc enim fecit, vt oſtenderet (vt ait hymni auctor in ſequẽtia huius feſti)

Poſt legalia ſe aedit Chriſtus nobis in uerum panẽ & uitalem, & cur. quòd in hac menſa ſummi regis, nouum paſcha nouæ legis, phaſe vetus terminaret, & nouitas vetuſtatem, & veritas umbram fuga-ret, *ô res mirabilis*, & verè mirabilis, quam non capit ſenſus, nec oculus videt, *manducat dominum pauper, ſeruus, & humilis*, ideſt abiectus ac viliſsimus, nil boni ex ſe habens, & ſumptus, non cõ-ſumitur, quia à ſumente non conciſus, non confractus, non diui-

Diuiduntur tantum ſpẽs uiſibiles, at corpus Chriſti integrum perſeuerat, & cur. ſus, integer accipitur, nam conciſio, confractio, & diuiſio ſpecie-tum tantum eſt viſibilium, & ſignorum, ſub quibus continetur, nõ ſubſtantiæ ipſius corporis Chriſti, nam corpus illud, cum ſit im-mortale, incorruptibile, glorioſum, & impaſſibile, nullã pati po-teſt conciſſionem, confractionem, vel diuiſionem, nam ſi nullam ex manducatione apoſtolorum ſuſtinuit lęſionem, quando adhuc mortalis, & paſſibilis exiſtens, immortale ſuum corpus, & im-paſſibile tradidit eis, quanto minus hoc patietur nunc immortalis, & incorruptibilis, immortale, & impaſſibile corpus ſuum nobis communicans? nulla rei fit ſciſſura (ait hic auctor) ſigni tantum fit fractura, qua nec ſtatus, nec ſtatura, ſignati minuitur. *Te trina dei-tas &c.* ſenſus eſt, *o trina*, & in tribus perſonis vna, & ſimplex, *deitas, te poſcimus*, & deprecamur *vt ſic viſites nos* per eccleſiaſtica ſacramenta, & gratiarum dona, *ſicut te colimus* per gratiarum actio-nem, & veneramur per obſeruantiam tuorum præceptorum, quo-

Matt. 19. c. rum obſeruantiam ſequitur ingreſſus ad vitam iuxta illud: ſi vis ad vitam ingredi ſerua mãdata. *Per tuas ſemitas &c.* ſenſus eſt, & prę camur etiam, *ut ducas nos* gratia tua, *quo tendimus, ad lucem quam inhabitas*. i. ad ſummum bonum, eminens bonum, & ſuperſubſtã-tiale bonum, quod es tu ipſe, qui ſemper idem ipſe es, & anni tui

non deficient, Per tuas *ſemitas* ideſt vias, habuit enim (o boni) viator exiſtens iſte Chriſt⁹ noſter vias ſuas, & ſemitas ſuas, & quia vię ſunt, quas commeantium generaliter licentia prouagatur, & ſemitæ, quę anguſto calle diriguntur, nec vulgò notę ſunt, ſed occultis itineribus ambulantur, vię communes, & omnibus notæ in Chriſto, fuerunt, paupertas, labor, & vilitas, & per has debet iuſtus homo poſt dominum ambulare, qui paſſus eſt paupertatem, laborem, & vtilitatem, hinc apud pſalmiſtam ait Pauper ſum ego ad primū, & in laboribus à iuuentute mea, quo ad ſecundum; exaltatus autem humiliatus ſum, & conturbatus, quo ad tertium, ſemitę verò, quę ſolis indigenis notæ ſunt, in Chriſto fuerunt, charitas, & humilitas, & has petebat Dauid Sanctus vt ſibi demonſtrarent, Vias tuas domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me, per quas etiam debet iuſtus homo poſt deum, & dominum ſuum ambulare, ſunt enim viæ rectæ, per quas deducit dominus iuſtum, per has igitur vias, & ſemitas duci ad lucem illam inacceſſibilem, & ad ſummū illud bonum, omnis boni bonū, petit pro omnibus hymni auctor hoc eſt per viam paupertatis, laboris, vilitatis, charitatis, & humilitatis, quę fuerunt vię, & ſemitæ Chriſti, vel ſenſus verborum eſt, oramus ò domine vt ducas *nos*, *quo tendimus ad lucem uidelicet quā inhabitas*.i. ad te, qui lux es illuminans omnem hominem, ad te, qui es vera vita, *per tuas ſemitas*.i. per mandata tua, per quorum obſeruantiam ad vitam illam, quę eſt in terra viuentium ingreſſus datur quantum ad imperfectos, & minores, ipſo dicente ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata, & per conſilia, quorum obſeruantia perfectorum, & maiorum eſt, per quorum obſeruantiam habetur theſaurus in cœlo, iuxta illud vnum tibi deeſt vade: & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & habebis theſaurum in cœlo, quem theſaurum nobis prętet virtus viuifica huius ſalutaris, & deifici panis. Amen.

[Margin: *Pſal.* 101. *et Heb.* 1 *c.* — *Quod nō di ſcrimē inter uiam & ſemitam.* — *Pſalm* 87. — *Pſalm.* 24. — *Sap.* 10. — *Ioan.* 1. *c.* — *Ioan.* 14. *c.* — *Matt.* 19. *c.* — *Ibi.*]

Hymnus ad laudes in feſto corporis Chriſti.

SEquitur expoſitio hymni. *Verbum ſupernum prodiens &c.* qui dicitur in feſto corporis Chriſti ad laudes matutinales, in quo auctor, qui, & duorum precedentium hymnorū, deſcribit, & narrat primā ſacramenti eucharistiæ inſtitutionem, à Chriſto, qui ē omnium ſacramentorum auctor, factam, reddit cauſſam, ac rationem, quare ſub bina ſpecie, carnem ſuam dederit, & ſanguinem, & diſcipulis ſe in ferculo, & vitæ poculo tradiderit, & tandem ad ipſū

in ſa-

in ſacramento obtectum, piam dirigit inuocationem, precaturque,
vt det nobis debilibus robur, & deſtitutis ferat auxilium. Ait ergo.
Verbum ſupernum prodiens, ita vt ſit ſenſus, æternus dei filius, qui
eſt verbum patris, per quod facta ſunt omnia quique dicitur ſuper-
Ioan. 8. c. nus, quia reuera deſurſum ē, Vos de deorſum eſtis (ait ad Iudæos)
ego verò de ſupernis ſum, primus homo de terra terrenus, ſecundus
1. Cor. 15. c. homo de cœlo cęleſtis ait D. Paulus ad Cor. de Adamo, & Chriſto
cutus. *Prodiens*.i. ſe palàm conſpiciendum exhibens, & manife-
Iſai. 45. c. ſtans, qui prius latebat in cœlo, & verè deus abſconditus vocabat,
& tunc prodijt cum de cœlo deſcendit, non diuinitatem amittendo,
vel locum mutando, aut corpus de cœlo ſecum portando, ſed cor-
pus humanum ex puris virginis ſanguinibus virtute diuina concep-
tum, aſſumendo, & in mundo apparendo per humanæ carnis mira-
Chriſtus nū bilem aſſumptionem. Nec tamē ob id *patris reliquit dexteram*, quia
quam patris ſemper manet, manſit, & manebit ſecundum diuinitatem, nedū
reliquit de- in dextera, ſed & in ſinu, & corde patris dei, nam poſt incarnatio-
xteram. nem, & quando cum hominibus conuerſabatur, dixit: nemo aſcē
Ioan. 3. c. dit in cœlum, niſi per eum: qui deſcendit de cœlo, filius hominis,
qui ē in cœlo, & quum conſumaret opus quod dederat illi pater (ait
Ioan. 1. c. de eo D. Ioan.) deum nemo vidit vnquam, ſed vnigenitꝰ filius, qui
eſt in ſinu patris enarrauit nobis. *Ad opus ſuum exiens*, ſenſus ē, &c.
ad opus ſuum exiens, quod tunc factum ē, quando ſecundum pa-
Iſa. 61. c. tris voluntatem, & mandatum, & ſpiritus s. etiam, qui vnxit, &
Luc. 4. c. miſit illum, euangelicam legem prędicauit pauperibꝰ, & generis hu
Pſal. 73. mani ſalutem operatus eſt in medio terrę, De qua re apud D Ioan.
Ioan. 4. c. Meꝰ cibus ē (ait) vt faciam volūtatem eius: qui miſit me: & vt per-
Ioan. 3. c. ficiam opus eius, ꝙ quidem eſt, non vt iudicem mundum, ſed vt
Ioan. 9. c. ſaluetur per me mundus (vt apud Ioannem legitur) qui alibi ait,
Ioan. 12. c. me oportet operari opera eius: qui miſit me, & infra, qui miſit me
Ioan. 14. c. pater: ipſe mihi mandatum dedit: quid faciam, quid dicam, & q̄d
loquar, & ſcio quia mandatum eius vita ęterna eſt, & alibi, & ſi-
cut mandatum dedit mihi pater (ait) ſic facio, qui in me manens
ipſe facit opera: & complens opus, quod in mandatis acceperat, de
Ioan. 17. c. quo apud Ioannem, Ego te clarificaui (ait) ſuper terram, opus cō-
Pſal. 18. ſummaui, ꝙ dediſti mihi vt faciam: exultans vt gigas ad currendā
viam. *Venit ad veſperam* non ad vltimam mundi ætatem (vt quidā
volunt) ſed ad terminum, & finem, *vitæ*, ſupple tu ſuę, hęc enim
clarior eſt ſententia, & ſenſus, vt intelligantur verba de fine vitæ
ipſiꝰ Chri, in quo conſummato opere, completo, atque perfecto,
Iſa. 53. c. ſeipſum in mortem tradidit pro redemptione mūdi, Oblatus ē, quia

ipſe voluit (ait propheta) non obſtante quòd (vt hymni auctor ſubdit) eſſet *tradendus in mortem ſuis æmulis*. i. inuidis inimicis, qui nõ ſecus ac æmula ſenectus, inuidebant ei iucundioris ætatis felicitatem, & multorum populorum ſequelam, hinc dicunt in euangelio. Videte quia nihil proficimus, ecce totus mundꝰ poſt eum abijt, *Ioan. 12. c.* *à diſcipulo ſuo*. i. à Iuda, qui auaritia ductus tradidit illum *æmulis*. i. inuidis Iudæis, & iſti inuidia moti tradiderunt Pontio Pilato, qui benè (vt D. Mat. ait) ſciebat ꝙ per inuidiam tradidiſſent eum, *Prius* *Matt. 27. c.* *in vitę ferculo*, ſenſus ẽ, & quia bene ſciebat, ꝙ *in mortem* eſſet *à diſcipulo* Iuda *tradendus æmulis ſuis*, *prius*. i antequam hęc, quæ ventura erant ſuper eum, acciderent, *ſeipſum* i. corpus ſuum, *tradidit*, ideſt dedit apoſtolis, *in ferculo vitæ*. i. in cibo, & alimonia ſpirituali, ſub ſpecie panis cõſecrati, et iuſtè quidem, ac rectè hoc factum eſt, vt oſtenderetur: ꝙ ſi ſubtractur⁹ erat ab eccleſia ſua preſentiam ſuam corporalem, atq́; ſenſibilem, ab ea non receſſur⁹ erat tamen pręſentia ſacramentali, cum qua debebat eſſe nobiſcum vſq́; ad conſum- *Matt. 28. c.* mationem ſeculi. Vbi nota: ꝙ licet ferculum, cum dicatur à fero. fers accipiatur pro vaſculo miſſorio, in quo epulę inferuntur iuxta illud in Cant. c. 3. Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis libani, hoc loci tamen accipitur pro cibo ipſo vitæ, ordinato ad conſeruationem vitæ gratię in ſumente dignè. *Quibus ſub bina ſpecie &c.* ſenſus ẽ, *quibus* videlicet apoſtolis, & diſcipulis *carnem dedit*, *& ſanguinem* ſuum *ſub bina ſpecie* i. ſub vtraque ſpecie, panis videlicet & vini, Multas ob cauſſas, & prima vt oſtenderet illos ſacerdotes effectos, verbo illo, hoc facite &c. ad quos ſpectat quum celebrant, integra ſacramenta ſuſcipere, Dico quum celebrant, quia ſi non cõ- *Quãdo liceat ſacerdotibus accipere hoc ſacramentum ſub bina ſpecie & quando ſub una.* ficiunt, ſed ſunt pręſentes miſſæ ſacrificio, ſicut laici, debent ſub vna ſpecie accipere, (vt laici) nec ſuper hoc contendendum ẽ (id quod ſolent hęretici) quia ijs obijciam, quod D. Paulus ait ſi quis videtur inter vos contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemꝰ, neque eccleſiæ dei, q̃ et ſi ab exordio inſtitutionis huius ſacramenti, & cum primitiua eſſet, ſub vtraq́; ſpecie accepit indifferenter, & non ieiuna, ſed poſt prandium, placuit tamen poſtea ſpiritui s. & apoſtolis, & ſucceſſoribꝰ ſanctis Pontificibꝰ, vt à non cõ- *1. Cor. 11. c* ficientibus ſub vna ſpecie tantum ſumeretur, & à ieiunijs tantum, q́ conſuetudo, cum ſit omnium Generalis, vim ſcriptæ legis habet, vnde non minus præuaricator huius receptæ ab omnibus conſuetudinis, plectendus ẽ, quàm qui ẽ ſcriptę legis præuaricator, quannis, qui ſic præuaricator ẽ, etiam ſcriptæ legis pręuaricator ſit, & nõ ſcriptæ legis ab hominibꝰ tantum, ſed à deo, ſic placuit ſpiritui s. et

Act. 15. nobis (ait D. Petrus) & conſtat ſpiritum s. eſſe deum, & dominum, cuius authoritatem, dignitatemque, non minuit adiuncta apoſtolorum, & ſanctorum pontificum gloria, nam ſi ſic, & Moſes coniunctus deo, dei imminuiſſet dignitatem, dicit enim ſcriptura: credidit populus in deum, & in Moyſen Exo. 14. & Samuel coniunctus deo contumelia fuiſſet deo, ſic enim habes. 1. Reg. 12. & timuit omnis populus deum, & Samuelem, ſi dignitatem Spiritus S. & diuinam auctoritatem imminuit, quod ei iungantur apoſtoli, & ſucceſſores pontifices ſancti, minuit & dignitatem dei, Gedeon adiunctus deo, clamauit (ait ſcriptura Iudicum 7.) omnis populus militans, gladius dei, & Gedeonis, quia igitur deo coniunctus Moſes, Samuel, & Gedeon, non imminuerunt dignitatem dei, nam Moſes deo coniunctus eſt, non vt honore par deo, ſed vt miniſter dei, & Samuel deo, non vt æqualis dignitate, ſed vt propheta dei, & Gedeon deo, non vt eiusdem honoris, ſed vt miles prælij, ſic & apoſtoli, & pontifices Spiritui Sancto iuncti, non imminuerunt dignitatem Spiritus S. quia ei iuncti ſunt, vt prædicatores euangelij, & vicarij, vna igitur cauſſa quare ſub bina ſpecie dedit Chriſtus carnem, & ſanguinem apoſtolis eſt, vt oſtenderetur, quòd ſacerdotes *Matt.* 26. c. eſſent effecti verbo illo hoc facite &c. ſecunda cauſſa eſt, vt inſinuetur hoc ſacramentum eſſe integrum, atque perfectum alimentū animæ, ſicut panis, & vinum ſunt perfecta corporis alimonia, tertiam aſſignat hymni auctor, & eſt, *vt duplicis ſubſtantię totum cibaret hominem*, ſenſus eſt, ad hoc enim diſcipulis ſub duplici ſpecie panis, & vini, carnem dedit, & ſanguinem, *vt totum hominem cibaret.* i. reficeret, ſaginaret, qui eſt, *duplicis ſubſtantię.* i. duplici ſubſtantia componitur, corpore (cuius naturale nutrimentum eſt caro, & panis) & anima, ad cuius alimentum ſpectat vinum, ſiue ſanguis (animę enim ſedes in ſanguine eſt ſecundum phyſicos) ex quibus collige ſacramentū hoc corporis, & ſanguinis domini pręſtare ad animę, & corporis refectionem tuitionem, & medelam, quia caro Chriſti pro ſalute corporis, ſanguis verò pro anima offertur, quamuis principaliter, & directè reſpiciat animæ confortationem, & tutamentum, & poteris hanc cauſſam quartam accipere quare ſub duabus ſpeciebus celebretur, vt animæ & carnis ſuſceptio in Chro, & vtriuſque liberatio in nobis ſignificaretur, *ſe naſcens dedit ſocium*, ſenſus eſt, & qui *Naſcens*, & ex immaculatiſſima virgine corpus accipiens, *Dedit ſe in ſocium* omnium noſtrum, & ita fœdere coniungi nobiſcum voluit, vt belli, & pacis particeps eſſet vnà nobiſcum, & quaſi pari conſilio, ſpe, & periculo vitam nobiſcum aggrederetur,

Authoritatem dei non minuit apoſtolorum, & pontificum gloria adiuncta.

iniretque lucti, & danni communionem, eſſetq; nobiſcum pati cō ſortio prædictus, cum hominibus conuerſaretur vt homo, & fratri bus aſſimilaretur, & ſocijs in omnibus naturalibus proprietatibus, & defectibus indetrahibilibus tamen (quos ei conueniebat ſuſcipere, & ſocijs expediebat) quia mortalis primam vocem ſimilem hominibus emiſit plorās, vberibus lactatus creuit, eſurijt, ſitiuit, fatigatus eſt ex itinere, manducauit, bibit, dormiuit, mortem perpeſſus eſt, in omnibus igitur fuit hominibus ſimilis, non tamen in defectibus detrahibilibus puta in culpa, & defectu neceſſariorum, quia peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius, non fuit cæcus, non claudus, non languidus &c. *& Conueſcens*.i. ſimul veſcēs, & cum apoſtolis cibo vtens in vltima cœna, in qua fuit munerans, & munus, cibans, & cibus, conuiua, & conuiuium, offerens, & oblatum; dedit ſe *In edulium*, vbi nota: ꝙ licet edulium ſecundum Calepinum ſit, quicquid ad prandium, cœnamq; edendi gratia apponitur preter, panem, hoc loci tamen ſumitur pro cibo panis tātum, ſub ſpecie enim panis dedit ſe apoſtolis Chriſtus ipſe (vt toties replicatū eſt) & edulium dici rectè poteſt, ab edendo, quia reuera corpus ſuum eſt prægustatiua comeſtio, & eſca. Mirum ergo mirum quomodo in hominibus ſit tanta peruerſitas, vt inuenta cōceſſa, & data eis fruge optima, potius glande veſci delectentur, quā hoc vitæ cibo: qui eſt ad tutamentum mentis, & ad medelam corporis percipiendam (vt in vna orationum ſacrificij miſſę) *Et moriēs dedit ſe in prætium*, & magnum prætium pro noſtra redemptione, (Empti enim eſtis prætio magno, ait D. Paulus) & tandem, *ſe dat regnans*, in cœlis ſupple, *in præmium*, videlicet beatis, tum eſſentiale quod conſiſtit in fruitione deitatis ipſius, & totius trinitatis, tum accidentale, quod conſiſtit principaliter in viſione humanitatis ſuę perbenedictę Chriſti domini noſtri, quod quidem pręmium pro recte factis datur, & virtutibus propoſitum eſt, ſicut ſupplicium vitijs, etiam ſecundum leges ipſas (vt ait Cic. de orat.) *ô ſalutaris hoſtia*. Nunc piam facit auctor inuocationem ad contentum, & ſacris velaminibus obtectum Chriſtum dicens, *ô ſalutaris hoſtia*, vt ſit ſenſus, o Chriſte, qui es *hoſtia ſalutaris*. i. victima in holocauſtum pro ſalute omnium oblata in odorem ſuauiſſimum domino, ad ipſum placandum, & ad reconciliandum nos deo, & ad expiandum, *Quæ pandis*. i. aperis, reſeras, *Oſtium*.i. aditum *Cœli*, auferendo, & remouēdo obſtaculum, & impedimentum, quo impediebamur, & prohibebamur regnum cæleſte introire, quod quidem impedimentum erat culpa, & reatus pœnæ, Via.n. illa ſancta vocabitur [ait Iſai.c.35]

Sap. 7. c.

In quib⁹ fuerit ſimilis Chriſtus hominibus, & in quib non.

1. Pet. 2. c.

Quid ſit edulīū aduerte, & quòd caro & corpus Chriſti rectè edulium dicatur.

1 Cor. 6. c.

In quo conſiſtant præmium eſſētiale & accidentale.

Quod eſſet impedimen-

tum quo prohibebamur cæleſte regnum introire: et quomõ ſit ablatum.

& non tranſibit per eam pollutus vel peccato communi totius naturæ, ꝙ eſt peccatum primi hominis (quod vocant orig. peccatum) à quo quantum ad culpam, & reatum pænæ liberati ſumus per paſſionem Chriſti ipſo ſoluente prætium pro nobis, vel peccato quod proprio actu cuiusq; committitur hoĩs, quod dicitur actuale, & perſonale peccatum à quo liberamur, ſi cõicamus paſſioni eius per fidẽ, & charitatem, & fidei ſacramenta (p̃ceſſit enim vt cauſſa vniuerſalis quædam remiſſionis peccatorum) vnde neceſſe eſt, vt ſingulis adhibeat ad deletionem propriorum peccatorum, & hoc non fit niſi per ſacramenta, q̃ hñt virtutem ex paſſione Chriſti, quę licet ſit corporalis ſortitur tñ ſpũalem virtutem ex diuinitate, cui caro Chriſti vnita eſt vt inſtrumentum viuum, & operoſum, ſecundum quam virtutẽ eſt cauſſa remiſſionis peccatorum p̃ſentium, præteritorum, & futurorum. *Bella premunt hoſtilia &c.* Hic verſus poteſt intelligi tum de ſpũalibus, tum de corporalibus bellis, vnde ſi de ſpiritualibus intelligere illum volumus ſenſus verborum erit, *Da robur*.i. domine cõcede nobis animi fortitudinem, qua quis durat aduerſus pericula, debiles enim ſumus, & exiles, *fer auxilium* deſtitutis, nam ſi tu nõ adiuues quod exile natum eſt, núquam robur accipere manifeſtum erit, *quòd ſi dices*, & quam cauſſam habetis vnde moueamini ad hoc ipſum petendum? reſpondemus nam *hoſtilia bella* hoſtium inuiſibilium; De quibus Diuus Paulus ait colluctatio nobis eſt contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus, ideſt contra agmina dæmonum nequitijs plena, habitantia in hoc aere caliginoſo, in quo dęmones complures volitant, vſque ad diem iudicij, quæ agmina dæmonum hoſtilibus bellis periculoſiſſimis, & grauiſſimis, *Premunt* nos, vndique: qui vt oſtendant hoſtilem animum, crudelitatem, & odium in nos, tamquam leones rugientes circumeunt, & quærunt, vt nos deuorent, idcirco, *da robur* domine debilibus, *& fer auxilium* deſtitutis, At ſi de corporalibus bellis, hæc verba dupliciter intelligi poſſunt, vel de corporali bello domeſticorum vel extraneorum, ſi enim volumus applicare verba primo modo, hunc ſenſum habent, *hoſtilia bella*, videlicet domeſticorum, à quibus cauere nos voluit Eccleſiaſticus, cum ait, & à domeſticis tuis attende, de quibus Micheas propheta, & Chriſtus apud D. Matth. & inimici hominis domeſtici eius, & quid per domeſticos nunc intelligo? non illos de quibus noli eſſe ſicut leo in domo tua euertens domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi, ſed per domeſticos intelligo ſenſum, intelligo carnem, vitia carnis, concupiſcentias carnis, legem in membris, quę ſemper concupiſcunt aduerſus

Bellum duplex uidelicet corporale et ſpũale.

Eph. 6. c.

Bellum corporale duplex eſt.

Eccl. 32. c.
Mich. 7. c.
Matth. 10. c.

Quod per domeſticos intelligere debemus.

Eccl. 4. c.

uerſus ſpiritum, & repugnant legi mentis, cum quibus ſemper bellum hoſtile habemus, at rara victoria, *premunt* nos, & grauant, ideo *da* domine *robur* gratiæ ad reſiſtendum, quæ (vt Diuus Paulus ait) liberat nos de corpore mortis huius, *& fer auxilium* dans dexteram miſeris: ſicque prçualebimus, & ſicut Sara præualuit contra Agar, ſic anima, & ſpiritus contra carnem, At ſi verba volumus, applicare ſecundo modo, & intelligere de bello extraneorum, hunc ſenſum habere videntur *Hoſtilia bella*, ſupple tu extraneorum fidelium, & infidelium, hominum videlicet ſecularium, quorum directores, ac principes ſunt inuiſibiles hoſtes noſtri (homines enim iniqui dęmonum voluntati obediunt, & ab ipſis captiui tenentur, ac vndique circunferuntur ſicut ſerui à dominis (*premunt*, ideſt infeſtant, & hoſtiles in nos ſemper ſurgunt acies, ut nos opprimant, ideo *da domine robur*, *fer auxilium*, & Hoſtium noſtrorum elide ſuperbiam, & eorum cõtumaciam dexteræ tuę virtute proſterne *Vini, trinoque domino &c.* ſenſus eſt, *ſit ſempiterna gloria, uni, & trino domino*, qui vnus eſt, & ſimplex in ſubſtantia, & eſſentia, & trinus in perſonis, qui, *in patria* ſupple cæleſti, quam futuram inquirimus, *donet* gratia ſua principaliter, non noſtris meritis tantum. *vitam ſine termino*, & ſine nobis, ideſt vitam ęternam perpetuamque gloriam pro præmio, neque enim querere debemus ab eo temporalia, & vitæ huius bona, qui tempori non ſubiacet, ſed æterna, & perpetua, cum ſit perpetuus, & ęternns, & ſi temporalia, non niſi pro quanto ordinantur ad ęterna, & per illa perpetua, & æterna mercari poſſumus. Amen.

Gal. 5. c. *Rom. 7. c.* *Ibi.* *Dæmones ſunt directores iniquorũ hominum fideles ſiue ſint ſiue infideles.* *Heb. 13. c.* *Q̃uo petenda ſit a deo temporalia bona.*

Hymnus ad veſperas in feſto S. Antonij de padua.

SEquitur expoſitio hymni. *En gratulemur hodie &c.* qui dicit̃ ad veſperas in feſto S. Antonij de Padua, in quo auctor hortat̃ oẽs vt gratulent̃ hodie in Chr̃o, & exultent, ex quo D. Antonius iubilat ĩ cœlis, De quo dicit, quòd cum viueret ſic fuit ſectator patris ſui Franciſci ꝙ veluti riuulus è fonte manas, circuntulerit aqnas vitę, & verbo ſalutis imbuerit aridos, dans illos viuidos ſacro rore, explicat quòd tempore quo de titulo crucis prędicabat, apparuit Beatus Franciſcus in forma crucifixi in aere ſubleuatus, benedicendo fratribus ad oſtium capituli, & tandem monet, vt in campo certaminis huius vincant ignominiam omnes zelantes gloriam patrum. Ait ergo *En gratulemur hodie &c.* En quod ſignificant ecce, & ſi apud probatos auctores tam nominatiuo, quã accuſatiuo iungatur,

ſiue indicando, ſiue exprobrando, & oratores frequentius illo per nominatiuum vtantur, Hoc tamen loci iungitur (vt patet) verbo gratulemur, ſenſusque verborum eſt, *En.* i. eccè demonſtrandi enim ad uerbium eſt, & probati auctores vtuntur illo in rebus improuiſis, repentinum enim aliquid, & inſperatum ſignificat) hoc loci tamen hymni auctor vtitur in re lęta, vnde ſubdit *gratulemur.* i. gaudeam⁹ & gratias agamus, *iucundius* i. ſuauius & dulcius, *hodie Chriſto regi noſtro,* ſed dices qua de cauſſa? Reſpondet hymni auctor, & ſupplẽda eſt litera, nam in ipſius regis Chriſti *aula glorię*, iam *iubilat* (Eſt enim iubilare propriè ſecundum D. Auguſtinum gaudium verbis non poſſe explicare, & tamen vocè teſtari quod corde conceptum eſt, & verbis explicari non poteſt) *Antonius* qui antea Ferdinand⁹ vocabatur, at accepto minorum habitu (& non niſi vt ob martyrij deſiderium ad partes infidelium dirigeretur) Antonius petijt nominari. *Franciſci patris &c.* ſenſus eſt, hic *ęmulus*, & ſignat hoc loci æmulus, non inuidum, vel perſecutorem, ſed imitatorem, vel ſectatorem, vel eiuſdem rei ſtudioſum, hic igitur dum viueret, *Aemulus* i. eiuſdem rei ſtudioſus, imitator, & ſectator *Franciſci patris, ſic illi.* i. Franciſco patri *ſe contemperat* (ipſius enim temporibus floruit, & religionis habitum ſumpſit, qui prius canonicus regularis fuit) *vt riuulus manans fonte.* i. è fonte *circumferat* omnibus *aquas uitæ* ſalutaris, *Longè, lateque diffluit.* i. diuerſimode fluit, & in diuerſas partes, *& aridos ſiti mortis, imbuit.* i. implet, erudit, inſtituit *verbo ſalutis, Dans illos viuidos* i. viuentes, multoque vigore præditos, *rore ſacro* i. humore gratiæ è cœlo fluente, fluit enim gratia è cœlo, non ſecus, ac ros ex æthere, ſereno tempore, nocteq; ſerena. *Hic ſtigmatum qui baiulo &c.* ſenſus huius eſt, *hic, qui natus,* & ſupple religioni, ac ordini minorum per ſuſceptionem habitus genitus, *innititur.* i. appodiatur adhæret, quod verbum (& ſi interdum admittat accuſatiuum cum prępoſitione, in quo quidem loquendi modo vtic Plin. lib. 7. c. 55 In panſam fratrem (ait) innixus obijt: interdum verò conſtruat cum ablatiuo, quo loquẽdi modo vſus eſt Liu. lib. 4. cum ait. haſta innixus ſe in pedes excipit) hoc loci tamen cum datiuo conſtruitur, vnde ſequitur *patri baiulo.* i. portatori *ſtigmatum*, & talis fuit Franciſcus. *Dum prędicat* dulci modulo *de titulo* crucis, & ſupplicijs dulcis Chriſti in capitulo Arelateñ. *cernitur ille* i. D. Franciſcus abſens *confixus.* i. in forma crucifixi in aere ſubleuat⁹ ad oſtiũ capituli benedicendo fratribus. *Sub tanto duce militans.* i. qui beatus Antonius ſupple, *militans.* i. militiam exercens bonam, *ſub tanto duce* Franciſco, *ſe uicendo, non uincitur*, in vita degens, vnde non

mirum

En aduerbio demonſtrandi utitur hymni auctor in re læta, non ut aliquid repentinum ſignificet, & inſpiratum.

Iubilare qd.

Aemulus quid nobis ſignificet.

Quos caſus admittat uerbũ innitor.

mirum ſi *miles nunc cohabitans duci*, & cohabitans (ait hymni auctor) non commorans, vt hinc diſcamus non ad tempus eſſe ſimul, ſed in perpetuum, *iam bello non concutitur*. Poſſumus & referre verba præſentis verſus ad præſentem vitam, quæ tota militia eſt, vt ſit ſenſus, & hic beatus Antonius, *ſub tanto duce* Franciſco *militans*. i. pro domino pugnans, non vincitur vincendo ſe, diſpergens de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem, & miles. i. bellum gerens cum alijs hoſtibus, ſiue viſibilibus, ſiue non, *cohabitans duci*: cuius ſemper ſecutus eſt veſtigia, ideſt monita, & hortatus, *iam non concutitur*. i. proſternitur *bello*, quin potius ipſe ſemper in omnibus victor euaſit. *Nos in campo &c*. ſenſus eſt, *nos* ideſt filij, qui ſum' in hoc mundo non ſecus ac *in campo certaminis*, militia eſt (ait Iob) vita hominis ſuper terram, eia *zelantes* i. amantes (vt debemus ſi tamen filij eſſe volumus, vel nominari) *gloriam patrum ſub re nominis noſtri*, chriſtiani enim ſumus, minores ſumus, *vincamus ignominiam*. i. vel ſuperbiam, qua ignominioſi efficimur, vel hoſtes domeſticos inuiſibiles, & viſibiles, quos non vincere ignominia nobis eſt, & contumelia, vel *vincamus*, *ignominiam* reputantes, ſicut reuera eſt, quòd his armis induti vincamur, & non potius vincentes interficiamus in matutino omnes peccatores terræ, & diſperdamus de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem, auxilio tamen dei, qui tamẽ præſtabit illud, ſi toto corde petierimus. Amen.

Pſalm. 100.

Iob. c. 7.

Quid p ignominiã intelligere debemus.

Pſalm. 110.

Hymnus ad matutinum in feſto S. Antonij de Padua:

SEQVITVR expoſitio hymni. *Laus regi plena gaudio etc.* qui dicitur ad matutinum nocturnum in feſto ſancti Antonij, in quo auctor laudat deum, qui cum ſit merces militantium, dat ſeipſum Antonio in ſtipendium militiæ, Laudat D. Antonium & dicit, quòd viuens acceperit arrhas gloriæ, ꝙ magna fuerit facta natorum commotio in morte ſua de loco in quo ſepeliri deberet margarita hæc, & tandem explicat ꝙ prædixerit ciuitatem Paduę decorandam è proximo honore immenſo. Ait ergo. *Laus regi plena &c.* ſenſus eſt, ſit, vel detur regi Chriſto & deo, *laus plena gaudio*, qui merces, ideſt præmium cum ſit militantium pro eo, & ſalarium illud, quod pro labore datur, *Dat antonio*, ſeipſum ſtipẽdium militię, Eſt enim ſtipendium, præmium, quod datur militi pro militia benè exercitata, & tale militibus Chriſti eſt ipſemet Chrs, qui eſt præmium, merces, ſors, & corona ſanctorum omnium. *Antoni uir egregie &c.* ſenſus huius ſecundi verſus eſt, o *Antoni egregie uir* po-

Stipendium militiæ quid ſit.

Arrha quid ſit & ꝑ quo ſumatur.

uir potens opere, & ſermone, *qui tuæ gloriæ quam præ ideſt ante noueras, & hic uiuens acceperas* arrhas (ſumitur enim arrha pro eo ꝙ dari ſolet ad confirmationem contractus, vel eſt illud quod datur, quum aliquid venditur, vel emitur, per certitudinem, & non vt reddatur iamquam pignus, ſed vt ſit de corpore prætij) *Chriſtum uidens*, qui denunciauit ſibi mortem ſuam, vnde non mirum ſi per quindecim dies ante cum ſocio ſuo iuxta paduam in quodam colle cum eſſet, vnde amenam Paduæ planitiem cernere poterat, côuerſus ad ſocium ſuum ſinum ciuitatis commendando, dixit eam decorandam è proximo immenſo honore, quem ex tumulatione corporis ſui accepit. Dixit hymni auctor in plurali arrhas nam ſuę gloriç plura pignora accepit hic viuens, tum quia Chriſtum vidit, qui annunciauit illi quæ ventura erant ſuper eum, & alios, tum quia pluribus donis cæleſtibus fuit imbutus, & gratijs, quas theologi gratis datas appellant, & gratia etiam (quam appellant gratum facientem, quç principium merendi eſt) cuius gratia vita æterna datur, & gloria, etiam ſi meritis detur, quæ pręcedunt pręmium ſicut flos præcedit fructum, *Pro te digna &c.* ſenſus eſt *dum moreris* ideſt deo tradis vltimum ſpiritum, *Pro te*.i. pro corpore tuo fit magna, ſed *digna commotio*.i. controuerſia, vel perturbatio, *natorum*, quos per euangelium Chriſto peperiſti, quo ad poſſeſſionem non tui *funeris*, & corporis iam mortui, ſed *margaritæ*, & gemmæ prçcioſç, cui corpus tuum comparari debet, vt quem in vita habuerunt patrē & doctorem, poſt mortem tuo patrocinio iuuarentur; tandem cōcluſum eſt, quòd in loco fratrum, qui Sancta Maria vocatur, ſepeliretur, ac reponeretur in ſepulchro diuinitus inuento, *cuius honorem gloriç &c.* ſenſus eſt, *cuius gloriæ honorem prædixeras in padua futurum*, in qua vltimum deo tradidiſti ſuſpirium, *que manet in te*, per te, & propter te *irrigua*.i. fertilis, abundans, ſiue fęcunda *tantis donis gratiæ*.i. copia miraculorum, *per te pater cum filio &c.* ſenſus huius ultimi verſus eſt, oramus *per te*, vt pater çternus genitor, *cum filio* genito, & *conſolator ſpiritus, hinc emundet nos funditus*.i. penitus, omnino, & totaliter à *contagio* ideſt peſte *criminis* quod lędit maieſtatem dei, cui ſit honor, & imperium. Amen.

Gloriæ ſuę plura pignora accepit quum adhuc viueret B. Antonius.

Pro corpore B. Antonij magna facta eſt cōmotio inter eos, quos Chriſto genuit ipſe per euangeliū.

Hymnus ad laudes in feſto S. Antonij de padua.

SEquitur expoſitio hymni: *Ieſu lux uera mentium &c.* qui dicit ad laudes matutinos in feſto Sancti Antonij, in quo auctor orat Chriſtum Ieſum, ut illuſtret nos uera lux mentium exiſtens, dicit de beato

de beato Antonio ꝙ ĩ naufragio affuit nautis ſigno ſalutis, quòd hę reticum lux fidei purgauerit, ſigno iactus vaſis vitrei ex alto, quod non eſt fractum, & ſi fragile eſſet quòd clericus irriſor lucis gratiæ ſignorum languet, & poſt votum ſurgens, fit teſtis publicus ſancti, & tandem orat, vt pater luminum per hunc ſignet nos, & lux de lumine filius cum ſpiritu illuſtratore hominum. Ait ergo. *Ieſu lux uera mentium &c.* ſenſus verborum eſt: ò *Ieſu* qui diceris *lux uera mētium*, *fulgens*, ideſt ſplendens *opaco*, ideſt vmbroſo, & obſcuro *ſeculo per antonium tot*, & tantis *ſignis*, *illuſtra nos diluculo*. i. ſummo mane, vt in lumine tuo videamus lumen, & ea quę ſibi placita ſunt faciamus ſemper. *Hic nautis &c.* ſenſus eſt: & ſi quis dicet quę ſunt iſta ſigna, quibus fulget Chriſtus opaco ſeculo per Antonium? Reſpondet hymni auctor, quędam ex illis enumerans, quis enī poſſet omnia enumerare? *Hic* videlicet beatus *affuit*. i. pn̄s fuit *ſigno ſalutis nautis* in naufragio non ſemel neque bis, ſed pluties, *quibus prębuit ſub radio lucis ducatum*. i. oſtenſionem vię, vel vitæ: *Hæreticum lux fidei &c.* ſenſus eſt *lux fidei purgat hæreticum ſigno*, per antonium facto, *dum fragilitas uaſis uitrei iacitur ab alto. & non frangitur*, ciathum enim proiectũ pro experientia ſuæ ſanctitatis incolumen ſeruauit, *Irriſor lucis &c.* ſenſus huius verſus eſt, *clericus* quidam *irriſor lucis gratiæ ſignorum*, quæ per antonium fiebant, *languet*, Percuſſit enim hunc vir ſanctus, ſibi, & ſignis ſuis detrahentem, qui *poſt uotum* per matrem emiſſum *ſurgens*, & liberatuſ, *fit teſtis publicus glorię ſancti*. *Per hunc nos pater luminum &c.* ſenſus eſt, ò *pater luminum* (ſic enim appellaris à ſancto Iacobo) *& lux de lumine*, filius (ſic enim appellaris in confeſſione fidei noſtræ) cum *munimine*, ideſt roboratione, & cooperatione *ſpiritus s. illuſtratoris hominum*, *oramus te* vt per hunc virum ſanctum, qui ſic fulxit gratia ſignorum, *ſignes nos*, vt ſic valeamus euadere mortis interitum, & tibi viuenti in ſecula ſæculorum gratias agamus. Amen.

Chiſtus lux fulgens opaco ſeculo dr̄ p Antoniũ.
Pſal. 35.
Ioan 8. c.
Signo ſalutis affuit B. Antoni⁹ nautis in naufragio non ſemel et bis, ſed pluries.
Miracula B. Antonij in uita narrantur.
Iacobi. 1. c.

Hymnus ad veſperas in feſto Sancti Heliſei.

SEquitur expoſitio hymni. *Vt lingua carnis &c.* qui dicitur ad veſperas, & ad laudes matutinas in feſto ſancti Heliſei cuius feſtum celebrant carmelitæ. 14. die menſis Iunij, in quo auctor deprecatur Chr̄um redemptorem, vt mentes noſtras obſcuras tangat lumine ſuo, quo poſſit lingua carnis dignè, & plenè dicere mores viri dei Heliſei prophetæ, de quo multa explicat, & ꝙ virgo permanens ęquet angelis dei, & ꝙ ſciuerit ꝑmere prauos carnis motus, & quòd

dederit exemplum mendicantibus, vt relicto patre & rethibus mũdi, ſequuntur Chriſtum ſicut ipſe ſecutus eſt Heliam, & tandem ꝙ dederit regulam præſidentibus, ne dei dona vendant. Ait ergo. *Vt lingua carnis &c.* ſenſus verborum eſt huius verſus primi. *ò Chriſte redemptor, & ſaluator optime* omnium ſufficienter: & maximè fidelium fide, & opere efficienter, quos ad ſalutem perducis cæleſtem, Et benè hymni auctor hoc loci nomine ſaluatoris vtitur, nam feſtus dies agitur Heliſei, qui interpretatur deus meus ſaluator, vel dei mei ſalutare, & ſalus, ſamem enim pellens populum à morte liberauit, & ſaluauit, *Tange mentes noſtras obſcuras tuo lumine*.i.ſplẽdore ſancto claritatis tuæ, & illuſtra eas, vt in lumine tuo videant lumen, *& lingua carnis dignè poſſit promere*.i. in medium afferre, *& plenè dicere.* ideſt prædicare aperire, & narrare, *Mores.* i inſtituta vitæ, *viri dei* Heliſei, in ſcriptura enim pluries Heliſeus nominatur hoc nomine (vir dei) ſicut Helias (homo dei) & hoc vocabulum *Mores*, & ſi medium ſit, in bonam tamen partem hoc loci ſumitur, qui in hoc viro dei quaſi herba irrigua ſuccreuerunt, *Prophetæ dies &c.* ſenſus huius ſecundi verſus eſt, *Hodie celebratur & traditur noſtrę ſupplici memorię dies* ille videlicet celeberrimus, & memorabilis *prophetę, quo Heliſeus* non ſolum duplici Helię ſpiritu

4. Reg. 2. c. dotatus inuenitur, quod petijt in raptu Helię, & obtinuit quo pro clero deum orat, atque pro populo, ſed *ſublimi culmine*, ideſt vertice cœli *collocatus, plenus eſt munere diuino*, inebrians enim (vt San-

Pſalm. 35. ctus Dauid ait) ab vbertate domus dei, & torrente, non doloris, & amaritudinis, ſed voluptatis ſuæ.i. affluẽtia diuinæ fruitionis, Po

Pſal. 45. tatur, cuius impetus lætificat ciuitatem dei. *Porro Heliſeus &c.* ſenſus huius tertij verſus eſt, qui *porro.* i. certè *Heliſeus*, quia in vita exiſtens ſciuit *premere*.i. deprimere, vel flectere, & allidere ad petram Chriſtum, quem venturum expectabat, *prauos*.i. illicitos *motus carnis*, vel grandes, vel paruulos, cui etiam *vouit* i. ſanctè promiſit *gerere*.i. portare, & habere *mentem puram*, idcirco *permanens plenè* i. integrè corpore videlicet, & animo, *virgo* vſque ad mortem, non mirum ſi poſt mortem, *in cœlo coequatur angelis beatis*, quibus eſt cognata virginitas, *Hic uir &c.* ſenſus huius quarti verſus eſt, *Hic uir dei deum Heliam*, prophetam magnum *ſequitur* relictis bob9

3. Reg. 19. c. (vt patet in lib. regum) *optans aſſociari ciuibus cœli, exemplum dedit mendicantibus*, vt & ipſi relicto patre, & rethibus mundi (quibus irretiti adhuc detinentur) ſequantur Chriſtum, & ſuæ religionis, & ordinis auctorem: *Regulam dedit &c.* ſenſus huius quinti verſus eſt, & rurſus, *hic uir dei, dum plenius*, atque perfectius *mũ-*

dauit

dauit à lepra Naaman ſyrum principem militię regis ſyrię, *recuſatis eius opibus*, penitus eñ non acquieuit,& ſi illi vim faceret Naaman vt acciperet benedictionem ab eo inquit ſcriptura, *dedit præſidentibus*.i. imperium habentibus, pręſidere enim à præeſſe differt, nam pęſſe de quouis officio etiam viliſſimo dicitur, at præſidere ſemper auctoritatem habet coniunctam,& perfuſione lepræ Naaman ſuper gyezzi, quę adheſit illi, & ſemini ſuo vſque in ſempiternum, alijs *regulam ne dei dona*,q̃ gratis acceperunt,& inappretiabilia ſunt,*venderent muneribus*.i. prætio ęſtimarent, quam regulam ſi toto corde ſibi oblatam acciperent eccleſiarum p̃poſiti, flebili forſan voce non diceretur, Quomodo obſcuratum eſt aurum, immutatus eſt color optimus, quo depetijt decor ille vultus tui o pulcherrima mulierũ? & egreſſus eſt à filia Syon omnis decor, vtinam cum D. Petro dicerent omnes, pecunia tua tecum ſit in perditionem, plenius laudaretur deus, & maiorem inde reportaremur quæſtum, atque vtilitatem, cui ſit laus, gloria, & imperium. Amen.

4. *Reg*. 5.c. — *Præſidere à preſſe differt.* — *Tren*. 4.c. — *Tren*. 1.c. — *Act*.8.c.

Hymnus ad matutinum in feſto Sancti Heliſei.

SEQVITVR expoſitio hymni. *Congratuletur curia &c.* q dicitur ad matutinum nocturnum in feſto Sancti Heliſei ſecundi ducis carmelitarum, in quo auctor inuitat & cæleſtem, & terreſtrem curiam ad congratulandum de gloria Heliſei, ab Helia theſpyte non ſine nutu dei vocati ad prophetię munus loco ſui, De quo Heliſeo quatuor miranda dicit, & quòd in infernum potuit dum uiueret, è quo euocauit animam pueri mulieris ſunamitidis, illamque corpori reſtituit, & quòd mundauerit Naaman ſyrum à lepra, & quòd multiplicauerit oleum mulieris cuiusdam de vxoribus prophetarum,& tandem: quòd attactu oſſium ſuorum, homo mortuus reuixit, quę omnia narrat libri regum hiſtoria. Ait ergo. *Congratuletur curia &c.* ſenſus primorum duorum verſuũ eſt, *curia cæleſtium ſpirituum*, quæ curia dicitur, quia ſemper eſt ibi cura, & frequens ſolicitudo, nedum de rebus inferioribus corporalibus adminiſtrandis (per hos enim adminiſtrat deus hæc inferiora corporalia (vt patet per D. Auguſtinum, qui 3. de trin. omnia corpora regi per ſpiritum vitæ (ait) rationalem, & per D. Gregorium, qui 4. dialogorum ait, in hoc mundo viſibili nihil niſi per creaturam inuiſibilem diſponi poteſt, & per eundem D. Auguſt. lib. 83.q. ait enim ibi quòd vnaquæque res viſibilis in hoc mundo habet angelicam poteſtatem ſibi propoſitam,& Orig. ante ipſum, ſuper illud

4. *Reg*.4.5. & 13.c.

numeri 22., quum vidiſſet aſina angelum, ait quòd opus eſt mun-
do angelis, qui pręſunt ſuper beſtias, & præſunt animalium nati-
uitati, & virgultorum, & plantationum: & cæterarum rerum in-
crementis, & hoc non ſecundum ſuam naturam, ſed ex ordine di-
uinæ ſapientię, quę diuerſis rebus diuerſos rectores propoſuit (in-
quit D. Thom 1. parte ſummæ q 110. art. 1.) ſed etiam de laudan-
do deum, & de congratulando pro ciuium ſuorum reſtauratione,
ideo dicit *congratuletur*, ideſt congaudeat, & gratias agat, & cum
eis etiam *iubilet*, ideſt præ gaudio cantet, & exultet *omnis terra*, ideſt
curia terreſtrium hominum, *de gloria Heliſei principis*, & ducis ſe-
cundi *carmelitarum, & prophetæ, quem magnus Helias thesbytes in-
ſtituit*, ideſt vnxit in prophetam pro ſe, *nutu diuini numinis*, ideſt deo
3. Reg. 19. c. præcipiente immiſſo pallio ſuo ſuper eum. *Hic in infernum po-
tuit &c.* recenſere videtur hymni auctor hoc tertio verſu miracu-
4. Reg. 4. c. lum de ſuſcitatione filij mulieris Sunamitidis, de quo in libr. Re-
gum. Vnde ſenſus verborum eſt, *hic* videlicet Heliſeus *dum viue-*
Per infernũ *ret in hac vita potuit in infernum*, vbi per infernum non locum dam-
in quem po- natorum, & profundiſſimam inferorum partem intelligo, vbi nul-
tuit Heliſeꝰ la eſt redemptio, ſed iudicium ſine miſericordia ſaluante, ad quam
viuẽs, quid facilis eſt deſcenſus etiam ſecundum Mantuanum hometum, ſed
intelligere reuocare gradum, ſuperaſque euadere ad auras non paucorum eſt,
debeamus. ſed aut nullorum, aut rariſſimorum, ſed intelligo lymbũ ſancto-
rum patrum, vel etiam purgatorium, inde enim *animam* pueri di-
ctæ mulieris, euocauit, & *tulit* orans dominum, *ac corpori* ſuo (cu-
ius antea fuerat forma, vita, & motrix) *reſtituit*, ſed non antequã
non ſemel, ſed bis iacuiſſet ſuper eum. *Naaman ſyri nobilis &c.*
Hoc loci hymni auctor miraculum recenſet mundationis Naaman
4. Reg. 5. c. ſyri à lepra de quo in libr. Regum. Vnde ſenſus verborum eſt, &
hic Heliſeus *ſanauit vulnera leprę Naamam ſyri nobilis*, ideſt hono-
rati, magni, fortis, & principis exercitus, & militiæ regis ſyriæ,
de quo legitur quòd deſcendit, & lauit ſepties in Iordane iuxta ſer-
monem viri dei præcipientis, vade, & lauare ſepties in Iordane,
& recipiet ſanitatem caro tua, atque mundaberis, & reſtituta eſt
caro eius, ſicut caro pueri paruuli, & mundatus eſt, qui ne vide-
retur ingratus ob beneficium acceptum, vim faciens Heliſeo vt ac-
ciperet benedictionem ab eo, ipſe Heliſeus renuit, penitus illi non
acquieuit, immo *oblata munera diuitis omnino ſpreuit*, ne videre-
tur gratiam ſanitatis vendidiſſe, quam gratis acceperat à domino,
Hic mulieris uiduæ &c. hoc verſu quinto hymni auctor narrat aliud
miraculum de multiplicatione olei, quo ſolutum eſt debitum quod
habe-

habebat mulier de vxoribus prophetarum cum creditore ſuo, & de reliquo aduixit ipſa cum filijs ſuis, de quo in 4. Reg. cap. 4. Vnde ſenſus verborum eſt, *hic* iſdem Heliſeus *compatiens inopię mulieris viduę*, cuiusdam ex vxoribus prophetarum, quę clamabat ad eum propter debitum quod habebat cum quodam creditore ſuo, qui venerat vt tolleret filios ſuos ad ſeruiendum ſibi, *multiplicauit oleum*, quod habebat in domo ſua (de quo illa, non habeo ancilla tua quicquam in domo mea niſi parum olei quo vngar) inſuſione tamen, & immiſſione in vaſa vacua non parua, quę mutuò acceperat à vicinis, & iuſſit vt venderet, de prętio ſolueret debitum creditori ſuo, & de reliquo viueret ipſa, & filij ſui, Dices quæ mulier fuit iſta? Reſpondeo fuit vxor Abdię prophetæ, qui magnis debitis ſe obligauerat pro conſeruatione, & nutritione centum prophetarum quos quinquagenos, & quinquagenos à furore Iezabel in ſpeluncis abſconderat: & pauit eos pane, & aqua: vt narrat hiſtoria lib. 3. Reg. cap. 18. *Finitum cuius corpuſculum &c.* & hoc ſexto verſu hymni auctor explicat aliud miraculum de mortuo quodam reſuſcitato ad tactum oſſium ſancti Heliſei de quo in libr. Regum: Vnde ſenſus verborum eſt, *cuius* Heliſei videlicet *corpuſculum* cum eſſet *finitum* ita vt non poſſet amplius exercere opera vitæ, at ſi mauis legere *linitum*, *uel litum*, ſenſus verborum erit iſte, *cuius corpuſculum linitum* cum eſſet ideſt vnctum, *& ſepulturę traditum*, *uel litum*, ideſt obturatum, & clauſum ſepulchro, *& ſepulturæ traditum*, *mox mortuum reſuſcitauit ueraciter ſolo tactu* videlicet oſſium eius, quidam enim ſepelientes hominem, videntes latrunculos, proiecerunt (ait ſcriptura) cadauer in ſepulchro Heliſei, cuius cum tetigiſſet oſſa reuixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos, & ſic patet, quòd qui viuus mortuum reſurrexit, is etiam mortuus mortuum reduxit ad vitam, hinc meritò de eo ſcribitur, Heliſeus in vita fecit monſtra, & in morte mirabilia operatus eſt, ita vt mortuum prophetaret corpus eius, de quibus omnibus gratiæ agēdæ ſunt deo, quem mirabilem prędicamus ī ſanctis ſuis, quem oramus vt ſicut in ſancto Heliſeo duplicauit ſpiritum Heliæ ad miracula facienda, ita multiplicare dignetur gratiam ſpiritus ſancti in nobis ad virtuoſa opera exercenda ad laudem dei, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

4. Reg. 13. c.

Eccl. 48. c.

Hymnus

Hymnus ad veſperas in feſto Sancti Ioannis Baptiſtæ.

SEquitur expoſitio hymni. *Vt queāt laxis reſonare fibris &c.* qui dicitur ad veſperas in feſto Sācti Ioannis Bapt. in quo auctor, qui creditur fuiſſe Paulus diaconus Longobardus hyſtoriographus, prędicat, & annunciat beati Ioannis bapt. inſignia p̄conia, conceptum eius è cœlo denunciatum, explicat patri Zachariç ablatos modulos promptæ loquelæ, quia verbis angelicis non credidit, & tandem exultationem eiuſdem D. Ioannis in vtero matris Eliſabet. Ait ergo. *Vt queant laxis &c* ſenſus, & verborum ſeries, & ordo eſt, ô *Sancte Ioannes* cuius natiuitatem hodie feſtiua celebritate veneramur in terris, quo maior non ſurrexit inter mulie-

Matt. 11.c. rum natos, *Solue*. i. diſſolue, remoue precibus, & gratis deo interceſſionibus tuis, *Reatum*. i. peccatum, offenſam, *labij polluti*, vt ſit caſus pro caſu. i. labiorum pollutorum, inquinatorum, fœderū, contaminatorum, Ideſt quam commiſimus ſcelere nefario oris, & labiorum per exceſſum, & verborum ſuperfluitatem contaminatorum, quauē mens, & voluntas, animæ noſtræ vires, quaſi quodā vinculo, & retinaculo implicatę, inueniuntur, indiſpoſitę ad rectè laudandum deum, & ad iuſtitias dei enarrandas, hinc in pſalm. ait

Ps 49. deus peccatori, Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? *Vt famuli*. i. Chriſtifideles, qui ſoli famuli dei ſunt, & ſerui (nec eſt dura ſeruitus iſta, & famulatio, cui ſeruire regnare eſt) & ſerui ipſi dicti ſunt famuli, nam hoc nomen famulus originem traxit ab oſcis italię populis, apud quos ſeruus famulus dicebatur. *Queant*. i. poſſint, valeant, *laxis fibris*. i. ſolutis extremitatibus linguæ quo ad literam, & vinculis, quibus alligatur gutturi, omnes enim rerum extremitates fibrę dicuntur, quin & minuta radicum in arboribus, herbiſque capillamenta, hoc nomine appellantur, hoc loci autem pro extremitatibus linguę quo ad literam, & pro vinculis quibus alligatur gutturi intelliguntur, q̄ ſi contracta fuerint, ac reſtricta, impediunt vocem liberè formare, ſi autem ſoluta, rara, & laxa, p̄ſtabunt facultatem liberius edendi vocem, at ſi ſecundum intelligentiam ſpiritualem id volumus intelligere, ſicut peccata impediunt à digna laude dei, ſic ſi animę liberę fuerint à peccatis prōptius erumpent in diuina cantica, & ſanctorum laudes, & placet mihi quod dicit quidam, ꝙ alludere videa-

Soli Chriſti fideles famuli dei ſunt.

vnde trahat originē hoc nomē famulus.

Quid ſint fibrę.

Iſai. 6.c. tur hoc loci hymni auctor ad id quod in Iſai. legitur, qui quum conquereretur apud ſe, ꝙ pollutus eſſet labijs, & ꝙ habitaret in medio populi

populi polluta labia habentis, ad eum purgandum miſſus é vn⁹ de ſeraphin, cuius labia cum tetigiſſet calculo ignito, quem forcipe tulerat de altari, ait, Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur, vnde ſicut is ex tunc factus eſt dignus verbi dei annunciator, ſic nos famuli Chriſti (ait hymni auctor) *fibris laxis.* i. reſolutis vinculis peccatorũ & purgatis labijs, poterimus reſonare, dicere, & vocibus amplis cantare ô *Sancte Ioannes*, *Mira.* i. admiranda, & admiratione digna, portentoſa, *geſtorum*, & factorum tuorum, quanuis in euangelio ſuper te nihil legamus niſi ortum, oraculum, exultationem in vtero, vocem in deſerto, baptiſmum Chriſto à te datum, & ad Herodem vocem factam, non licet tibi habere vxorem fratris tui, qua pciſum eſt tibi caput. *Nuncius celſo &c.* ſenſus eſt, Gabriel dei nuncius, qui de choro archangelorum eſt, de quo apud Danielem, cumq; orarem, ecce vir (ait) Gabriel citò uolans, tetigit me in hora ſacrificij ueſpertini cui commiſſa fuit dominicæ annunciationis legatio, & pcurſoris cõceptus, & ortus, qui fortitudo dei dicitur, tum quia Chriſtum dei uirtutem, & ſapientiam, qui poteſtates ſuperauit aereas, nũciauit incarnandum, tum quia Ioannis nunciauit ortum, qui firmus, & ſtabilis, ac fortis adeò fuit, ut Chr̄us de eo diceret, quid exiſtis in deſertum uidere? arundinem uento agitatam? *qui ueniens*, & deſcendens in aſſumpto corpore, quod ad libitum formare poſsũt angeli, quibus corporalis materia obedit ad nutum, quantum ad motum localem, *de celſo olympo.* i. de alto, & ſummo cœlo empyreo igneo, non ab ardore, ſed ab excellenti ſplendore (olympus em̃ licet mós ſit ita ſublimi, uertice, ut ſummum eius accolę cœlum uocent, nubes enim excedit) hoc loco tamen non accipere, niſi pro cœlo empyreo, & non à ſe ueniens, non ab angelo ſuperiori miſſus (ut fieri ſolet, & Zacharias teſtatur.) Vnde ait, ecce angelus qui loquebatur ad me, egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occurſum eius, & dixit ad eum, curre & loquere ad puerum iſtum, ſed immediatè à deo. *Te patri magnum &c.* ſenſus uerborum eſt, qui nũcius ab alto cœlorum veniens, à deo immediatè miſſus, *Promit.* i. pronunciat, profert, manifeſtè denunciat, ac aperit, & in medium affert, *Patri.* i. genitori tuo Zachariæ *te fore naſciturum magnum.* i. in donis gratiæ excellentem, & verè magnum, nam nullus inter natos mulierum maior te ſurrexit, pcellis cęteros, emines vniuerſis, antecellis prophetas, ſupergrederis patriarchas, & quiſquis de muliere natus eſt te inferior eſt, *Quod ſi dicas*, ergo, & beata Virgine maior eſt? Reſpondeo nego conſequentiam, nam primo dicam Chriſtum

Marc. 6. c. *Dan. 9. c.* *Gabriel dicitur fortitudo dei et cur.* *Matt. 11. et Luc. 7. c.* *Quid ſit olympus.* *Zach. 2. c.* *Matt. 11. c.*

Io Baptiſta non fuit maior B. virgine ſed bene maior omnibus qui ceciderunt, & ſurrexerũt.

ſtum dixiſſe ipſum maiorem inter natos mulierum, non inter natas. Secũdo dico Chriſtum dixiſſe inter natos mulierum non ſurrexiſſe maiorem eo, quia maior eſt omnibus qui ceciderunt, & ſurrexerunt, & quia non virgine maior eſt, ex hoc euidenter colligere poſſumus virginem in peccatum originis non cecidiſſe, & quis argumentum hoc poterit ex thomiſtis diſſoluere? Et verè magnum magnitudine ſpirituali, quę eſt magnitudo gratiæ ſapientiæ: ac virtutis, & verè magnum, quia non magnus coràm proprijs oculis, &

Lucæ 1. c.

hominibus, ſed coràm dño, qui iudicabit te talem. Magnus Chriſtus ſecundum quòd angelus isdem dixit ad Mariam, Magnus tu ò

Hier. 23. c.

Chriſtus maior Io. baptiſta, toto vniuerſo & cęteris creaturis ēt ſecundũ naturam aſſumptam.

ſanctè Ioannes: ſed quid palea ad triticum? Chriſtus qui minor eſt reputatione, & quorundam æſtimatione in eccleſia militanti, & in regno cœlorum maior eſt te, Matt. 11. c. & non ſolum excedit te in comparabiliter, & immensè ſecundum quòd deus, ſed ſecundum quoq; naturam aſſumptam vt verbo vnitam, & gratiæ plenitudine decoratam, non ſolum eſt maior te, ſed & omni intellectu creato, tantęq; magnitudinis eſt non mole, ſed perfectione, poteſtate, ac dignitate, vt maior ſit toto vniuerſo, & omni creatura intellectuali, ac inferiori. *Nomen & vitę &c.* ſenſus eſt, & non ſolum, *promit*, patri tuo, te fore naſciturum magnum, ſed etiam promit, *ordine*. i. ordinata denunciatione, *nomen* tibi imponendum, Ioannes voca-

Luc 1. c.

bitur nomen eius ait D. Lucas, & licet quidam voluerint ipſum appellare nomine patris ſui Zachariam, exclamat Eliſabeth. NON, Sed vocabitur Ioannes: & Zacharias nutu interrogatus, quod voce non potuit (incredulitas enim affatum eripuerat, & auditũ) ma-

Io. à deo nomen accepit ut plerique ſancti.

nu, & literis eſt locutus, nam ſcripſit, Ioannes eſt nomen eius. hoc eſt, non ei nos nomen imponimus, qui iam à deo nomen accepit, habent enim hoc merita ſanctorum, vt à deo nomen accipiant, ſic Iacob yſrael dicitur, vnde ait nequaquam Iacob appellabitur nomen

Gen. 32. c.

tuum, ſed yſrael: ſic dominus noſter nominatus eſt Ieſus, antequã natus, cui non angelus, ſed pater nomen impoſuit, & tandem promit, inculcat, ſeriem. i. ordinatum progreſſum, & continuatam progreſſionem, & proceſſum, *vitæ gerendæ*. i. faciendæ, & exercẽ-

Luc. 1. c.

dæ in hac mortali vita, quæ omnia breui compendio explicat D. Lucas. *Ille promiſſi dubius &c* ſenſus eſt, *ille* videlicet pater tuus Zacharias *dubius promiſſi ſuperni*: (dixerat enim & vnde hoc ſciam, ego enim ſum ſenex, & vxor mea proceſſit in diebus ſuis?) *perdidit promptæ modulos loquelæ &c.* ſenſus eſt, *perdidit*, amiſit, *modulos*, ideſt facultatem, inſtrumenta, & articulatam prolationem, *promptæ*. i. expeditæ, *loquelæ*, dixit enim ei angelus, quia non crediſti

verbis

verbis meis, non poteris loqui vſque in diem, quo Hæc fiant, vel natiuitatis, vel potius circuncisionis pueri, & mutitas contigit ei in ſignum pœnale ſuę incredulitatis, vt qui diſcredendo fuerat locutus, tacendo diſceret verbis cęleſtibus eſſe credulus. *Sed reformaſti &c.* ſenſus eſt, ſed tu *genitus* tuis meritis, vel ſequentibus, vel etiam præſentibus, vſum enim rationis habuit etiam in ventre matris, & vt D. Thom. in 4. ſen. diſt. 6. q. 1. ar. 1. ait, acceleratus eſt in eo vſus lib. arb. ſalutando Chriſtum & exultando in vtero matris, & in vtero potuit iſtud mereri, neque enim vllam infantiæ ſentit ætatem, qui ſupra naturam, & ſupra ętatem in vtero ſitus matris, à menſura perfectę cępit ętatis plenitudinis Chriſti (ait D. Amb.) nam ſi hoc non eſſet, quomodo pater ſuus allocutus eſſet puerum octo dierum, ad quem dirigens verba ſua ait, Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis &c. et cui dubium quòd poterat puer natus vocẽ patris audire, qui Mariæ ſalutationem antequam naſceretur audiuit? *Reformaſti* recuperaſti patri tuo, *Organa* inſtrumenta *vocis peremptæ.* i. perditæ, ablatæ, & tunc quando poſtulans pugillarem ſcripſit, Ioannes eſt nomen eius, hinc apud D. Lucam, Apertum eſt illico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens deum, quod reputatur factum meritis nati. *Ventris obſtruſo &c.* ſenſus eſt, & tu puer adhuc *poſitus*, & in *obſtruſo*, clauſo, occluſo, *cubili ventris*, matris tuæ Eliſabeth, quaſi ſtrue quadam collocatus, & impoſitus, Eſt enim ſtrues pira propriè, & lignorum congeries, *ſenſeras regem talamo &c.* ſenſus eſt, *ſenſeras*, i. verè cognoueras regem Chriſtum à deo patre ſic conſtitutum, *manentem* i. iacentem, quieſcentem, reconditum pręſentem *thalamo* i. in thalamo. i. in ventre beatæ virginis tamquam in loco delitioſo, vnde proceſſit tamquam ſponſus de thalamo, & vndè putas exultationem illam in ventre matris ſuę ortam, niſi ex apprehenſione pręſentiæ Chriſti in clauſula virginis matris? ex qua exultatione repleta eſt Mater, vnde, & paruuli ſpiritu prophetans (ait) Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? ex quo enim facta eſt vox ſalutationis tuę in auribus meis, exultauit infans in vtero meo, Chriſti ſentiens aduentum, & præſentiã, qui necdum poterat ſentire vel ſeipſum, non poteſt præſente domino contineri, non ſuſtinet expectare naturę terminos, ſed contendit rumpere carcerem ventris, & ſtudet præfigurare venientem ſaluatorem, ò admirabile myſterium (inquit D. Chryſ.) nondum naſcitur, & ſaltibus loquitur, nondum ei permittitur clamare, & per facta auditur, nondum ducit vitam, & deum prædicat, nondũ aſpicit lucem, & ſolem indicat, ſed cui? illo in tempore ſolùm potuit

Io. Baptiſta in utero matris habuit uſum lib. arbitrij & potuit mereri.

Luc. 1. c.

Luc. 1. c.

Ps. 2.

Ps. 18.

Exultauit Io. baptiſta in uetre matris & cur.

Luc. 1. c.

Io baptiſta in uētre matrem ſolam illuminauit, at paulo poſt mundum totum.

illuminare modium ſuum ſoli lucere matri, lucerna hæc ardens, & lucens magnum ei pietatis ſacramentum reuelans ipſo motu nouæ exultationis, illuminauit ergo iam tunc modium ſub quo latebar, totum paulo poſt mundum nouis fulgoribus illuſtrata. *Hinc parens nati &c.* ſenſus eſt, *hinc*.i. ex hoc quod D. Ioannes nouit Chriſtum in vtero, & exultauit, qua exultatione repleta eſt mater ſpiritu paruuli, *meritis nati* i. ob merita filij: *Parens uterque*, ideſt mater Eliſabeth, & pater Zacharias *abdita* i. ſecreta, abſcōdita, & futura myſteria, Pādit.i. reuelat, & archana dei, prophetico ſpiritu, reſerat, nā Eliſabeth ait, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui, & vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? & hoc vnde ſciuit, ex exultatione infantis in vtero, in quo baptiſta fecit reuerentiam, & adorauit Chriſtum in vtero matris virginis quieſcētem, Zacharias autem tempore circuncifionis pueri ſui, aperto ore

vbi ſupra.

clamauit ſpiritus s. plenus, Benedictus dominus deus yſrael &c totum ex D. Luca. *Gloria patri*, vt ſit ſenſus, *gloria* ſit deo *patri*, *ſemper & omni tempore ſecli*, *& proligenitę* i. filio, qui pulchra parentis dei proles eſt, *& tibi*, ò alme ſpiritus, *compar* i. ęqualis *vtriusq;* à quibus in nullo diſcrepas, vel differs, niſi in eo vbi obuiat relationis appoſitio (ut inquiunt ſcholaſtici) & hęc gloria ſit vna, & eadem omnibus, nam licet confiteamur, quòd alia ſit perſona patris, alia filij, alia ſpiritus s. vna tamen horum eſt diuinitas, æqualis gloria, coæterna maieſtas, & non tres dij ſunt, ſed vnus tm̄. Amē.

Hymnus ad matutinum in feſto S. Ioannis baptiſtæ.

SEQVITVR expoſitio hymni. *Antra deſerti &c.* qui dicitur ad matutinale nocturnum in feſto Sancti Ioannis baptiſtæ, In quo auctor, qui & præcedentis hymni, narrat huius Sancti habitationem in deſerto, explicat eiusdem auſteritatem in amictu, & victu, prædicat propheticam eiusdem excellentiam, & ſanctitatē ſuper cæteros, ob quod meruit tingere lymphis, Chriſtum lauantem ſeculi nefas. Ait ergo. *Antra deſerti etc.* ſenſus eſt ò Sancte Ioannes, *tu fugiens turmas*. i. ſocietates, *ciuium*. i. hominum ſecularium, & conſortium in ciuitatibus habitantium *ſub annis teneris* i à puerilibus annis, *Petiſti*.i. ingreſſus es, *Antra*.i. ſpeluncas, cauernas *deſerti*, habuiſti enim miſerum, & deſertum habitaculum, neque enim moratus es in palacio, in ciuitatibus, ſed in deſerto, in loco ſolitario, in latibulis eremi. i. in occulto, & obſcuro & ſolitario loco deſerti, in quibus per multos annos à teneris annis.

Io. baptiſta a teneris annis antra deſerti petijt, & cur.

annis ſolitariam vitam duxiſti, cuius rei (etſi plures poſſent aſſignari cauſſæ, ut videlicet peccatores liberius poſſet arguere, homo enĩ non ita liberè arguit illos, quibus cum conuerſatur, habitat, viuit, & comedit, vt de Chriſto fidelius teſtimonium proferret, ſi enim cum Chriſto moratus fuiſſet, tunc dici potuiſſent, quod ex amicitia teſtimonium bonum perhibuiſſet, & vt ſanctam educationẽ haberet, & malitias hominum euitaret. quia ex cohabitatione malorum interdum contrahitur macula peccatorum) auctor tamen hymni unam ex his tantum cauſſis aſſignat dicens, & ad hoc fugiens turmas ciuium antra deſerti ingreſſus es, *ne uitam* tuam, & conuerſationem, *maculare poſſes*, vel ſaltem *leui famine*. i. locutione etiam ocioſa (Dicitur enim famen à faris, vel fare) ex conuictu, & conuerſatione quotidiana inter homines mundanos, & ſeculares, in mundo enim pro certo omnes hominis ſenſus polluuntur, viſus in videndo vanitates, auditus verba ſcurrilia audiendo, olfatus odores uarios odorando, os vana ſępe loquendo, & manus ſe ad illicita extendendo; Et quis eſt, qui poteſt continere ſe, vt tangens picem non inquinetur ab ea? voluit igitur beatus Ioannes in loco deſerto habitare, non ſolùm vt mundos ſeruare poſſet oculos, quibꝰ ſpiritum s. in ſpecie columbæ erat conſpecturus, vt mundas ſeruare poſſet aures, quibus vocem patris dei erat auditurus, mundum poſſet ſeruare olfatum, per quem Chriſti odorem eſſet perſenſurus, & mundas ſeruare poſſet tandem manus, quibus erat Chriſtũ baptizaturus, & digito oſtenſurus, ſed etiam vt mundum ſeruare poſſet os, per quod Chriſti teſtimonium erat prolaturus, qui etſi confirmatus eſſet in gratia, quod mortaliter peccare non poterat venialiter tamen offendere poterat, & minutiſſimis illis quotidianis, leuibusque peccatis peccare, ſine quibus miſera hęc hominum uita nõ ducitur, nec tamen ob id deſinunt eſſe iuſti, quia cum veniali ſtat gratia, & charitas, & ipſe ſpiritus s. & ideo ne venialiter etiam peccaret, fugit venialium occaſiones culparum, qui & ſi quandoq; in aliquã ex eis leuiſſimã incidebat, mox in ardentiſſima fornace charitatis ſuæ abſorbebatur, pro qua mirabiliter ſatisfaciebat, *Prębuit hirtum etc.* Hoc verſu hymni auctor breui compendio deſcribit aſperitatem D. Ioannis in veſtitu, & victu, vnde ſenſus eſt, *camelus*, & per camelum intellige, non finem nauticum, quo anchoræ religantur, de quo (vt puto) intellexit Chriſtus cum ait, facilius eſt camelum per foramen acus tranſire &c. Sed animal, cuius crura prolixa, & collum oblongum, qui camelus ſolus animantium habet gibbũ, quo vnicè deformis eſt, minus cæteris animalibus põt in cœlum attollere

Omnes ſenſus ex cõuictu inter mũdanos homines polluntur.

Eccl. 13. c.

Io. baptiſta peccare poterat uenialiter, et ſi nõ mortaliter.

Quid ſignificet hoc nomẽ camelꝰ.

Matt. 19. c.

tollere caput, & libenter ſe oneribus ſubijcit etiam flexis genibus, hic igitur *camelus prębuit*, ideſt dedit, conceſſit, *artubus ſacris*, ideſt membris ſacris Sancti Ioannis, *hirtum tegimen*, ideſt coopertimentum hirſutum, aſperum, durum, ſetoſum & piloſum, erat em̃ inquit D. Matth. veſtitus ex pilis camelorum.i. ex cilitio, ſeu ſacco ex pilis camelorum cõtexto, ex pilis enim e caudis equorum detractis ſolent cilicia texi, at D. Ioannes pilos camelorum delegit ex quib⁹ ſibi veſtem parauit, *ſtrophium bidentes*, hoc eſt oues præbuerunt ſibi, *ſtrophium*, quod quidem (& ſi propriè pro faſcia pectorali ſumitur, quę cohibet tumorem papillarum, & quandoque ſumitur etiam pro corona ab inſigni q imponebatur capitibus ſacerdotum, hinc Plinius, teniorib⁹ (ait) vtebantur antiqui coronis, ſtrophia appellantes, hoc loci tamen pro cingulo, & zona ſumitur, quæ renes ſtringat, ac coerceat, vt ſit ſenſus, quod bidentes .i. oues, quæ bidentes dicuntur, ideſt vel duorum annorum, nam talis ætatis eligebantur ad ſacrificium, vel dictæ ſic à duobus dentibus, quos cæteris habent altiores, pbuerunt eidem, *ſtrophium*, ideſt cingulum, & zonam, vnde apud D. Matth. dicitur quòd zonam pelliceam habebat circa lumbos ſuos, hæc quo ad veſtitũ; Quo verò ad victum, qui in cibo, & potu conſiſtit, ſequit. *Cui latex hauſtum &c.* ſenſus verborum eſt, *cui* videlicet D. Ioanni *latex*, quod nomen (& ſi pro oĩ humore ſumi poſſit, pro aqua vino, oleo ſucco) hoc loci tamen ſumitur, pro aqua, vt ſit ſenſus, quòd *latex* .i. aqua præbuit illi *hauſtum* i. potum, vel ſorbitionem, neque enim vinum bibit unquam, ſed hauſtus aquę illi nectar erat, *& paſtum*.i. cibum, vel eſcam neceſſariam, præbuerunt illi, *mella ſociata*. i. iuncta, vel cum *locuſtis*, idem enim euangeliſta dicit, quòd eſca eius erat, locuſtę, & mel ſylueſtre, neque enim panem vnquam manducauit, quod locuſtas comederit, non caret myſterio, nam cum locuſtæ ſint herbarum, & terræ naſcentium præſentanea peſtis, non aliud deſignant, quam peccata noſtra, quę ſunt peſtis animarum, & corporum noſtrorum, quo voluit admonere prędicatorem officij ſui, vt peccata videlicet populi voret, deum orando, ut illa populo condonet, populum admonendo, ut reijciat, ſic igitur vorator, & deſtructor peccatorũ, qui prædicare cupit vt decet, & in comedendo mel ſylueſtre indicauit, quòd debeat prædicator amare receſſus, & ſolitudinem, ubi cum Diuo Benedicto, & Bernardo, & alijs patribus melleam dulcedinem accipiat ex quercubus, & fagis, contemplando, mel em̃ dulcedinem contemplationis deſignat, & Syluestre mel monſtrat, non niſi in ſolitudinibus inueniri, Et decuit Ioannem tantę abſti-

Matt. 3 c.

Quid ſignificet hoc nomen ſtrophium.

Vnde dicantur bidẽtes

vbi ſupra.

Latex quid ſignificet.

Io. baptiſta comedit locuſtas: & mel ſilueſter & cur.

Decebat Io.

nentię eſſe, ut teſtimonium de Chriſto credibilius redderetur, inſi-nitaterque per vitę ſuę rigorem quòd Chriſtus in ſuo primo aduentu, temporalium abundantiam, & corporũ oblectamenta, non eſſet daturus (vt pſtolantur Iudei obtenebratiſſimi) quantum verò ad locuſtam, q̃ inſecti genus eſt, infirmas habens alas, tam modicis ſe volatibus terra attollens, ut ſaltare potius videatur, quam volare, Rabanus ait, in deſerto Iudeæ inuenitur minimum hoc locuſtarum genus, quo paſtus eſt baptiſta, & vſque hodie apparent, habent corpora ad modum digiti manus, exilia, & breuia, in herbis facilè capiuntur & coctę in oleo pauperibus p̃bent victum, de quibus D. Chryſoſt. Locuſtę ſunt volatilia quædam immunda, ſed parua, & non ſatis in altum volantia; ſuntque pedibus longis ſicut haſta, & dicunt quidam quòd grillus ſit, vel aliquid aliud animal ſimile illi paruum, dente noxium, nam plusquam cætera animalia frugibus nocet, herbas enim omnes, & meſſes, aut erodit, aut tactu adurit, ex his naſcitur Brucus, & ſic uocatur quouſque habeat alas, quum autem alæ creſcere ceperint, Atelabus dicitur, quum autem plenè volare ceperit, locuſta dicitur, nocet vero plus Brucus, quam atelabus, vel locuſta, quia alis caret, nec moueri poteſt, & ſic vbi inſederit radicitus comedit fruges, ſit quomodocunque animal eſt locuſta, qua parthi veſcuntur pro delitijs (vt docet Plin.) ſic & quidam populi Aethiopię, qui in hunc vſum eas fumo, & ſale durant, quibus pro cibo in deſerto vſus eſt D. Ioannes (quanuis hoc non placeat quibusdam, qui dicunt non eſſe veriſimile, eum, qui nec panem manducabat, animalibus vixiſſe, & cibo tam immundo, & impuro, vt locuſtæ) vnde per locuſtas non intelligunt animalia, ſed herbam deſerti inſtar locuſtæ diſpoſitam, & arborum ſummitates, & extremitates, tenuiores, & exiliores, quantum verò ad mel, dicunt quidam quòd per mel ſylueſtre intelligat hymni auctor mel in ſylua repertum, ſunt enim in deſerto iudeæ arbores folia lata, & rotunda habentes, lactei coloris, & mellei ſaporis, quæ natura fragilia, manibus confricantur, & eduntur, vel quòd intelligat per mel, verum mel, quod quidam dicunt eſſe cœli ſudorem, alij ſiderum ſaliuam, alij ſuccum aëris purgantis ſe: ex aere enim decidit ſiderum maximè exortu ſublucanis temporibus, quod in truncis, & folijs arborum, & ſuper herbas in ſyluis, vel in arundinibus, reperitur, ſunt enim quædam arundines plenæ melle naturaliter, de quo fit Saccarum, Ego autem puto (ſub aliorum cenſura) quòd per mella iuncta locuſtis, intelligat hymni auctor fabam ſyriacam, quam græci Laton appellant, Ar-

Cur eſſe tãtę abſtinentiæ, & quare.

Locuſta quid ſit.

bor

bor, eſt enim magna: fructum ferens, & comeſtibilem, & guſtu dulcem, vnde & mella dicta eſt, de qua in laudem ſapientiæ, Et ſuper mellam dulcis eſt, vt ſit ſenſus, mella cum locuſtis præbuit D. Ioanni paſtum, eſcam, & cibum neceſſarium, Hæc de veſtitu, & victu huius ſanctiſſimi hominis. *Cęteri tantum cecinere &c.* hoc loci explicat excellentiam ſancti Ioannis ſupra cæteros prophetas, quos intelligit per vates, communis enim generis eſt hoc nomen, & ſignat fatidicum, Diuinum, prophetam, à fando, quaſi fates, quia digna deo loquuntur, vel dicuntur à video. es. quia futura vident, & venturorum ſunt præſcij, hinc Plautus, bonus vates eſſe poteras, cum quæ futura ſunt videas, Virgilius, tuq; ò ſanctiſſima vates præſcia venturi, vel dicuntur à vas. is. & theos: quaſi vas dei, vel vas diuinum, cõtinere enim videntur deum per futurorum pręſcientiã, Ait ergo *cęteri tantum cecinere uatum.i.* prophetarum *cæteri* prophetarunt *tantummodo*, & prædixerunt de longe *corde preſago.i.* futurorum præſcio, & p̃nuncio, & futura præſentiente, *iubar affuturum.i.* ſplendorem, & claritatem veri ſolis Chriſti regis, *affuturum.i.* venturum in carnem, ob quod ſtellę dici poterant, quæ ſicut illæ prænunciant ſolis, & lucis ortum de longe, ſic iſti Chriſti verę, & primariæ lucis aduentum de longinquo nunciarunt, *at tu o* Sancte Ioãnes *quidem* pro certè, & verè *indice prodis* i. digito p̃ſentem oſtendis, manifeſtas, *auferentem.i.* deſtruentem *ſcelus mundi*, cui dixiſti quum veniret ad te, ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi, ob quod lucifer rectè dici potes, quia de propinquo nunciaſti aduẽtum ſolis iuſtitię, immo nunciaſti ipſum iam adeſſe, vnde non ſolum prophetę nomine dignus es, habuiſti enim ſpiritum prophetiæ de futuro quando dixiſti, Ipſe eſt: qui poſt me venturus eſt, habuiſti ſpiritum prophetiæ de p̃terito quum dixiſti, qui ante me factus eſt, ſed plusquam propheta es, quia habuiſti ſpiritum prophetię de p̃ſenti occulto cum dixiſti, cuius non ſum dignus corrigiam calciamenti ſoluere, & de p̃ſenti palàm. quum dixiſti, eccę agnus dei &c. *Non fuit vaſti ſpatium &c.* ſenſus eſt, *Per ſpatium vaſti.i.* ampli, & magni *orbis.i.* mundi, vel in toto orbe terrarum, totęque vniuerſę terrę globbo (quem ſphericę figurę eſſe, ſaniores philophi conſentiunt) *non fuit genitus quisquam ſanctior Ioanne*, qui fuit virtutũ ſchola, vitæ magiſterium, ſanctitatis forma, iuſtitiæ norma, & hoc loquendo de viris tantum, ex complexu maritali, & conſueto naturæ more genitis, non de mulieribus, (ut innui ſupra) excipere eñ ſemper debemus beatam Virginem, vnde ſicut ait Chriſt^9 inter natos mulierum non ſurrexit maior: non autem inter natas, ſic inter

Quid ſignificet & unde trahat origi nem hoc nomen uates.

Prophetæ dici poterãt ſtellę: at Io. lucifer

Ioan 1.c.

vbi ſupra.

Matt. 11.c.

natos mulierum non fuit quiſquam illo ſanctior, non inter natas, nam ſi ille (vt auctor hymni ſequitur) ſanctior quibuſcunque generis in orbe uaſto dicitur, ob id quia meruit, tingere, i. immergere, *lymphis* i. baptizare in aquis Chriſtum (vt omnes euangeliſtæ fatentur) *lauantem* i. mundantem, purgantem in ſanguine ſuo, *nefas*. i. ſcelus, & impium facinus *ſecli* i. mundi, quod nefas dicitur quoniam adeò ſceleratum eſt, vt ne fari quidem, ideſt nominare debeamus, quanto magis ſanctior illo dicetur beata virgo, quę ipſum Chriſtum in utero nouem menſibus portauit, aluit, nutriuit, & lactauit ubere de cœlo pleno? ſicut igitur cũ de peccatis agimus nullam (cum D. Auguſtino) de ea mentionem facere volumus, ſic cũ de ſanctitate aliorum in mundo natorum præter Chriſtum agimus, nullum de eadem volumus facere ſermonem, Gloria patri &c.

Peccatum dicit nefas & cur.

Hymnus ad laudes in feſto Sancti Ioannis Baptiſtæ.

SEquitur expoſitio hymni, *O nimis felix etc.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto S. Ioan. Bapt. In quo auctor, qui & duorum pręcedentium, deſcribit virgineũ candorem S. Ioan. appellat ipſum prępotentem martyrem, eremi cultorem, maximum vatum, oſtendit quòd ei debeatur abundans p̃mium, & tandem facit ad ipſum deuotam ſupplicationem, vt à deo impetret nobis gratiam in pręſenti, & gloriam in futuro, Ait ergo. *O nimis felix &c.* vbi nota, quòd hoc aduerbium quantitatis *nimis*, quod cõparatiui habet vim, licet quandoque ſumatur pro eo quod eſt dicere, plus iuſto, ſupra modum, vltra voluntatem, multum, uel ſatis, quomodo ſumpſit Ouidius in de remed. Quæ nimis apparent retia, vitat auis, hoc loci tamen ponitur pro poſitiuo ualdè, & perfectè, ſicut & in pſalmiſta, Ego autem humiliatus ſum nimis, & alibi, ut ſit ſenſus ò Sancte Ioan. Tu es *nimis*. i. ualdè, & perfectè felix, proſper, beatus, fortunatus, nam in terra exiſtens, omnia ſignificata huius nominis, quod eſt felix, habuiſti, fuiſti enim felix .i. proſper, beatus, & fortunatus, de te enim dictum eſt Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam (ut in Malach. & euang. D. Matth.) fuiſti felix .i. utilis, & tibi, & alijs, neque enim manifeſtationem ſpiritus habuiſti ad tui tantum utilitatem, ſed & ad aliorum; fuiſti felix .i. fecundus & fertilis, nam multos filiorum yſrael conuertiſti ad dominum deum ipſorum, & paraſti domino plebem perfectam, dans omnibus monita, & conſilia ſalutis, (ut legere eſt apud D. Lucam) & non ſolum fuiſti felix in terra, & in mundo; ſed &

Quot modis ſumatur nimis.

Pſal. 115

Io. baptiſtæ habuit omnia ſignificata huius nominis felix.

Malac. 3. & Matt. 11. & 1 Cor. 12. & Luc.

meriti

meriticelſi, pręcipui videlicet p̄clari, excellentis, ſublimis, & quaſi cœleſtis, celſus enim à cœlo dicitur, quia ſublimis ſit, & altus, & quaſi cęleſtis, quo non ſolum meruiſti, vel de congruo, vel de condigno, tangere, & lauare deum incarnatum, ſed felicitatem illam, qua felix in cœlo es, & illam, quam largitur dominus deuotis tuis, interceſſione tua, quidam legunt ſic, *o nimis felix, meritisque celſi*, & videntur ſecundum hos verba hæc hunc ſenſum habere, o Sancte Ioan. *valde felix*, non laude tua tamen, ſed *meritis celſi*, ideſt Chriſti, cuius merito felix es, ideſt habes felicitatem, & facis alios eſſe felices, illorumque leuans quemcunque laborem, *Neſciens labem*.i. peccatum, maculam, putredinem, perniciem, ruinam, miſeriam culpę mortalis, ſanctificatus enim in vtero adeò confirmat⁹ fuiſti in gratia, vt peccare non poſſes mortaliter, *niuei pudoris*.i. niueæ candidæ, & mundiſſimæ caſtitatis, quæ à pudicitia differt in hoc, nam pudicitia eſt uirtus motum libidinis domans, ſed eius ſigna non abhorrens, caſtitas uerò eſt uirtus, motum libidinis domans, & eius ſigna abhorrens, & quia ſanctus Ioan. uirgo fuit, de eo potius dicimus quòd fuerit. *Niuei pudoris*. i. candidæ caſtitatis, quam niueæ pudicitiæ, virgines enim caſtas dicimus, matronas autem pudicas, *Præpotens martyr*.i. fortiſſime teſtis, quem enim græci martyrem appellant: nos teſtem uocamus, hinc factum, vt martyres dicantur quotquot Chro teſtimonium dederunt ſui ſanguinis pignore. *Eremique cultor*.i. ſolitudinis, & loci ab aſpectu hominum remoti, habitator, & amicus, ob quod eremita, & anachoreta dici poterat, vel ab ana quod ē ſurſum, & chorus quaſi cęleſtem chorum mente inhabitans, vel quia eremita recluſus deſerta petens, & ſolus inhabitans. Et nota quod & ſi huius feminini generis nomen eremus prima breuis ſit, & media longa, ſecutus tamen auctor vulgarem vſum inductum forſan ex inſcitia literarum græcarum, mediā corripit, *maxime uatum*. i. prophetarum excellentiſſime, ipſorum monarcha, vnicuſque princeps, pluſquam enim propheta fuiſti, quia digito indice demonſtraſti meſſiam non venturum, non de lōginquo, vel de propè, ſed iam adeſſe, & veniſſe, *Serta ter denis &c.* vt ſit ſenſus *ſerta*.i. coronę, vel corollæ ex herbarum frondibus, & floribus intertis, & coniunctis factę, contextę, atque connexe, *aucta crementis ter denis*.i. multiplicata fructu trigeſimo. *coronant alios*.i. coniugatos, quique vitam coniugalem egerunt legitimè, & caſtè, *ornant*, ac præmiant, ſunt enim p̄mia illis propoſita, qui fructum trigeſimum bonorum operum in hoc mundo viuētes aſſecuti ſunt, q̄ ornant coniugali continentia coniunctos, vel incipientes, vel cogitantes

Caſtitas differt a pudicitia.

Vnde dicatur anachoreta.

Vide præmium coniugatorum.

gitantes bona, vel res externas pro Chriſto exponentes, non ſecus ac ſerta.i. corollæ ornant caput, cui ſuper ponuntur, vnuſquiſque enim propriam, & ſibi congruam mercedem in patria accipiet ſecũ dum ſuum laborem exteriorem, vel interiorem ad dei gloriam ordi natum, vel ſecundum exigentiam meriti laboris, & quanto magis quis erit perfectus in ſanctitate tãto magis bonum p̃mium accipiet, vbi aduertendum, quòd cum duplex ſit p̃mium, eſſentiale, & accidentale, ſi incidat ſermo de p̃mio eſſentiali, & mercede, hæc, & illud debetur, & reſpondet feruori charitatis, quanto enim aliquis deum plus diligit, à vitijs purgatur, & in bonis magis habituatus ẽ, tanto delectabilius, & feruentius operatur, & tanto amplius promeretur, at ſi incidat ſermo de p̃mio accidentali, quod reſpondet exteriori, ac corporali labori, quilibet recipiet p̃mium accidentale ſecũ dum ſuum laborem corporalem, ſed quanto hic labor ex charitate ampliori procedit, tanto plus recipiet de p̃mio eſſentiali, quod eſt viſio dei, q̃ ſecundum D. Auguſtinum eſt tota merces, & vita ęterna. *Duplicata quosdam*, vt ſit ſenſus, *quosdam verò ornant ſerta*.i. corollæ duplicatæ i. fructu ſexies deno, q̃ ſerta, & corollæ duplicatę, ſunt p̃mia, vel cęleſtis p̃mij dona, & largitiones: q̃ tribuuntur eis, qui cum adhuc viuerent, ſexageſimum fructum ſunt adepti, & ornant, vel vidualem continentiã in hac miſeriarum valle integrè cuſtodientes, vel proficientes, vel benè loquentes, & ad iuſtitiam multos erudientes, qui erunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates vel corpus pro Chr̃o exponentes. *Trina centeno &c.* vt ſit ſenſus, *& te*, ô ſacer ſanctęq; Ioannes deo conſecrate & venerabilis. *Ornant ſerta tria cumulata centeno fructu*, q̃ cęleſtis p̃mij munera ſunt, aſſignata ijs, qui fructum centeſimum bonorum operum adepti ſunt, quum adhuc viuerent, & ornant eos, qui vel uirginalem pudorem ſeruare ſtuduerunt, vel perfecti fuerunt, vel benè operantes, vel p̃ Chr̃o vitam expoſuerunt, quod enim de fructu trigeſimo, ſexageſimo, cẽteſimo, quem retulit ſemen in terram bonam proiectum loquitur D. Lucas, quidam ſic exponunt, vt tribuant fructum trigeſimũ incipientibus: ſexageſimum proficientibus: centeſimum perfectis, quidam ut tribuant fructum trigeſimum coniugatis: ſexageſimum viduis: centeſimum virginibus: quidam vt referant primum fructum ad cogitationem, ſecundum ad loquutionem, tertiũ ad operationem, & quidam vt referant primum fructum ad eos, qui pro Xp̃o res externas, ſecundum ad eos: qui pro Chr̃o corpus, tertiũ ad eos: qui pro Chr̃o vitam exponũt. Quicquid autem ſit de his, ſat eſt dicere in honorem D. Ioannes (quem quum laudamus laus illa

Margin notes: 1. *Cor.* 3. *c.* — *Præmiũ duplex.* — *Vide prẽmium uidualẽ uitam degẽtium.* — *Dan.* 12. *c.* — *Vide præmium uirginũ, et martyrũ.* — *Luc.* 8. *c.*

redundat in deum, qui enim laudat opus affabrè factum, laudat & induſtrium illius operis artificem, atque factorem) quod non ſolum ornetur ſerto cumulato fructu centeſimo, quod debetur virginibus, & perfectis, ſed ſertis adunatis cumulatis fructu ſexageſimo, & trigeſimo, q̃ debentur viduis, & coniugatis, proficientibus, & incipientibus: ac per hoc triplici corona coronatur: Stellata q̃ debetur p̃dicatoribus, qui quaſi ſplendor firmamenti ſunt, Gemmata: q̃ debetur martyribus, de qua ſcriptum eſt, Poſuiſti in capite eius coronam de lapide præcioſo, pſal. 20. & Aurea: q̃ debetur virginib⁹ de qua dicitur, Veni ſponſa Chr̃i accipe coronam, & corona aurea ſuper caput eius. *Nunc potens &c.* his verbis dirigit ad S. Ioannem piam, & deuotam ſupplicationem, & ſenſus eſt, *nunc* ò Sancte Ioannes qui *potens* es iuuare, auxiliumque p̃ſtare nobis omnibus deuotis tuis, *Meritis opimis*. i. ſuperabundantibus magnificis, pinguibus copioſis, magnis, quibus te diuitem fecit dominus vniuerſorũ, *repelle* interceſſione tua ad deum, (de quo dixiſti, quòd potens ſit de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahę) *lapides duros pectoris noſtri*. i. peccata cordis nr̃i, q̃ dura dicuntur ab effectu, pro quanto obdureſcunt cor noſtrum, & eius emollitionem impediunt. *Aſperum planans iter &c.* vt ſit ſenſus, *& planans*. i. rectificans, *aſperum iter*. i. diſtortam viam, *Dirige reflexos*. i. retortos, curuos, *calles*, ideſt vias callo perduratas, & ſemitas malas vitę nr̃æ, dixiſti enim, Parate viã domino, rectas facite ſemitas eius, erunt praua indirecta, & aſpera in uias planas, & tunc praua directa fiunt (inquit D. Gregorius) cum malorum corda per iuſtitiam detorta, ad iuſtitiæ regulam diriguntur, & aſpera in uias planas immutantur, quum immites, atq; iracundæ mentes, per infuſionem ſupernæ gratię, ad lenitudinem manſuetudinis redeunt, quod ut fiat oramus te ò Sancte Ioannes vt procures hoc à deo oratione tua, *Vt pius mundi &c* ordo, & verborum ſenſus ẽ, & ad hunc finem p̃camur te, ut hoc fiat in nobis, *vt pius ſator*. i fundator, creator, factor, *& redemptor mundi*, *pulſa luuione* (caue dicas *liuione* (nullus enim ex his, qui dictionaria compoſuerunt, ponit hoc nomen *liuio*) nouerunt enim quod ne latinum quidem ſit) ideſt extirpata abiecta, & remota ſorde, ſanie, & labe vitiorum, *mentibus* i. à mentibus nr̃is, *veniens* ritè i. gratioſè, rectè, ac benè iuxta morem ſuum dignetur facere mãſionem mentib⁹ noſtris *puris*. i. à peccatis expurgatis, eiſq; ponere *ſacratos greſſus*. i. pro ceſſus ad patriam, & ad ſempiternam gloriam ordinatos, Et dirigere pedes nr̃os in viam pacis, vel dignetur iuxta morem *veniens*, cum filio, & ſpiritu s. *ſacratos ponere pedes*, ueſtigiaque figere, *mẽtibus*

Triplex corona ſtellata gẽmata, & aurea et quibus unaquęque debeat.

Eccl. 45. c.

Matt 3. c.

Peccata dicuntur lapides duri, & quare

Luc. 3. c.

Luc. 1. c.

tibus noſtris puris. i. habitare nobiſcum, & manſionem in nobis, & *Ioan. 14. c.*
apud nos facere, nam delitiæ ſuę ſunt eſſe cum filijs hominum, pu- *Pro. 8 c.*
ram à vitijs, ac purgatam à peccatis mentem habentibus, ad hos in
trat, cum his cænat, vt in Apoc. dicitur ſi quis aperuerit mihi ia- *Apoc. 3. c.*
nuam, intrabo ad illum, cęnabo cum illo, & ipſe mecum. *Laudi-*
bus ciues &c. vt ſit ſenſus, ò deus qui *ſimplex es*, & vnus in eſſentia,
deitate, poteſtate, & maieſtate, *& pariter trine*. i qui es etiã trinus
in perſonis, ita tamen, vt nec vnitas trinitati, nec trinitas vnitati re-
pugnet, *ciues ſuperni*. i. beati in patria, *te celebrant*. i. honorant, co-
lunt, extollunt laudibus, & loco, & laudantibus proportionatis,
ita tamen, vt nunquam ceſſent à tua laude, hinc Dauid, beati qui ha *Pſal. 83.*
bitant ĩ domo tua domine, & nos etiam in hac miſeriarũ valle viato
res exiſtentes *ſupplices precamur te* iudicem metuentiſſimum quem
ſemper offendere parati ſumus, ex quo ſenſus, & cogitatio huma- *Gen. 6. c.*
ni cordis prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua, & omni tempo
re, ut des nobis *ueniam* i. remiſſionem peccatorum, *& parcas re-*
demptis non corruptibilibus auro, & argento: ſed pręcioſo ſangui-
ne filij tui, & hanc ꝑcationem, & ꝑces non proſternimus domine
ante faciem tuam, in noſtris iuſtificationibus, quibus eſt confuſio fa
ciei, quia peccauimus; ſed in miſerationibus tuis multis. ſcientes, *Dan 9. c.*
quod non vis mortem peccatorum, ſed vt magis conuertantur, & *Ezech. 18. c*
viuant, & quòd proprium ſit tibi miſereri ſemper, & parcere, cui
ſit laus, & gloria ſemper. Amen.

Hymnus in feſto apoſtolorum Petri, & Pauli ad veſperas.

SEQVITVR expoſitio hymni. *Aurea luce &c.* qui dici-
tur ad veſperas in feſto ſanctorum apoſtolorum Petri, &
Pauli, in quo auctor (qui perhibetur fuiſſe Elpis vxor ſe-
uerini Boetij, q̃ admodum erudita fuit in carminum modulatione,
nec uiro impar, fuit enim & ille vir inter latinos facilè doctiſſimus)
laudat diuinam bonitatem, quòd totum mundum illuſtrauerit glo-
ria, & ſplendore ſanctorum apoſtolorum, Petri, & Pauli, & breui
compendio celebrat iunctim, amborum horum pręconia, quos &
ꝑclaris extollit laudibus. Ait ergo. *Aurea luce &c.* vt ſit ſenſus, ò
Chriſte *lux lucis*. i. patris, de quo dicitur quòd lucem habitet in- *1 Tim. 6. c.*
acceſſibilem, quique etiam diceris lumen de lumine, omnem lu- *Chriſtus lux*
cem, omniaque luminaria ſuperans, tum corporalia, cum ſpiritua- *omnia lumi*
lia, *Tu perfudiſti* i. repleſti, & humore affuſo madefeciſti, illumina *naria ſupe-*
ſti, *omne ſeculum*. i. totum mundum, *aurea luce* doctrinę, & prædi- *rans.*

cationis apoſtolorum, vel *aurea* .i. clara, fulgida, & pulchra, *luce* apoſtolorum, qui dicuntur aurea lux, propter ſplendorem ſapientiæ, bonitatis, & bonę vitæ, *& decore roſeo*. i. venuſtate, pulchritudine, & purpureo colore martyrij (martyribus enim aſcribi ſolet roſa ob colorem ſanguineum: & rubrum) quæ & ſi prius candida erat, cruore tamē veneris (cui flos hic è ſpina naſcens ſacer erat) infecta, ferunt purpureum colorem traxiſſe: *Decorans* i. adornans, honeſtans, *cælos*, ideſt apoſtolos, quos nunc ſacra ſcriptura appellat principes, conſtitues eos principes ſuper omnem terram (ait San-
Pſalm. 44. ctus Dauid) nunc lucem mundi, & ſal terrę, Vos eſtis lux mundi,
Matt. 5. *c.* vos eſtis ſal terrę: nūc cœlos, & firmamentum iuxta illud. Cœli enar
Pſal. 18. rant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum, & rectè quidem, nam ſicut cœlum terræ ſupereminet, & terra eſt præſtabilius, ſic apoſtoli cęteris hominibus dignitatis ſublimitate precellunt, & illis ſunt præſtantiores, & ſicut cœli alti, clari, volubiles, concaui, ſtellati, mundi, & à terra remotiſſimi ſunt, ſic iſti alti fuerunt per eminentiam vitæ, clari in fama per vitæ mundiciam & per bonam opinionem, volubiles per obedientiam concaui per humilitatem, ſtellati per virtutum varietatem, quia inde venit pluuia prædicationis: tonitruus comminationis, & fulgur miraculorum mundi in conſcientia, & per intentionem, & à terra re
Philip. 3. *c.* motiſſimi, nam cum horum conuerſatio in cœlis eſſet, nihil terre-
Ioan. 15. *c.* num ſapiebant, huius ratione dicebat de eis Chriſtus Ieſus. Vos de
Iſai. 60. *c.* hoc mundo non eſtis, & propheta appellat eos volantes vt nubes,
Ps. 86. Nunc montes: Fundamenta eius in montibus ſanctis: Et leuaui ocu
Pſal. 120. los meos in montes: & rectè quidem, nam ſicut montes vallibus, & planitie terræ ſunt æditiores, & orientis ſolis primum in ſe recipiunt radios, quos deinde tranſmittunt in demiſſiora loca, ſic apoſtoli cæteris præcelſiores ſunt, & Chriſto ſole vero primum illuſtrati ſunt diuinæ lucis ſuę radio, quem deinceps in cæteros communicando transfundunt. *Inclyto martyrio*, ideſt glorioſo, illuſtri, excellenti, & claro martyrio. *Hac ſacra*, & ſolenni, *die*, *quę dat reis*,
Duę oliuæ, & duo candelebra dicuntur apoſtoli Petrus & Paulus. ideſt peccatoribus, *veniam*, ideſt remiſſionem culparum, & errorum condonationem, ingreſſæ enim ſunt cœlum duæ oliuæ, & duo candelabra ſic lucentia ante dominum, ut ſuæ miſericordiæ oleo, (hinc viri miſericordię dicuntur) & lumine, nunquam ceſſabunt nos iuuare, modo nos, & noſtra illis committamus, qui ſi fuerunt potentes in terra, potentiores ſunt in cœlis ante faciem domini ſui, qui ſi quum adhuc viuerent, miſerti ſunt ſuper peccatores, & orarunt pro eis, nunc tanto amplius, quanto verius agnoſcunt noſtras miſerias

miſerias. Poſſumus etiam intelligere per cœlos ipſos orbes, qui cõtinuo rotatu circunferuntur vſque ad cœlum empyreum, vt ſit ſenſus, *o lux lucis, mundum totum perfudiſti*, ideſt repleſti, *aurea luce, & roſeo decore, decorans*, ideſt ornans, & honorans, *hac ſacra die, quæ dat reis veniam, cælos* includendo etiam cœlum illud, quod ſedes dei eſt, & beatorum, *inclyto*, ideſt glorioſo *martyrio* horum duorum, quos eccleſiarum principes parum eſt vt nominemus, Dicitur hæc dies dare ueniam reis, nam ſicut ingreſſu regum, & principum in ciuitatibus, carceres, in quibus noxij ſeruantur, apetiũtur, indeque liberantur, ſic ingreſſu horum principum in ciuitate illa cæleſti, rei veniam obtinent, vnde ſicut Chriſto iubente D. Petrus mirabiliter rupit laqueos catenarum, quibus ipſe irretitus erat, & vinculatus, & è carcere liberatus, & eductus fuit, ſic eodem iubente, nunc poteſtate ſibi tradita, rumpit laqueos, & catenas reorum, & vnà cum D. Paulo, ſoluit fortia, dura, ſolida, arctiuſque conſtringentia vincula peccatorum, & portas olympi reſerat fidelibus: habentque ſimul poteſtatem pandere ſplendentia limina poli, Dicitur etiam hęc dies dare veniam reis, quia peccatoribus præbet facultatem, & occaſionem veniam impetrandi delictorum, in hac enim die celebratur feſtum duorum magnorum criminum reorum, quos propterea dedit nobis deus, qui et homines eſſent, & peccatores: & maximi peccatores: vt in ſeipſis, & de ſeipſis diſcerneret: qualiter alijs miſereri deberent: magnorum enim criminum rei, magnis criminibus facilè donabunt veniam: maximè cum hodiè dati ſint eccleſię vniuerſæ in miſericordię uiros, qui ſi mortales, & adhuc morituri, viræ: & mortis imperium habere uiſi ſunt, quanto magis nunc, qui nimis honorati ſunt, & Nimis confortatus eſt principatus eorum? Sufficeret vnius feſtiuitas ad infundendã exultationem vniuerſę terræ, ſed amborum iuncta eſt, ad cumulum gaudiorum, vt quomodo in uita ſua dilexerunt ſe, ita in morte non eſſent ſeparati. *Ianitor cæli &c.* ſenſus eſt, quorum duorum apoſtolorum, alter qui Petrus, *ianitor cæli eſt*, cui cœlorum ianuę cuſtodia commiſſa eſt, clauesque habet, quibus cœlum aperit, & claudit, quas illi promiſit dominus poſt illam tam pręclaram ſui confeſſionem, dicens, & tibi dabo claues regni cœlorum, deditq; quũ poſt reſurrectionem, ter interrogatus amas me, audit paſce agnos, & oues meas, quibus verbis dedit illi imperium paſcendi in doctrina, & gubernandi in eccleſia imperium ſacerdotale directè, quod intellexit per claues, ſicut, & apud Iſaiam c. 22. quum loquitur ſcriptura de eliacim (ait) dabo clauem Dauid ſuper humerum eius, vbi per

Dies apoſtolis Petro, & Paulo ſacra quo dat veniã reis, exponitur.

Pſal. 137.

Matt. 16. c.
Ioan. 20. c.

Qñ promiſit Chrs D. Petro claues, & qñ dedit, & qd ꝑ claues itelligere debeamus exponitur.

per clauem intellexit imperium, cui atteſtatur verbum domini Fui
Apoc.1.c. mortuus & ſum viuus, & habeo clauem, ideſt imperium mortis, &
Sap.16.c. inferni (vt exponit hebræus ſapiens) tu domine, qui vitæ, & mortis habes imperium, quam poteſtatem, & imperiũ proportionabiliter dedit D. Petro, & principaliter, ac directè commiſit, tamquam paſtori ſummo, & ſucceſſoribus, quando dedit illi claues regni cœlorum. Alter igitur qui Petrus, ianitor cœli eſt, & quid potentius illo, cui claues regni cœlorum tam ſingulariter traditæ ſunt, vt præcedat ſententia Petri, ſententiam cœli? ſic enim habes in euangelio, Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, Alter qui Paulus, Pariter eſt doctor orbis, & gentium, adde tu, in quo loquebatur Chrs hinc ipſemet de ſeipſo, An experimẽtum (ait)
2.Cor.13.c. quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? electum enim gratiæ receptaculum fuit, & portauit nomen Chriſti Ieſu, ideſt prædicando
Act.9.c. inſinuauit coram gentibus, regibus, & filijs yſrael, fuitque prædicator veritatis in vniuerſo mundo, qui nos docuit legem tuam domine, & notas fecit nobis vias uitæ, Ambo ſimul *iudices ſecli*, primarij enim erunt, Et ſedebunt in ſolijs iudicantium condemnantes duodecim tribus yſrael, ideſt vniuerſitatem eorum, qui iudicãdi ſunt, quę oſtenditur per 12. tribus yſrael, duodenario enim numero ſæpe ſolet in ſcripturis uniuerſitas deſignari, & ſacramentum eſt cuiusdam vniuerſitatis, nam ſi tantum duodecim tribus yſrael iudicandæ eſſent, ubi veritas illius dicti, Neſcitis quoniam angelos iudicabimus? quo fit ut uerè dixerit hymni auctor hos eſſe iudices ſecli, quia mundum perditionis iudicabunt cum Chriſto, iudicio reprobationis: mundum ſaluationis iudicabunt cum eodem, iudicio beatæ pmiationis, angelos etiam ſiue apoſtates, & malos, ſiue bonos, iudicabunt, qui etſi à principio mundi iudicati ſint, quo ad principalem remuneratiõnẽ, quę eſt vel adoptio, vel carentia uiſionis diuinæ eſſentiæ, tamen quia boni in pmio accidentali proficiunt per hoc, quod homines eorum miniſterio ſaluantur iuxta illud. Gaudium eſt angelis dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, & mali pœnam accidentalem ſibi accumulant, inducendo homines ad peccata, ideo angeli boni, & mali in die iudicij iudicabuntur quantum ad pmium meriti accidentalis illud plenè, & vltimatè perficiendo, & electi ſanctos angelos iudicabunt iudicio approbationis, & quia hoc pcipiunt plenè in die iudicij, non mirum ſi hoc ſcientes apoſtatici illi ſpiritus Chriſto dixerunt, uenisti ante tempus torquere nos, à quorum iudicio, & ſententia, non poterit appellari. Ambo ſimul, *vera ſunt lumina mundi*, & duo, quos gratia dei

Matt.19.c.
Quid per 12. trib' yſrael intelligatur, exponitur.
1 Cor.6.c.
Mundũ perditionis, & ſaluationis qũo iudicabũt apoſtoli
Luce.15.c.
Matt.8.c.

tia dei in tantum apicem inter omnia eccleſiæ membra prouexit, vt eos in corpore (cui caput eſt Chriſtus) quaſi geminum conſtitueret lumen oculorum, de quorum meritis, atque virtutibus (q̃ omnem loquendi ſuperant facultatem) nihil diuerſum, nihil debemus (ait Sanctus Leo) ſentire diſcretum, quia illos, & electio pares, & labor ſimiles, & finis fecit ęquales, non obſtante quòd D. Petrus per crucem, alter verò enſe triumphat, capite enim deorſum verſo, & pedibus ſurſum erectis (vt petierat) D. Petrus crucifixus eſt, & inuerſus crucis ſupplicium protulit. D. autem Paulus gladio obtrũcatus ē, Demun ambo ſimul *laureati*.i. coronati laurea corona, quę de lauro quondam fieri ſolebat, *Poſſident ſenatum uitæ* i. dominium, & principatum vitæ, & cætui ſenatorum regni cęleſtis, atque conſeſſui ſunt aſcripti, *ó felix Roma &c.* ſenſus ē, *ó felix*.i. beata, & fortunata *Roma* vrbium regina, & totius propè orbis caput ob dominatum illum, & monarchiam, quam olim in toto mundo obtinuit, cuius primos conditores, ferunt, Romulum, & Remum fratres, & munitoris nepotes, qui cum inter ſe non ſatis conuenirent de nomine urbi imponendo, in contentione illa Remus occiſus interijt, vnde à Romulo Roma dicta eſt, quam fraterna cęde fœdauit, & benè felix es, beata, & fortunata, quam ſanguine ſuo conſecrârunt hi duo eccleſiarum principes patres, veriq; paſtores & ſacro ſuo corpore adhuc decorant, vnde ſequitur hymni auctor, *quæ tantorum principum*.i. Petri, & Pauli, *es purpurata* i. adornata, decorata, & pulchrior facta *pretioſo ſanguine*, *non laude tua* tamen habes hoc, & propter bonitatem tuam, *ſed ipſorum meritis*.i. propter merita ipſorum ſanctorum, quos occidiſti ſupplicijs pro te inflictis, *excellis*. i. ſuperas, *omnem pulchirtudinem mundi*, conſtrui enim pôt verbum excello, tam cum datiuo, quàm cum accuſatiuo. *Sit trinitati ſempiterna gloria &c.* clara eſt lectio huius vltimi uerſus. Amen.

Quõ crucifixus D. Petrus.

Roma ſic dicta à Romulo.

Hymnus ad laudes in feſto ſanctorum apoſtolorum Petri, & Pauli.

SEquitur expoſitio hymni. *Iam bone paſtor &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto Sanctorum apoſtolorũ Petri, & Pauli, & ſolet dici prima pars: videlicet, *Iam bone paſtor*, ad laudes feſti Cathedrę Romæ, & ſecunda pars, videlicet *Doctor egregie*, ad veſperas Conuerſionis Sancti Pauli, & ad matutinum cõmemorationis eiuſdem, in quo auctor, qui & præcedentis hymni celebrat pconia beatorum Petri, & Pauli, non iunctim, & ſimul, ſed ſingillatim, & ſepaatim, & vniuſcuiuſque per ſe, & ad D. Petrum preces

ces ſundit, vt vota precantum accipiat, & poteſtate ſibi tradita, reſoluat vincla peccatorum, & ad D. Paulum, vt inſtruat mores, & ſatagat, diligens ſit, & feſtinet, transferre nos mente in cœlum. Ait ergo. *Iam bone paſtor &c.* ſenſus eſt, ò *bone paſtor*, cui dictum eſt à

Ioan. 20. c.

domino, Si diligis me, paſce agnos, & oues meas, quum ouium cura ſibi demendata eſt, qui principatu pręis, & præcellis cęteros

Pater credẽtium in euãgelio D. Petrꝰ, et Abraham in iudaiſmo.

omnes, & in ducatu noui gregis ad Chr̃i præſepia, quiq́; pater es credẽtium in euangelio, vt olim Abraham credentium fuit pater in iudaiſmo, *Petre*, cuius dignitatem ingenuè fateor explicari non poſſe, cui petræ nomen, & rem, Chr̃s dedit, Sancto Leone teſte, qui ait, firmitatem petrę, quæ nullis impulſionibus quateretur, accepit Petrus, à domino Chriſto, cuius auctoritatem, ſedem, maie-

D. Petri dignitas explicari nequit.

ſtatem, nullus apoſtolorum refert, niſi ipſe tu, qui & ſi confractus es negans: humiliatus es, vt dignius profundum eſſes eccleſiæ fundamentum, & vt è tam profundo lapſu in excelſius meritum aſſurgeres, qui Petrus diceris, ideſt agnoſcens, vel diſcalceatus. Agno-

D. Petrus agnoſcens, et diſcalceatus dicitur, & quare.

ſcens, deitatem enim Chriſti agnouiſti, quum dixiſti: Tu es Chr̃s filius dei viui: vel diſcalceatus, quia pedes affectuum tuorum ab oĩ opere mortuo, & terreno diſcalceaſti, quum dixiſti, Ecce nos reliquimus omnia &c. *Iam clemens accipe uota.* i. deſideria *precantum*,

Matt. 16 c.

Matt. 19. c.

ideſt ornantium, & rogantium, ſcimus enim quòd in te benignitas ſit, & facilè condeſcendis ad conuertendos peccatores in rectam viam, & ideo, *peccati uincula reſolue.* i. retro ligamen deducendo ſolue, ſepara. i. dona reis veniam, & miſeris ſolatia, *Poteſtate tibi tradita* ſoluendi, verbo illo tibi dabo claues regni cœlorum, & quod

Matt. 16. c.

cunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cœlo &c. qua poteſtate clauiger cœli factus, & ianitor, *Cunctis cœlum, verbo claudis,*

Eccleſiæ, & D. Petro, data ſunt claues, & q̃uo.

& aperis. Vbi nota eccleſiæ datas eſſe claues ſecundum D Auguſtinum & Conc. Trid. ſeſſ. 14. Can. 15 & D. Petro, ut hæc verba volunt, tibi dabo claues, & hæc, reſolue peccati vincula poteſtate tibi tradita, qua cunctis cœlum verbo claudis, aperis, differenter tamẽ: nam eccleſiæ datæ ſunt, habetque illas vt domina, & ſponſa, Petrꝰ verò, non vt dominus, ſed vt miniſter, ſic nos exiſtimet homo ut

1. Cor. 4. c.

miniſtros Chriſti, huc pertinet quod in ſcripturis nominantur apoſtoli his nominibus, Paſtores, Speculatores, & Operarij, Nota etiã non abſre Chriſtum poteſtatem eccleſiaſticam claues nominare, nã & ſi clauibus etiam claudi poſſint fores, potiſſimum tamen clauiũ officium eſt, vt ijs aperiatur, ſic apoſtoli, & ſucceſſores, poteſtatem habent etiam ligandi, & retinendi peccata, potiſſimum tamen officium poteſtatis illorum eſt, aperire, claues enim ſunt. Ante oĩa

igitur

igitur ſtudeant apetire, nec faciliter claudere, niſi his, qui corrigi nequeunt. Dedit enim vobis deus poteſtatem nõ in deſtructionem, ſed in edificationem, & in criminibus (inquit D Bernardus ad Eugeniũ) non in poſſeſſionibus principaliter & directè adde tu eſt poteſtas veſtra, quoniam propter illa directè, & non propter has accepiſtis claues, vnde non mirũ ſi poſt claues regni, mox tribuit Chriſtus Petro ius ligandi, & ſoluendi peccata, quod quia pendere, vel claudi videbatur in clauibus, non mirũ ſi & hoc, claues dictæ ſint, & multis placuit idem videri poſſe claues regni, & ius ſoluendi, & ligandi, at fortaſſe diuerſa ſunt, nam phariſei clauem ſcientię habebant, at non ius tamen ſoluendi peccata: Eliacim habuit claues regni Iuda, non tamen potuit, ligare, ac ſoluere peccata. Imperatores, & Reges claues habent regni ſui, qui nihil de peccatis agunt, quare (ne hæretici calumniati poſſent Pontificibus datam docendi Cathedram, & ius eccleſiam gubernandi, eos tamen non poſſe peccata ſoluere, & ligare) vt illorum errorem è medio tollat dominus, poſt claues regni, ius ligandi tribuit Petro, & ſucceſſoribus & ſoluendi, & poteſtatem dedit ligandi, ac ſoluendi, remittendi peccata & retinendi, aperiendi, & claudendi, vtrumque enim dici debet nam ſi qui contendunt eccleſiæ datas eſſe claues tantum ad ſoluendum, non etiam ad ligandum anathematizantur à Sacro ſancto Cõcilio triden. Seſſ. 14 Can. 15. neque id pro libito ſuo, ſed tanquã miniſtri, voluntatem domini perficientes, & vt theſaurum hunc diſtribuant per verbum euangelicum, & ſacramenta verbo annexa, Ego ſum (ait Chriſtus) qui do tibi has claues, ideſt meæ ſunt, quas tibi trado ò Petre, tu meo arbitrio his vtere, non pro libito tuo, neque enim ſimpliciter habes poteſtatem quoſcunque, quacunque de cauſſa, vel in infernum, vel in cœlum ponere, ſed eos, quibus claudendum eſt, & aperiendum: & claue non errante (vt dicit Panhormitanus in c. ab excommunic. de reſcriptis, & gloſſ. in de ſent. excom. lib. 6.) alioqui audies id quod olim phariſeis dicebatur, male dicam benedictionibus veſtris. *Sed dies*: cum aperta ſit ianua cœli per Chriſti paſſionem, quæ igitur neceſſitas clauium ad aperiendũ? Reſpondeo quòd ſi ſemper homo ſeruaret baptiſmalem innocentiã clauibus non egeret: quia ſemper ei cœlum apertum eſſet, at quia homo mortaliter peccat poſt baptiſmum ideo ſtatim clauditur ſibi cœlum: quod aperiri non poteſt niſi claue, quare ad clauiculatium oportet accedamus qui verbo claudit, & aperit, *Doctor egregie*, ideſt ſenſus eſt: ò *Paule doctor egregie*, & lumen orbis terræ qui doctor, & magiſter gentium declaratus es, & polles magiſtratu totius eccle-

1. Cor. 10. c.

Poſt claues regni tribuit Chriſtus ius ligandi, & ſoluendi Petro et quare.

Iſai. 22. c.

Eccleſia nõ sũt datæ claues ad ſoluẽdum tãtum: ſed etiã ad ligandum.

Malac. 2. c.

Dubium

Solutio.

Act 9 c. ſiæ vade quia vas electionis mihi eſt iſte, vt portet nomen meũ co-
Act. 22. c. ràm gentibus, vade quia ad gentes longè mittam te: qui gentibus
1. Cor. 1. c. miſſus diceris, & doctor, quia ſicut Petrus prefulxit ſignis, quę iudæi petunt, & inde ad iudęos congruè miſſus dicitur, ſic tu, quia ſapientia es ſingularis ad gentes miſſus diceris, qui ſapientiam quærunt, cuius euangelium non fuit ſecundum hominem ideſt huma-
Ibi. num, & naturali ratione inuentum, nec ab homine puto didiciſti illud, nec accepiſti, ſed per reuelationẽ Ieſu Chriſti ideſt ſubitaneũ, & ſuper naturalem inſtructionem filij dei, tempore raptus in tertiũ cœlum: de quo D Chriſoſt. nullus angel⁹ ita populum creditum gubernauit, vt Paulus vniuerſum orbem, curam habuit de prouincijs, nam tanta virtute progreſſus eſt, vt vix triginta annorum ſpatio, & Romanos, & Perſas, & Parthos, & Medos, & Indos, & Schitas, & Aethiopes ſub iugo mitteret veritatis, curam habuit de ſpiritualibus locis, ad quæ epiſtolas deſtinauit, vt de Roma, Corintho, Galatia, & huiuſmodi, curam habuit de ſingularibus perſonis, ut de Timotheo: Tito: Philemone, vnde non mirum ſi hymni auctor appellat ipſum *doctorem egregium*, ideſt nobilem, electum, & excellentem, nam à predicatione, & doctrina nunquam ceſſauit, *nec retrahere* unquam potuit ipſum, vel timor tirannorum, vel ſubſannatio gentilium, nec ſcãdalum iudæorum. vade quia vas electionis eſt
Act. 9. c. mihi iſte (ait Chriſtus ad Ananiam) vt portet nomen meum coràm
In trib⁹ ſcolis didicit ſapientiam D. Paulus. gentibus: & regibus: & filijs yſrael, verè *doctor egregie*, quia ſapiẽtiam didicit in tribus ſcolis: Nam in paruis iudæorum ſcolis ideſt ad pedes gamalielis didicit legem moſaicam, in magnis ſcolis apoſtolorum didicit, non per hominem, ſed Chriſto reuelante, legem euangelicam, & in maximis ſcolis angelorum raptus ad tertium cœ-
1. Cor. 12. c. lum didicit legem ſuperſubſtantialem, & diuinam, & arcana, q̃ non licet homini loqui, *Mores inſtrue*, ideſt ordina, appara, compone, vitæ inſtituta, cõſuetudine mala firmata (loquitur enim hymni auctor non de bonis, ſed malis moribus) quos precatur ut inſtruat, diſponat, ordinet, & componat, ita vt mali in malam habeant crucẽ (propriè enim mores nõ ſunt ſed vitia) & noui, & boni ſuccedant, quos peccati morbus inuaſit, & colloquia mala corruperunt, *Et mente polum &c.* ſenſus eſt, & ſatage. i. labora, feſtina, procura, ſatis age (dicitur enim ſatago, à ſatis, & ago, vnde ſatagere eſt ſatis agere) *Transferre*. i. vltra ferre, vel de hoc miſeriarum loco ferre ad *polum*. i. cœlũ quod polum dicitur, quia politum ẽ, & ſtellis varijs ſculptum, *Nos*: ſupple deuotos tuos, *mente*, quæ portio animę ſuperior eſt, & princeps animæ facultas, & dicitur mens, vel quia inter animæ facul-

tates

tates omnes maximè emineat, vel quia per eam inter animalia plurimum emineamus, vel quia meminit, ut noſtra conuerſatio non ſit amplius in terra ſed in cœlis, vel *mente*.i. voluntate, quæ ſui actus ẽ domina, & ſemper auctoritate libera eſt, & nunquam cogi poteſt, vt ſicut noſtra conuerſatio in terra eſt, corpore, ſic in cœlis ſit mente, & voluntate, & ſicut corpore non curamus niſi terrena, ſic mente, non niſi cæleſtia meditemur. *Donec perfectum &c*. vt ſit ſenſus, & elabora in hoc *donec*.i. quouſque deus *largiatur*, ideſt donet nobis, *plenius perfectum* i. id quód eſt plenius, & perfectè perfectum, *euacuato eo quod gerimus ex parte*, & hęc ſententia eadem ferè cum illa eſt, quam D. Paulus. Ex parte enim cognoſcimus & ex parte prophetamus quum autem venerit, quod perfectum eſt, euacuabitur ꝙ ex parte eſt, nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut, & cognitus ſum, ſenſus igitur eſt ſi nunc carne terrenis addicti ſumus, & ad iudicamur, & feſtinatione, & elaboratione tua mente, & voluntate in cœlo ſumus, & quæ ſurſum ſunt meditamur: & ſapim⁹ & vtroque ſeruire deberemus deo, qui vtrunque præſtitit, atq́; conceſſit, id in cauſſa eſt, quia ex parte cognoſcimus, & imperfecti ſum⁹ quare ſatagendum eſt, ut quouſque largiatur nobis deus quod perfectum eſt, ſi non corpore, & carne, ſaltim mente, & uoluntate meditemur cæleſtia, illaque curemus ad laudem dei, cum ſit gloria, honor, & imperium in ſecula. Amen.

Princeps animæ facultas mens dicitur et quare.

Philip. 3.c.

1.Cor. 13.e.

Hymnus ad veſperas in feſto ſanctæ Marię Magdalenę.

SEQVITVR expoſitio hymni. *Lauda mater eccleſia &c.* qui dicitur ad veſperas in feſto Sanctæ Marię Magdalenę in quo auctor hortatur vt ſancta mater Eccleſia laudet clementiam Chriſti, qui purgauit Mariam Magdalenam, à ſeptem vitijs capitalibus per ſeptiformem gratiam, tractat de ſalutari pęnitẽtia, & conuerſione eiuſdem, qua de uale continue līæ translata eſt in uas glorię, & tandem explicat, ꝙ in tantam dignitatem ſit euecta ꝙ prima omnium viderit Chriſtum rediuiuum Ait ergo: *Lauda mater eccleſia &c*. vt ſit ſenſus: ò *mater eccleſia* quæ ſicut mater illa vidua ciuitatis Naym, gauiſa eſt de iuuene filio ſuo reſuſcitato, ſic tu gaudes quotidie de reſuſcitatis filijs tuis in ſpiritu. *lauda*, & non ſemel, ſed bis, & ſemper *Chriſti clementiam, qui per ſeptiformem gratiam*, ideſt per ſeptem dona ſpiritus ſancti purgauit in Maria Magdalena, & purgat in omnibus ad ipſum corde toto cõ fugientibus, ſeptem illa vitia mortifera, & capitalia, deſignata per

Luc.7.c.

Matt.12.& Luc 11.c. Marc.16.c. ſeptem illos ſpiritus, quos aſſumit immundus ſpiritus apud euangeliſtas hinc in Diuo Marco legimus ſeptem demonia fuiſſe eiecta ex ea ideſt multitudinem, & vniuerſitatem vitiorum, numerus eñ

Per numerũ ſeptenariũ quid intelligatur. ſeptenarius multitudinem,& vniuerſitatem deſignat interdum,vnde Diuus Gregorius. Et quid per ſeptem dęmonia niſi vniuerſa vitia deſignantur? quia ergo omne tempus,ſeptem diebus comprehenditur, rectè ſeptenario numero vniuerſitas deſignatur,& figuratur:ſeptem ergo vitia & dæmonia. Maria Magdalena habuit,quæ vniuerſis vitijs plena fuit, à quibus liberata fuit à domino per ſeptem ſpiritus. s. dona, quæ ſeptem illis capitalibus criminibus ſunt ex aduerſo contraria: *Maria ſoror lazari*, Hanc quam euangeliſtæ peccatricem nominant, & à qua ſeptem demonia eiecta fuiſſe teſtantur, D. Ioannes & hymni auctor, appellant Mariam, & Lazari ſororẽ: vnde & eccleſia tenet, non duas: vel tres fuiſſe mulieres (quod unę tenere quidam, ob id quia euangeliſtæ Matth. & Marc. domum le-

Luc.7.c. Mar.16. Luc.8.c. Ioan.11.& 12.c. Matt.26 et Mar.14.c. Luc.7.c. vbi ſupra. proſi Simonis nominant, & D. Lucas domum phariſei, quem Simonem vocat, D. autem Ioannes innuat hoc in domo Marthæ factum, Deinde D. Matt. dicit vnguentum ſuper caput Chriſti recũbentis effuſum, & D. Ioannes ſuper pedes Chriſti cum quo concordat D. Lucas) ſed vnam, quam & nominat Lazari ſororem (cuius ſententiam tamquam veritate plenam vnà cũ D. Auguſtino ego ancillę domini filius teneo, & amplector) hinc hymni auctor ſequitur dicens, *Maria ſoror Lazari*, quæ & eiuſdem reſurrectionem lachrymis ſuis meruit, *quæ commiſit tot crimina*, poſt mundi illece-

Vna ne fuerit, an duæ uel tres marię,quę Chriſtũ dominũ unxerunt. bras, turpitudinis ſuę maculas aſpiciens, lauanda ad miſericordiæ fontem cucurrit, vnde *ab ipſa fauce tartari*, vtitur hymni auctor ſingulari numero,ac voce, *Fauce*, quanuis ſcriptores, rarò in ſingulari numero; & ſemper in plurali vtantur. Hinc Virgilius in 6. veſtibulum ante ipſum, primiſque in faucibus orci, quę quanuis ſummũ gulę ſint ſecundum Plin. per tranſlationem tamen dicuntur ſtricti

Nomine faucis quid ſignetur. vallium, ſeu alterius loci ingreſſus, ſicque hoc loci accipitur, vt ſit ſenſus, quòd *ab ipſa tartari*, & orci, *fauce*, ideſt anguſto, ſtrictoque ingreſſu inferni, ad quem, & ſi facilis ſit deſcenſus, labor tamen eſt inde reuocare gradum: quod etiam etnici dixerunt, & quia inde non poſſunt ſuperas euadere ad auras, niſi illi pauci,quos deus æquus, & iuſtus amat, ſequitur quòd cum hęc mulier in ciuitate peccatrix ab ipſa fauce tartari redierit, *ad vitæ limina*, ideſt de porta inferni: venit ad portam vitę, & paradiſi,ſequitur ex hoc (inquam) quòd Deus illam dilexerit, & ipſa etiam dilexit Chriſtum,

Luc.7.c. & Deum multum, vnde ob id remiſſa ſunt ei peccata multa, in qua chari-

charitas fuit fortis, vt mors: nam ſicut mors animam à corpore diuidit, & ſeparat, ſic charitas dei animam huius mulieris, ab amore mundi totaliter ſeparauit, & ſexum cum mundo ſuperans, carnem vicit, & mundum contempſit, & ex quo, *rediȷt ad vitæ præmia*, hæc charitas qua Chriſtum diligebat, extinxit in ea carnalem amorem, quia poſtea caſtiſſimè vixit, extinxit amorem terrenum, quia omnia mundana contempſit, extinxit amorem proprium, quia triginta annis in pęnitentia ſe afflixit, & tandem extinxit amorem domeſticum, quia fratrem, & ſororem, & parentes deſeruit, & in ſolitudine manſit, fuit etiam in ea charitas fortis ut infernus, quia ſicut infrenus eſt fortis in retinendo, ſic charitas ipſius mentem ſic fortiter colligauit, quòd nunquam ab eius amore amplius cadere potuit, nam dilexit amicum ſuum Chriſtum in vita, miniſtrans illi neceſſaria vitæ, Dilexit morientem, quia ſtatit iuxta crucem eius. Dilexit mortuum, quia vnguenta parauit, ut ipſum vngeret. Dilexit ſepultum, quia ſtabat ad monumentum foris plorans, & recedentibus diſcipulis: ipſa non receſſit, donec videret viuum, quem mortuum iam quærebat. *Poſt fluxa carnis ſcandala &c.* ſenſus eſt, & poſt *ſcandala carnis fluxę*, ideſt vitę largæ, & ſolutæ, vel tranſitoriæ delectationis carnis, vel libidinoſæ vitę carnis, qua deum, & homines offendit per duodecim annos (vt fertur) *fit*, non ſuo merito tantum, ſed gratia Dei principaliter, quæ iam cor eius vulnerauerat, *phiala*, *ex lebete*, eſt enim phiala vas longè pręcioſius lebète, & cacabo, vel caldario, in quo decoquuntur carnes, quod (vt in pluribus) vel æneum eſt, vel æreū, at phiala vas vini eſt, vel aquæ, conflatum interdum ex auro, interdum eſt ex chriſtallo, & vitro, interdum ex creta, & ad vſus pręclaros nobiliores, & digniores applicatum, quo ſermone ſignificatur, quòd Maria Magdalena, antequam lauanda ad miſericordiæ fontem curreret, erat ſordida, & vitijs obſcura, ac feruens omni eo quod eſt in mundo, qđ aut ē concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ, at poſtea facta eſt munda, benè diſpoſita per virtutum varietatem, lucida per conſcientiæ puritatem, & claritatem, & ampla per charitatem, de quibus in Prouerb. Salomon. Stragulatam veſtem fecit ſibi, ideſt uarietate virtutæ diſtinctam, & diuerſorum colorum, & hoc quo ad virtutum varietatem, byſſus, & purpura indumentum eius, quantum ad conſcientiæ fulgorem, & quo ad charitatem, & (vt ſubdit hymni auctor) *de uaſe contumeliæ* (vt dicit de vaſis fictilibus, & ligneis in magna domo D. Paulus) *tranſlata eſt in uas gloriæ* (vt dicit idem

Cant. 8 c.

Exponitur ſententia charitas eſt fortis ut mors.

Charitas eſt fortis ut infernus, & quomodo.

Dilexit Chriſtum Magdalena multis modis.

Ioan. 19 c.

Mar. 16. c.

Ioan. 20. c.

1. Ioan. 2. c.

Prouer. ultimo c.

2. Tim. 2. c.

Ibi.

cit idem apoſtolus de vaſis aureis, & argenteis ibidem) de quo He-
4.Reg.2.c. liſeus ait, Afferte mihi vas nouum, & mittite in illo ſal, ipſa eñ fuit
prius vas vetuſtũ, ſed poſtmodum vas nouũ, nouitate gratiæ, prius
fuit vas contumeliæ, ſed poſtmodum facta eſt vas honoris, & glo-
riæ, in quo miſſum eſt ſal, quia cęleſtis ſapientiæ plenitudinem ha-
buit. ideo gratum deo ſacrificium obtulit: & emundans ſe à repro-
borum vitijs, qui ſunt vaſa fictilia, & lignea facta in contumeliam,
& immundos vſus, ſciens, ꝙ dominus repudiet eos, ac repellat à co
gnitione ſua, quos opera iniquitatis auerterint, fuit exinde vas au-
reum, nedum argenteum in honorem, & ad vſus præclaros ſancti-
2.Tim.2.c. ficatum, & vtile domino, & ad omne opus bonum paratum (vt di-
Luc.7.c. cit D.Paulus) *Aegra currit &c.* ſenſus eſt, vt audiuit, quod Ieſus ac-
cubuit in domo phariſei, ægritudinẽ ſuam cognoſcens currit ad me
dicum Chriſtum, conuiuantes non erubuit, Aduerſus quam loque-
Pſal.68. bantur, qui ſedebant in porta, & in quam pſallebant qui bibebant
Pſal. 78. vinum apud quos facta erat opprobrium, & illuſio his qui in circui
tu eius erant, nam qui grauiter (vt ait D.Gregorius) erubeſcebat in-
tus, nihil eſſe credidit: ꝙ verecundaretur foris, ſed non prius cur-
rit, & venit ad medicum quam traheretur intus per miſericordiam
à medico, & ſuſciperetur foris per manſuetudinem; quę vt audiuit,
quòd ſuus medicus, quem ad ſanandum idoneum eſſe ſciebat, re-
Cant.1.c. cumbebat in domo phariſei, cum ſpõſa auſa ẽ dicere, Trahe me poſt
te curram in odorem vnguentorum tuorum, & tracta cucurrit (ſcie
bat enim quanto morbo laboraret) & pia impudentia non ſermoni
bus, ſed factis, quibus omnem deuotionem oſtendebat, & totius
cordis, non dimidiati, vndique verſionem, quæſiuit ſanitatem, *Vas*
Matt.26. *ferens aromaticum* .i. pręcioſo vnguento plenum, quod effudit fra-
cto alabaſtro ſuper caput ipſius recumbentis, & quod laudabiliter
Lucę.7.& inchoauit, laudabilius perfecit, primo enim tantum pedes vnxit (vt
Ioan.11.& dicunt euangeliſtæ) & tandem caput (vt in D. Matteo) quę nõ do-
12.c. cent aliud, quam perſeuerantiam, & profectum in incepto bono,
Matt.26.c. à quo nec remouerunt eam phariſeorum terror diris execrationibus
Fides nihil nec apoſtolorum indignè fetentiũ murmuratio, nec phariſei Chri-
mundum cu ſtum inuitantis irriſio, & indignatio, fides enim nihil mundum cu-
rat mõ pla- rat, dummodo deo placeat, vnde non mirum, ſi (ut hymni auctor
ceat deo. ſubdit) *à morbo multiplici, verbo curatur medici*, cui dixit, Remit-
Luc.7.c. tuntur tibi peccata tua, & fides tua te ſaluam fecit vade in pace, &
exinde intantum profecit, plus amore, & charitate feruens, *& ar-
dens cęteris, quod prima vidit Ieſum ſurgentem ab inferis cum victoria
& prima meretur hæc gaudia*, annunciare diſcipulis, ſurgens autem
Ieſus

Ieſus(ait D. Mar.) mane prima ſabbati apparuit primo Mariæ Magdalenę, de qua eiecerat ſeptem demonia cui Ieſus rediuiuus dixit, vade ad fratres meos, & dic eis, aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum, *Soli deo ſit gloria* trino videlicet in perſonis, & uni in eſſentia, ſubſtantia, & natura, *pro multiplici* vel multiformi gratia, quam contulit Mariæ Magdalenę, nec conferre deſinet, alijs, modo ad ipſum toto corde conuertantur, qui culpas, & ſupplicia, ideſt pœnas, & tormenta peccatis debita, *remittit, & dat præmia*, ideſt condonat, largitur, concedit, intermittit. Amen. *Marc. 16. e* *Ioan. 20. e.*

Hymnus ad matutinum in feſto ſanctæ Mariæ Magdalenæ.

SEquitur expoſitio hymni. *Nardi Maria pyſtici &c.* qui dicitur ad matutinum in feſto Sanctę Marię Magdalenæ in quo auctor breui compendio deſcribit vnctionem pedum domini factam à Maria Magdalena, & lotionem eorundem, aqua lachrymarum, Ait ergo. *Nardi Maria pyſtici &c.* ſenſus eſt, *Maria* ſupple Magdalena Lazari, & Marthæ ſoror, *mox.* i. ſtatim ſupple tu, vt audiuit, quòd Ieſus accubuit in domo phariſei, vel *mox* vt vidit cęnam prepatatā, in qua Lazarus, quem ſuſcitauit Ieſus, erat vnus ex diſcumbentib⁹ & Martha miniſtrabat *ſumpſit*. i. accepit, *libram nardi pyſtici optimi*, ideſt precioſi vnguenti, vel cōfectionis facti, vel factæ ex nardo ſpicato. i. de ſpicis, vel folijs nardi, eſt enim nardus herba ſpicoſa, & aromatica, fragili radice, aſpero ſapore, ſed nigra, & folijs paruis denſa, quorum ſumitates, & cacumina conſurgunt in ſpicas, & in ariſtas ſe ſpargunt, ex qua precioſiſſima vnguenta fiebant, quibus Romani ſolebant capillos delinire, hoc loco igitur nardus, non ſumitur pro ipſa herba, ſed pro vnguento, vel confectione, quę fit ex ea, quod dicitur nardum pyſticum. i. fidele, purum, non adulteratum commixtione aliarum rerum, & herbarum, eſt enim piſtis grecê, latinê fides, & piſticum fidele, vt ſit ſenſus, *Maria accepit libram nardi.* i. confectionis, & vnguenti ex nardo confecti, *piſtici*, ideſt fidelis, puri, non ſophiſtici, & adulterati commixtione, & mixtura aliarum herbarū, & fracto alabaſtro. i. vaſe ex alabaſtrite lapide humani vnguis candorem referente, torno ex cauato ꝙ eſt maximè idoneum ad conſeruanda vnguenta, ex cuius fractione dom⁹ repleta eſt ex odore unguenti, fuit .n. vnguentum illud pręcioſum, odoriferum, refrigeratiuum, & confortatiuū, & magni prætij quia traditor ait in euangelio. Quare non venditū eſt trecentis denarijs? & apud D. Mar. dicitur. Potuit enim venundari plusquam trecentis denarijs, *Luc. 7. c.* *Ioan. 12. c.* *Explicatur quid ſit nardus.* *Ioan. 12. c.* *Mar. 14. c.*

Luc.7. & denarijs, *Vnxit beatos domini pedes* (vt duo ex euangeliſtis referunt)
Ioan.12 c. vel etiam caput (vt D. Matt.) *quos & rigauit*.i.madefecit, & humo-
Matt. 26.c. re lachrymarum aſperſit, & lauit, vel uti viuali rore, & non linteo, ſed capillis, quibus illouſque delectata erat, terſit, nitidos fecit, & deſiccauit, quaſi amore ebria neſciens, quomodo vlterius ei miniſtraret, ac parata etiam plura addere, ſi poſſet, meritò igitur audi-
Ioan 12. uit, quod potuit hæc fecit. *Honor decus imperium &c.* vt ſit ſenſus. *Honor decus*.i. laus ornamentum, *imperium* .i. dominium, poteſtas, & iurisdictio, *ſit vnicæ trinitati*. i. deo vni, & trino.i. patri, nato, paraclito, *per infinita ſecula*. Amen.

Hymnus ad laudes in feſto Sanctæ Mariæ Magdalenæ.

SEquitur expoſitio hymni. *Aeterni patris unice &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto Sãctę Mariæ Magdalenę, in quo auctor piam ad Chriſtum facit ſupplicationem, vt ſicut hodierna die vocauit ad thronũ gloriæ Magdalenam, ſic nos dignetur vultu pio reſpicere, & precibus, & meritis iam peccatricis, ſoluere peccatorum noſtrorum debitum; & tandem ad illam, cuius hodie celebrat feſtiuitatem eccleſia dirigit ſermonem ſuum, oratque: vt ſuis precibus regat nos, in miserę vitæ huius fluctibus. Ait ergo, *Aeterni patris &c.* vt ſit ſenſus, ò *vnice fili æterni patris* (ſic enim te confitemur, eſſe in ſymbolo fidei apoſtolicæ, quum palàm profitemur nos credere in Ieſum Chriſtum filium dei vnicum) precamur te, *reſpice*.i. vt reſpicias, *nos uultu pio*,
Pſalm.33. non vultu illo, quo reſpicis ſuper facientes mala, vt perdas de terra
Zach.2.c. memoriam eorum, ſed vultu pio, atque benigno, quo illos reſpicere ſoles, quos qui tangit tangere videtur pupillam oculi tui, quo reſpexiſti petrum peccantem, & ter negantẽ te, & *Magdalenam*, quã
Pſal. 20 *hodie vocas ad thronum gloriæ*, gloriam, & magnum decorem imponens ſuper eam, qui prius vocaſti eam, vt de vaſe contumelię, fieret vas in honorem, alioqui ſi non vocaſſes, eam vocatione illa ſancta tua, adhuc vas eſſet vſibus immundis, & prophanis deditum. *In theſauro repoſita &c.* ſenſus eſt, & *drachma hæc perdita*, per auerſionem ab incommutabili bono, & ad commutabile bonũ conuerſionem, inuenta eſt, per auerſionem, à commutabili bono, & conuerſionem totalem ad incommutabile bonum, *& repoſita eſt in theſauro regis regum*, & domini dominantium, *& gemma* hæc *lucemclyta*, illuſtri, & glorioſa, adornata per conuerſionem, *de luto*, in quo iacebat tenebroſa, *reddita eſt luci*, vel patri luminum deo, non

ſin

ſine tamen gaudio, & magno, cæleſtium ciuium, qui audiunt Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram, ſcriptum eſt enim, Gaudium eſt coràm angelis dei ſuper vno peccatore pænitentiam agente, & quis deſperare amplius valeat, tanta peccatrice non ſolum veniam, ſed & gloriam conſequante? *Ieſu dulce refugium*, ſenſus eſt, ò *Ieſu dulce refugium*, auxilium, tutela, ſecuritas, adiutorium, quo refugiendum eſt, vt tuti ſimus turris fortitudinis, & fortiſſima nomen domini, ad ipſum currit iuſtus, & exaltabitur inquit Salomon, *& ſpes vna*. i. ſola, & vera, *pænitentium*; oramus te vt per *peccatricis*, Magdalenæ videlicet iam conuerſæ, iā in theſauro regis reconditæ *meritū*, *ſoluas peccati debitū*, ꝙ iuſtū eſt, vt petiamur pro peccato. *Pia mater*, *& humilis*, vt ſit ſenſus, & tu *pia mater*, *memor noſtrę naturæ fragilis*. i. caducæ, debilis, & humilis ex luto enim ſumus, quique portamus theſautum in vaſis fictilib⁹, quæ citò frangi poſſunt, & facilè, cuius conditionis ſunt res humanæ omnes, quæ fragiles, caducæque ſunt, quod benè tu noſti, & in tē ipſa experta es) *rege nos tuis precibus*, & interceſſionibus, quibus, multum uales apud dominum; nam ſi in vita exiſtens tuis precibus impetraſti, fratris tui Lazari ab inferis reſurrectionem, quid non poteris nunc in cæleſti theſauro repoſita? *rege igitur tuis precibus*, intercede pro peccatis noſtris, placatum nobis redde iudicem noſtrū, amicum tuum obtine vt nos viſu gloriæ ſuę tecum lętificet in cœlis, & inceſſu curuo incedentibus nobis, preſtò ſis ad tenendum *nos rectos in huius uitę fluctibus*. i. crebris impetibus, & violentis inuaſionib⁹, quibus agitati caput nec regere, ideſt rectum tenere poſſumus. Amen.

Luc. 15. c

Prou. 18. c

2. Cor. 4. c.

Hymnus ad veſperas in feſto S. Petri ad vincula.

SEquitur expoſitio hymni. *Petrus beatus &c.* qui dicitur ad veſperas in feſto Sancti Petri ad vincula, in quo auctor celebrat D. Petri pręconia, ipſumque pręclaris extollit laudibus, & encomijs quę cani, vel dici victoribus ſolent, in quibus explicat quicquid ipſe in vita laude dignum geſſit, & eius priuilegia, & prærogatiuas, & quòd rupetit Chriſto iubente laqueos cathenarum, quibus per Herodem fuerat aſtrictus, vt hoc facto placeret iudæis, & quòd ſit cuſtos ouilis, doctor eccleſiæ, paſtor gregis, & quod arceat truculentam rabiem luporum, Ait ergo. *Petrus beatus*, inter apoſtolos ſummus, & princeps, & in operibus miraculorum eminentior, *Chriſto iubente*, & exaudiente preces eccleſiæ ſine intermiſſione orantis pro eo, *rupit mirabiliter*. i. potenter, *laqueos cathenarum* i. duas cathe-

 nas,

nas quę ceciderunt de manibus eius, quum ſurrexiſſet excitatus ab angelo (dormiebat enim inter duos milites) quibus cathenis, Herodis Ariſtoboli filij iuſſu, quem Ioſephus appellat Herodem agrippam, vinculatus fuerat, vt amplius placeret iudæis ſicut eis placuit,

Act. 12. c. quum occidit gladio Iacobum fratrem Ioannis)vt in ſcriptura narratur) *cuſtos ouilis*. i. dominici gregis, & ſignificat hoc nomen cu-

Cuſtodis nomen quid ſignificet, & D. Petrus q̃uo cuſtos ouiũ Chri.

ſtos nonſolum eum, qui rem aliquam tuetur, cuſtodit ac curat, ſed qui prohibet, vt quum dicimus, hic furum cuſtos eſt, hæc propoſitio poteſt habere duplicem ſenſum, vt prima ſit, hic cuſtos latronũ eſt, quia illos tuetur, cuſtodit, protegit, atque defendit, & ſecunda ſit, hic cuſtos furum eſt, non quia eos cuſtodit, ſed quia eos arcet, & prohibet, ne malum inferant, ſic D. Petrus *cuſtos ouilis*, & Chriſti ouium dicitur, quia tuetur, cuſtodit, protegit, atque defendit oues, & ouile, & cuſtos etiam furum dici poteſt, quia prohibet, & arcet lupos, & fures, ne malum inferant gregi, oueſque rapiant,

Ioan 10. c. & diſpergant, de quo infra: *Et doctor eccleſiæ*, hæc eſt altera prærogatiua D. Petri, quòd ſit *doctor eccleſiæ*, & reuera ſic fuit, quia non ſolum de beato Paulo, ſed de beato Petro etiam, & principaliter dicitur, quòd ipſi, videlicet Petrus, & Paulus docuerint nos legem

Gal. 2. c. ſanctam domini, & de beato Petro dicit apoſtolus quòd illi creditũ fuerit euangelium circuncisionis, cui ſoli (& ſi alijs imperatur, vt

Luc. 5. c. laxent retia ſua) dicitur enim in euangelio, Duc in altum, hoc eſt in profundum diſputationum, quid enim tam altum, quàm ſcire dei filium, & profeſſionem diuinę generationis aſſumere? quam licet

Os apoſtolorum dicitur D. Petrus.

mens humana non queat plena rationis inueſtigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur, hinc quum aliorum apoſtolorum os eſſet aliquando, pro hunc audiuit dominus, quid cęteri

Matt. 16. c. profiterentur, Tu es Chriſtus filius dei viui, nec hoc illi reuelauit

Ibi. caro, & ſingulis, ſed pater eius, quem confexus eſt, & manifeſtũ eſt ipſum doctrinam accepiſſe à triplici magiſtro, à patre reuelante,

Ioan. 15 c. Caro & ſanguis (ait Chriſtus) non reuelauit tibi, à filio inſtruente,

Ibi q̃cunque audiui à patre meo nota feci vobis, à ſpiritu s. docente, quũ

Act. 2. & 4. c. venerit ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, quam doctrinam tam gratioſè prędicabat, ꝙ vna die tria milia, & altera quinque milia hominum conuerterit, hoc enim teſtimonium eſt clarum gratioſi doctoris, ſicut agricolæ ſtudioſi eſt, meſſis fecunda, & negotiatoris multiplex theca. *Paſtorque gregis*, & non ſolum fuit doctor eccleſiæ, ſed & *paſtor gregis* dominici, quem pauit pane doctrinæ,

Pauit gregem Domi-

& ſanctæ vitæ exemplis, prece mentali, inſtructione vocali, operatione vitali, & quum opus erat ſuſtentatione corporali, is enim paſtoris no-

tis nomine, & officio dignus eſt, cuius fides, & charitas, non eſt in fructuoſa, ſed germinat, & folia verborum, & fructum bonorum operum, quod deſignauit dominus in veteri lege, nam contendentibus filijs yſrael de ſacerdotio, ſolus ille à deo pronuntiatur ſacerdos, cuius virga in tabernaculo poſita, flores frondes, & fructus proferret, quod ſoli Aaroni contigit, pauit inquam, non occidit, vel degluriuit aut lanam, vel lac accepit (vt faciebant olim paſtores yſrael, de quibus in prophetis) audiuit enim à domino ſibi dictum, Paſce oues meas. Dicat Tiberius, quòd boni paſtoris ſit tondere pecus, non autem deglubere, ego autem dicam, quòd boni, & optimi paſtoris ſit, paſcere, & vitam propriam exponere pro ouibus gregis ſui, exemplo Iacob, qui paſtor ouium exiſtens, nocte (ait ad laban) & die, gelu vrgebar, vel vrebar, & æſtu, & fugit ſomnus ab oculis meis, *conſeruator ouium*, & verè ſic fuit, nam quod infirmum erat conſolidabat, quod ęgrotum ſanabat, quod confractum alligabat: quod abiectum reducebat, quod perierat quærebat, & cũ auſteritate non imperabat, & cum potentia, cuius contrarium faciebant olim paſtores in yſrael, & tandem ſic conſeruabat oues (quo nomine appellat fideles ſuos Chriſtus noſter, illisque comparat) vt ſciant, paſtores ſibi non ociandum eſſe, nam ouis animal eſt ꝙ alterius indiget cura, & vt ſciant, ad quid ſubditos ſibi commiſſos dirigere debeant, nempè vt oues ſint, hoc eſt mites, innocentes, ſimplices, non rapaces, vt lupi, non mordaces, ut canes, non fraudulenti, vt vulpes, non immundi, vt porci, non ſuperbi vt equi) vt verè cuſtos etiam dici poſſet furum, & latronum, qui non veniunt niſi vt furentur & mactent, & perdant, ideſt prohibens fures, latrones, & lupos, ne oues raperent. vel diſpergerent, quod explicat hymni auctor quum ait. *Arcet luporum truculentam rabiem*, vt ſit ſenſus, *arcet*. i. prohibet, propulſat, abigit, vel coercet, & vim ui repellit, *rabiem truculentam*. i. furorem, & crudelitatem plenam, *luporum*, qui vultu crudelitatem præſeferunt, alioſque terrent, Dij boni, quàm tetri incedunt, quàm truculenti in nullo parcentes gregi, etiam vſque hodie, qui lupi, & ſi pro dæmonijs quidam accipiant qui ouili gregique dominico, & ouibus inſi liantur, & videtur hoc innuere tex. D. Ioan. de mercennario, qui non eſt paſtor, & de lupo qui rapit, & diſpergit oues, poſſunt etiam accipi pro hęreticis, qui verè lupi ſunt, cum quærant animas perdere, quorum rabies excellit rabiem canum, furore enim maligno acti, huc atque illuc rapiuntur: nec vllum quietis locum inueniunt, donec aliquam ex ouili Chriſti ouem ad conuentum eorum malignantiũ, ſuis falſis do-

nicũ D. Petrus et quõ. Nu. 17. c. *Ezec*. 34. c. *Ioan*. 20. c. *Gen*. 31. c. *Ezec*. 34. c. *Ouiũ noĩe, fideles appellat Chriſtus*. *Ioan*. 10. c. *Per lupos quid intelligat hymni auctor*. *Ioan*. 10. c.

ctinis trahant, ſed veræ oues, non audiunt vocem alienorum, & ſi deceptæ ad tempus eos audiunt, deprehenſa tamen eorum nequitia, reſiliunt. *Gloria deo &c.* vt ſit ſenſus, *gloria ſit deo* ſupple patri *per ſecula immenſa* ſine menſura, & termino, *& tibi ò nate*, ideſt o fili dei, ſit decus, laus, ornamentum, imperium, dominium, honor, poteſtas, cui ſumma poteſtas, & auctoritas ſeruandi, & perdendi datur, Potes enim ſaluare, & perdere, deducere ad inferos, & reducere pauperem facere, & ditare, humiliare, & ſubleuare, & hoc nomen *poteſtas*, in perſona magiſtratuum, imperium ſignificat, in perſona liberorum patriam auctoritatem, & in perſona ſeruorum dominium, & quod dicimus de te, & confitemur ò filij dei, id ipſum etiam tenemus de ſpiritu ſancto, *ſit trinitati ſalus induidua*, ideſt indiuiſa, inſeparabilis, eſt enim indiuiduum id quod diuidi non poteſt, vel ſeparari, vt ſit ſenſus, *ſalus indiuidua* ideſt indiuiſa, inſeparabilis, & communis ſit toti trinitati, per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

1. Reg. 2. c.

Hymnus ad matutinum in feſto Sancti Petri ad vincula.

SEQVITVR expoſitio hymni. *Quodcunque vinclis &c.* qui dicitur ad matutinum in feſto S Petri ad vincula, & ſolet dici ad veſperas, & ad matutinum in feſto Cathedræ Romanæ, in quo auctor poſſumus dicere, quòd proſequendo ſermonem ſuum de Sancto Petro í tertia perſona, alia encomia, aliaſque prerogatiuas eiuſdem Diui Petri explicet, de quibus latius in expoſitione hymni in feſto, & natali eiuſdem, qui incipit. *Aurea luce*, Poſſumus etiam dicere quòd ſermonem ſuum dirigat ad Sanctum Petrum in ſecunda perſona, explicetque duas prerogatiuas aliâs explicatas, quarum vna ſequitur clauium largitionem, & eſt *quodcunque vinclis*, Altera verò data eſt ei in præmium derelictionis terrenorum, & omnium quæ habebat, & ſequelæ Chriſti & eſt, *Iudex erit ſeculi in fine mundi*, & quomodocunque legatur litera, ſiue dirigendo ſermonem ad Petrum in tertia perſona, ſiue in ſecunda habemus intentum, Quantum igitur ad illã prærogatiuam quæ ſequitur clauium collationem ait. *Quodcunque vinclis &c.* vt ſit ſenſus legendo literam in ſecunda perſona (vt iacet in Breuiario nuper ędito) o ſancte Petre cęteris ſublimior in prelatione, quem Chriſtus ſummum pontificem, & ſuum vicarium conſtituit, & reliquit, quum tibi dixit Paſce oues meas, ad quam prælationem pater te elegit, quum non caro, & ſanguis, ſed ipſe reuelauit tib

Matt. 16. c.

Matt. 19. c.

Ioan. 20. c.

Ad prela-

tibi profundum illud diuinitatis Chriſti myſterium, Filius electum iam examinauit, in fide recta, quum dicens omnibus, vos qui non homines, ſed dij eſtis, quem me eſſe dicitis? reſpondiſti pro omnibus, ac ſi os aliorum omnium eſſes, tu es Chriſtus filius dei viui; & in dilectione ſincera, quando dixit Simon Ioan. diligis me plus his? Spiritus s. electum, & exanimatum confirmauit, quando in die Pẽthecoſtes ad robur ſe tibi effudit, vnde ex ſpiritus s. perſona dicitur ego confirmaui columnas eius, & tota trinitas electo, iam examinato, & confirmato, dedit tibi iuriſdictionem ſuper cœlum, quum datæ ſunt tibi claues regni cœlorum; & ſuper mundum, quum dictum tibi fuit; quodcunque ligaueris ſuper terram &c. & quę poteſtas, auctoritas, dignitas iſta maior fuit vnquam alteri conceſſa? magnum theſaurum potentiæ accepiſti o Petre, quum poteſtatem claudendi, & aperiendi cœlum habere meruiſti; claudendi in dignis, & impęnitentibus, & aperiendi dignis, & peccatoribus per pænitentiam ad Noe archam. i. eccleſiam redire volentibus, & quum poteſtatem accepiſti ligandi, & ſoluẽdi, cuius ſententia, pręcedit ſententiam cœli. *Quodcunque igitur uinclis*. i. ſententijs *ſuper terram ſtrinxeris*. i. à regno cœlorum excluſeris, excōicaueris, inabſolutum dimiſeris, ſeruato tñ recto proceſſu; ſeu debito vſu clauium, ſacerdotes enim vti debent virtutibus hyerarchię. i. poteſtatis; vel ſacri principatus ſibi collatis, ſecũdum quòd diuinitas mouerit eos, quoniã agens inſtrumentale non ſortitur efficaciam, niſi prout à principali agente mouetur: ob q dicit apoſtolus ſecundum poteſtatem q̃ data eſt mihi in ædificationem non in deſtructionem, *erit in aſtris religatum fortiter*. i. approbatum, & ratum erit coràm deo, *et quod reſoluis arbitrio*, ĩdeſt pro tuo arbitrio opinione, voluntate, iudicio ad regnum admiſeris (Arbitrium enim ſuſcepiſſe quis dicitur, qui partes iudicis ſuſcepit) *in terris*. i. in mundo iſto terreno, & in eccleſia militante, *erit ſolutum ſuper cæli radium*. i. ſplendorem (ſplendor enim radius dicitur propter longitudinem, quia longè emittatur & dirigatur) erit *ſolutum*. i. dimiſſum à deo, & ratum, Humilis quidem videtur, & leuis hæc poteſtas tua, ò Petre, nec admodum timenda, quandoquidem is, quem ligas, vel certè ſentẽtia excommunicationis feris, nec vitam, nec externa bona amittit, At ego dico, quod hæc tua ſententia, magis timenda eſt, quam quæcunque pœna externa, nam non omnes à deo damnantur, quos gladius ſecularis damnat, at quos tu ligas, & damnas; etiam à deo ligatur, & damnatur. Verum vtique eſt, quòd iudicium hoc tuum eam ſeueritatem nõn habet: quam habent tribunalia principum; mágis tamen formidan-

tionē D. Petri cõcurrit pater, filius, & ſpiritus s. et tota trinitas.

Matt. 16. c.

Ioan. 20. c.

Pſal. 74.

Matt. 16. c.

2. Cor. 10. c.

Humilis uidetē poteſtas D. Petri, ſed timenda pluſquã cæterę.

dum

dum eſt, quam eorum ſententia, nam quum ipſi graue, & atrox facinus capite puniunt, nihil aliud, quam corpus interimunt, at ligatio tua hæc, & condemnatio, hoc nomine eſt ſeueriſſima, nam damnatum, & ligatum, niſi reſipiſcat, manet æterna pœna, quam nulla poteſt ratione effugere, ſi quidem quem tu ligas, & damnas, eum etiam ligat, & damnat deus, qui iudicium tuum approbat, & quaſi ſuum reputat iudicium, & quis eſt, qui à dei facie poſ-

Pſalm. 138. ſit effugere? de quo Dauid, quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? ſi aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades &c. & quia tanti valuit apud deum iudicium tuum in terra, nō mirum *ſi in fine mundi iudex eris ſeculi*, en alia prærogatiua, quā quidem habebis in præmium dereliċtionis terrenorum, & abieċtionis omnium quę habebas, & ſequelę Chriſti, qui interrogationi illi tuę etiam ſi nonnihil ſaperet humanum affeċtum, Ecce nos reliquimus

Matt. 19. *c.* omnia, & ſecuti ſumus te &c. ſic reſpondit. Amen dico vobis, quod vos, qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, in regeneratione, quū ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, ſedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus yſrael, quo ſigno oſtēdit dominus te futurum ſuper omnes, etiam ſuper apoſtolos ſocios tuos. Vide obſecro leċtor domini liberalitatē, non comedit nec buccellam panis ſolus, quin ex ea communicaret diſcipulis, habituatus enim erat ipſe ſummum iudicis honorem, iuxta illud, cōſtitutus eſt

Aċt. 10. *c.* à deo iudex viuorum & mortuorum, hunc etiam concedit eis (pro modo ſuo tamen) nam ipſe Chriſtus iudex eſt ordinarius, & ex iuriſdiċtione propria, ius habet cauſſas viuorum cognoſcendi, & mortuorum, at apoſtoli & fideles delegati iudices erunt, & extraordinarij vnde iuriſdiċtione delegata, ſibique cōmiſſa, ius habent cauſſas iudicandorum cognoſcendi. Et quis ſecularis honor, huic comparari poteſt? quid enim excellentius quàm ſedere cum Chriſto? pſidere cum ipſo? ac nedum homines, ſed & angelos iudicare? liberet nos igitur deus à iudicio condemnationis, & reprobationis illorum, & faciat nos dignos iudicio pmiationis eorundem. Amen.

Chriſtus iudex ordinarius, apoſtoli uerò delegati.

1. Cor. 6. *c.*

Hymnus ad veſperas in feſto Sanċti Dominici fundatoris Ordinis Prędicatorum.

SEquitur expoſitio hymni. *Gaude mater eccleſia &c.* qui dicitur ad veſperas in feſto Sanċti Dominici fundatoris ordinis fratrum prædicatorum, in quo auċtor excitat ſanċtam matrem eccleſiam hic in terris degentem ad gaudium, hortaturque, vt lętam agat memoriam

riam in hac die, in qua D. Dominicus prædicatorum ordinis dux, & pater, liber ergaſtulo carnis, potitur gloria cœli, & tandem explicat quòd fragrans odor exiens è tumulo cum frequentia virtutum, & miraculorum, quæ geſſit, quum adhuc viueret, & vita iam functus, clamant, & oſtendunt pro eo magnalia ſummi regis, Ait ergo. *Gaude mater eccleſia &c.* ideſt, *o mater eccleſia* fidelium omniũ mater ſpiritualis, filios deo gignens per baptiſmum, & fidem, *quæ mittis ad curiam cœli, gaudia noua, & pulchrę prolis*, locum autem beatorum concinnè hymni auctor curiam appellat, non quòd curarum genitrix ſit, nutrixque malorum, ſed à cura (ibi enim ſedes eſt, ac templum publici conſilij, vbi tractatur, eſtque frequens cura, & ſolicitudo de rebus humanis adminiſtrandis, & ad ſuprema reducendis.) Et beatum Dominicum *gaudia noua prolis*. i. ordinis prædicatorum, qui noua proles ſanctæ eccleſiæ nouoque ſplendore rutilans dicitur, cum ordine minorum, de quo in oratione dicitur, deus qui eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fętu nouę prolis amplificas, comparatione aliorum ordinum Baſilij, Auguſtini, & Benedicti, floruerunt enim hæc duo capita Dominicus, & Franciſcus ſub Innocentio tertio, & Honorio tertio, ſummis pontificibus, quorum primus obijt anno ſalutis 1221. alter verò circa ſalutis annum 1230. At D. Auguſtinus & alij floruerunt multis anni pręcedentibus. *Gaude agens lætam memoriam* hic in terris huius ſancti, qui *dux & pater* fratrum *ordinis prædicatorum*, qui prius dicebantur fratres beatę virginis, at ex quo dominus Innocẽtius Papa tertius volens ſcribere beato Dominico iam prædicanti in partibus Toloſanis contra errorem Albigeñ. dixit ſecretario ſuo, Sede, & ſcribe ſic, Magiſtro Dominico, & mox corrigendo verbum dixit, ſcribe ſic, Fratri Dominico, & ſecum prædicantibus, & tertio reuocans ſe dixit, ſcribe Fratri Dominico, & fratribus prædicatoribus, appellari ceperunt fratres prædicatores. *Iam fulget*, ideſt ſplendet, & veluti nouum ſidus emicat, *terminis* mundi, ideſt mundo in vltimis cõſtituto, & in vltima ætate, *effectus ciuis* i. habitator *cælicus*. i. cæleſtis, *carnis liber &c.* ſenſus eſt: qui *liber*. i. ſolutus *ergaſtulo carnis*. i. vinculo, & carcere, quo anima in hac vita tenetur quaſi ĩ carcere. *Potitur*. i. fruitur *gloria cœli* in qua tamquam in te tandiu deſiderata, voti ſui compos factus eſt, & *pro cingulo paupertatis*, pauper enim fuit in peculio, cuius paupertatis humilis condidit teſtamentum. *Stola dotatur regia*, iam enim tenet cœli iura pro ꝓtio paupertatis & datum ſibi regnum poſſidet, *Fragrans odor &c.* ſenſus eſt & ne quis dubitet ſuper hoc, en *pro famulo Chriſti*. i. pro teſtimonio famuli Chriſti & ſancti ſui, *odor fragrans*,

Locus beatorũ cur curia appellat

Noua proles dr̃ ordo prædicatorum, & minorum comparationem aliorum ordinum.

Tẽpore Innocentij tertij, fratres S. Dñici appellari ceperunt fratres ꝓdicatores, qui antea dicebãtur fratres B. Virginis.

grans. i. redolens *de tumulo* (nam quum vellent ipſum in eminentiorem locum tranſferre ab eo in quo iacebat, aperto ſepulchro, tāta ex membris odoris ſuauiſſimi fragrantia emanauit, vt non defuncti corporis monumentum, ſed cella videretur multorum aromatum paruiſſe) *odor igitur fragrans ex tumulo, cum frequentia virtutum*, & miraculorum, quæ deus per ipſum operatus eſt, *clamat* & proteſtatur *magnalia ſummi regis* dei, qui magnus cum ſit etiam magna facit, & mirabilis eſt in ſanctis ſuis, cui *trino* in perſonis, & *ſimplici* in natura, & eſſentia, *ſit laus, honor, virtus, gloria*, & *nos prece Dominici* (qui dictus eſt Dominicus quaſi à domino cuſtoditus, à corruptione videlicet peccati, vel dictus eſt Dominicus quaſi domini ſui cuſtos, cuſtos enim domini ſui fuit iſte, quia voluntatem domini ſui cuſtodiuit, & quia vineę domini ſabaoth cuſtos à domino deputatus, clara enim voce audiuit ſibi dictū à beato Petro, & Paulo quum oraret attentius ſemel Romæ in eccleſia ſancti Petri, vade, prędica verbum, quoniam ad hoc miniſterium electus es) *Ducat*, & conducat nos *ad cæli gaudia*. Amen.

Hymnus ad matutinum in feſto Sancti Dominici fundatoris ordinis prædicatorum.

SEquitur expoſitio hymni. *Nouus athleta domini &c.* qui dicitur ad matutinum nocturnum in feſto ſancti Dominici, in quo auctor hortatur plebem fidelium ad collaudandum Dominicum, de quo multa præclara dicit (vt patebit in expoſitione) Ait ergo. *Nouus athleta domini* ſenſus eſt, Hortor, & admoneo, vt à vobis *collaudetur nouus hic athleta*. i. pugil, & luctator nouæ prolis inſtitutor Dominicus, & preco nouus è cœlo miſſus in fine ſeculi, qui *factus vir euangelicus, rem nomini conformat*, Dictus eſt enim Dominicus quaſi domini cuſtos, nam vineæ domini ſabaoth cuſtos & deputatus, qui prædicationibus aſſiduis, fortiter, indefeſsè, & validè illam defenſauit ab apro de ſylua, & ſingulari fero, & membris ei⁹ hæreticis, qui nitebantur exterminare, & deuaſtare illam, contra quos fortiter dimicauit, & pręualuit, illorumque inſidias, alacri animo contempſit, hinc ſemel ab ipſis interrogatus, quum paratas ſibi inſidias euaſiſſet, quid nam facturus eſſet, ſi ab ipſis comprehē debatur? Rogaſſem (ait) ne me repentinis vulneribus interimeretis, ſed membratim conciſum euulſis denique oculis, diutius truncum permitteretis in proprio ſanguine volutari, vide obſecro, quomodo ſitiebat martyrium, ſicut ſitit ceruus ad fontes aquarum, cō-

Dominici nomen quid ſignificet nobis.

ſeruans

conſeruans ſine macula &c. ſenſus eſt: *Qui conſeruans ſine macula lilium virginitatis*, vnde & cum lilio depingi ſolet, quod eſt albiſſimũ, & puriſſimum, & pariter conſeruans florem pudicitiæ illibatum, hinc ebur caſtitatis fuiſſe dicitur ob quod fulget in cœlis, in cœtu doctorum, nedum vt doctor veritatis, ſed in choro virginum, vt virgo, gerens cum beatis ſertum geminum. *Quaſi facula*.i. teda ex arboribus pinei generis diſſecta, vt facilius ardeat, *Ardebat pro zelo*. Ideſt amore vehementi *pereuntium*.i. morientium, quos tam vehementer amabat, vt neminem impertem amoris admitti pateretur, & tãto charitatis igne erga proximos æſtuabat, vt nulli labori, nulli incommodo parcens, die noctuque, importunè, opportunè arguẽdo, obſecrando, & increpando cum omni patientia, & doctrina; (ſic enim à beato Paulo apoſtolo inſtructus erat) in vinea domini laboraret, ita vt ſemel pro conuerſione paucorum mulierum ab hęreticis ſeductarum, apud quas hoſpitabatur totam quadrageſimam ſolo pane, & aqua contentus ieiunârit, & membra defeſſa nunquam niſi ſuper nudam tabulam quieſcere permiſerit, quo exemplo illæ mox ad veram catholicam fidem reuerſæ ſunt, & quid erat ꝙ mater ſua vidit in ſomnis ſe habere catulũ in vtero accenſam in ore faculam baiulantem, qui egreſſus ex vtero mundum vniuerſum incẽdere videbatur? certè in eo non præfigurabatur aliud niſi ingens eiꝰ charitas, quam geſtaturus erat in penetrabilibus cordis ſui ad proximorum ſalutem optandam, & procurandam, *Mundũ calcans etc.* ſenſus eſt: *& calcans mundum ſub pedibus* cum ſuis oblectationibus accepit enim ac ſi ſibi dictum fuiſſet à ſancto Ioãne. Nolite diligere mundum, neque ea quæ ſunt in mundo. *Manum miſit ad fortia*, ſtatum paupertatis, & mendicitatis eligendo, & poſſeſſiones ſibi oblatas recuſando, ſaluti animarum per prędicationis officium inſiſtẽdo, auſteram vitam, in ieiunijs, abſtinentijs, diſciplinis cum cathenis ferreis, vigilijs, orationibus, ſanctis meditationibus, & alijs operibus ſanctis eligendo, cilitio aſperrimo ſuper nudam carnem vtẽdo, catenam ferream ſuper lumbos aſſiduè accingendo, per decẽnium vinum non bibendo, à carnibus iugiter abſtinendo, ſuper nudam terram relicta lecti mollitie quum adhuc puerulus eſſet accubãdo, & beatum ſe reputans, pro nomine Ieſu contumelias, deriſiones, & inſidias pati *Nudus & pauper occurrit hoſtibus ſuffultus gratia Chriſti*, quo confortante omnia potuit, quadam enim die quum tranſiret per loca in quibus latitabant hæretici obſeruantes viã eius & hoc ipſe ſciret, intrepidus tamen ac alacer iter eſt aggreſſus, ad quem accedentes hæretici, illum imperterritum videntes in nullo

2.Tim.4.c.

Mater S. Dominici quid de eo vidit in ſomnis.

1 Ioan. 2.c.

Ad quæ fortia manũ miſit D. Dominicus vide, & nota.

Phili. 4.c.

DDd eino-

Annis decẽ pugnauit B. Dñicus contra hoſtes fidei.

ei nocuerunt: *Pugnat uerbo &c.* ſenſus eſt: cum quibus hæreticis, *pugnat verbo* vitę pro defenſione fidei, quod dum palàm promitur, ſurgunt hoſtes, contra quos pugnauit annis decem confutando eorum errores prædicationibus, & diſputationibus, & videntes quòd non poterant reſiſtere ſapientię, & ſpiritui qui loquebatur per eum, dixerunt ei, vt ſcriberet quiſq; in ſchedula articulos quos defenſabat, & in ignem tales libelli, & ſchedulæ proijcerentur, & quòd in illa q̃ maneret illęſa, uera contineri fidei aſſertio ab omnibus crederetur, & falſa q̃ igne cremaretur, quod vt factum eſſet ſingulis aduerſariorũ libellis ad primam proiectionem combuſtis, ſolus beati Dominici pro parte catholica pręſentatus, primo, ſecũdo & tertio, igni iniect⁹ ſtatim ſemper illęſus, & integer reſiliuit, hinc in officio de S. Dominico canitur, ter in flammas libellus traditus, ter exiuit illæſus penitus, ſic error vincitur, & fides extollitur. *Miraculis.* i. nedum pugnat verbo vitę, ſed miraculis, quibus emicuit in vita. & poſt tranſitum, de quibus canitur, Panis oblatus cęlitus fratrum ſupplet inopiam, & natus redditus vitę, matris triſtitiam pellit, pluuia etiam obedit ſigno crucis facto per eum, *ſed fratribus miſſis per orbẽ*, Tholoſam enim rediens fratres paucos, quos habuit diſperſit in orbem, vt per eos in omnem terram ſonus prædicationis exiret, qui fortes facti in bello contra hæreticos, & fidei aduerſarios, pugnauerunt, & præualuerunt, illos & verbo prędicationis, & ſcripto confundendo, & exterminando, *Crebros adiungens &c.* ſenſus eſt: & non ſolum verbo, miraculis, & fratribus per orbem miſſis pugnauit, ſed *ſedulis*. i. aſſiduis *orationibus adiungens* illis *crebros*, ideſt frequentes *fletus*, pro inimicis enim ſuis feruenter, & frequẽter orauit, & pręſertim pro hæreticis, qui incolebant partes Tholoſanas, qui & ſi intentarent ſibi mortem, ita vt aliquando inſidiarentur ei in via, ipſe tamen pro eorum ſalute dominum deprecabatur, & pro illorum conuerſione orabat, cuius orationes adeò domino placuerunt, vt de ſe ipſo diceret aliquando ſe nunquam aliquid à deo petiuiſſe, quod non obtinuiſſet, & ſi in pręſenti ſeculo orauit pro inimicis ſuis, firmiter credendum eſt: quòd nunc regnãs in cœlis oret pro ſuis deuotis famulis. Amen.

Hymnus ad laudes in feſto Sancti Dominici fundatoris ordinis prædicatorum.

SEquitur expoſitio hymni. *Hymnum nouę lætitiæ &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto Sancti Dominici, ĩ quo auctor hor

tatur & monet vt chorus fratrum ſuorum, & deuotorum cantorum Sancto Dominico hymnum nouæ lætitiæ, de quo prædicat quòd in fine ſeculi apparuerit vt nouum ſidus, & vt præco ſalutis miſſus fuerit clauſis carcere culpæ, quòd fugarit peſtem hæreticam ſpargens per orbem doctrinam euangelicam, & ordinem nouum producens, qui & ſi in principio fuerit fons modicus, creſcens tandem in fluuium maximum, mundo potum largitus eſt optimum. Ait ergo *hymnum noua lætitiæ &c.* ſenſus eſt: *hodie chorus noſter*, ideſt multitudo in ſacra collecta, & multitudo canentium *depromat*.i. proferat *Sancto Dominico* cuius hodie feſtum diem celebramus, *hymnum nouæ lætitiæ productum*. i. prolongatum, & ampliatum, *dulci*. i. ſuaui *cantico*. i, eleganti cantu, Sed dices quæ nam huius rei cauſſa? Reſpondet hymni auctor, *Vergente mundi veſpere*.i. nam *vergente* i. inclinato iam *veſpere mundi*, vltima mundi ætate, hora nouiſſima & fine ſeculi inſtante, & deuertente ad nos, qui ſecundum D. Paulum, Sumus in quos fines ſeculorum deuenerunt, nec obſtat ſi hæc vltima ætas cæteris duret diutius, cum & vnius hominis ætas vltima diuti' interdum duret quàm omnes præcedentes, *Nouum ſidus exoritur*, *& pręco ſalutis mittitur clauſis carcere culpę*, & per nouum ſidus, & ſalutis pręconem intelligit hymni auctor D. Dominicum, qui verè ſidus nouoq; ſplendore rutilans, quia ſplendore & vitæ, & meritorum, & doctrinæ ſuæ, nedum eccleſiam ſuam illuminare dignatus eſt deus, ſed totum mundum, egregia enim ſanctorum opera, & exempla virtutum, quæ poſteris imitanda reliquerunt, vt ſidera quędam ſunt ſpiritualia, rutilo ſplendore emicantia, quibus in tenebroſa huius mundi valle illuminantur, ſicut è diuerſo ſcelera, & praua improborum hominum opera, ſunt vt tenebræ horrendæ inducẽtes in errorem, & lapſum, Vnde quia Sanctus hic noſter multis effulſit bonorum operum inſignibus, humilitate, paupertate ſpontanea, obedientia, patientia, meritis, & doctrinis, quibus mundum in tenebris ambulantem illuminauit, non ab re ipſe, vt nouũ ſidus emicuiſſe hic deſcribitur, & verè dicitur ſidus, nam ſicut ſidus amicum ideſt vtile plantis eſt, non ſecus ac humor pratis, & æſtas frugibus, ſic iſte vtilis fuit toti mundo. Verè etiam dicitur pręco ſalutis, nam prędicauit clauſis carcere culpæ, & talẽ ſe habere in prõptu ſeruum fidelem oſtẽdit indignato iam Chriſto beata virgo, qui poſſet eos, à ſua vita peſſima reuocare, & per prędicationis officium percutere corda peccãtium vt emolliantur ad pęnitentiam, hinc ſubdit *Doctrinam euangelicam &c.* ſenſus eſt: qui *ſpargens per cardines orbis*.i. per quatuor mundi præcipuas regiones, ortum, occaſum,

1. Cor. 10. c.

Nouum ſidus, et ſalutis pręco dicitur B. Dominicus & quare.

meridiem, & ſeptentrionem, *euangelicam doctrinam, & producens*
Zach.6.c. *nouum ordinem* prædicatorum, de quo forſan propheta Zachar. locu-
Zacharias propheta q̃ dixerit de ordine prædicatorum nota. rus eſt cum ait, ſe vidiſſe quadrigam egredientem de medio duorum montium, equorum variorum, & fortium, & benè viſus eſt egredi de medio duorum montium, quia amplectitur vtramque vitã Actiuam videlicet & Contemplatiuam, Contemplatiuam quidem vacã do diuinis laudibus, ſanctis meditationibus, ſactis ſtudijs, & lectionibus. Actiuam verò, quia hinc inde diſcurrunt pro loco, & tempore diſſeminantes verbum ſalutis, & benè ait quadrigam hanc ordinis prædicatorum habere equos varios, quia fratres prędicatores colore vario induuntur, vt pote alba veſte, & deſuper cappa, nigri coloris, & benè ait habere equos fortes, quia reuera (citra iniuriam aliorum ordinum) fratres prędicatores fortes ſunt in bello contra hæreticos, & eccleſiæ Chriſti aduerſarios, hinc hymni auctor de iſto ordine ait *peſtem fugat hæreticam. Hic eſt fons ille modicus &c.* hoc loci
Heſt 10.c. alludere videtur hymni auctor dictis in lib. Heſter, vbi legitur quòd paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucem, ſolemq́; conuerſus eſt, & in aquas plurimas redundauit heſter eſt, vbi per heſter, q̃ interpretatur abſcondita, ſeu eleuata in populis intelligitur pro nunc ordo prędicatorum, qui cum prius eſſet heſter, ideſt abſconditus, & reputatus inter minima terræ ab hominibus terrena ſapientibus nõ
Prou. 30.c. obſtante q̧ eſſet ſapientior ſapientibus, & prius cum eſſet *fons modicus*, & paruus, tandem dictus eſt heſter. i. eleuatus in populis, *& creuit in fluuium maximum*, & in lucem ſolemque conuerſus eſt, & in aquas plurimas redundauit, qui iam *mirificus*. i. mirabilis, & cũctis dans admirationem, *largitur mundo potum optimum*, vitæ videlicet, & ſalutis, quo irrigatur, letificatur & confortatur paradiſus, ideſt eccleſia dei. Amen.

Hymnus ad veſperas in feſto Transfigurationis Domini noſtri.

SEquitur expoſitio hymni. *Quicunque Chriſtum quæritis &c.* qui dicitur ad veſperas in feſto Transfigurationis Domini, in quo auctor (qui fuit Aurelius prudentius, qui ſuauiſſimum inter cæteras ſuas odas, hymnum cõpoſuit de Epiphania Domini, cuius initium eſt, *quicunque Chriſtum quæritis &c.* è quo excerpti ſunt hymni, qui nunc cantantur in feſto Sanctorum Innocentum, & hic quẽ prę manibus habemus) admonet Chriſti fideles, vt ſi quęrunt Chriſtum oculos in altum tollant, & ſic videbunt ſignum perennis glorię in Chriſto transfigurato, dicit quod in eodem Chriſto cernitur

ſubli-

ſublime quoddam, quod neſcit pati finem, & alia multa, quæ in explicatione litere dicentur. Ait ergo *Quicunq; Chriſtum quæritis etc.* ſenſus eſt, ò vos *quicunque quęritis Chriſtum* hodie transfiguratum videre & ſpeculatores, & contemplatores fieri, magnitudinis excellētiæ, & maieſtatis eiusdem, qui tempore ſuo è cœlo veniens reformabit corpus humilitatis noſtrę cōfiguratum corpori claritatis ſuę: animaduertite quòd nō oportet oculos declinetis in terram, ſed oculos *in altum*, & in montem ſanctum Thabor *tollatis* oportet: nā *illic licebit viſere*, id eſt ad videndum ire (& exercitatiuum tunc verbum eſt) vel *licebit uiſere*. i. cum deſiderio videre (& tunc verbum deſideratiuum eſt) quamuis hoc Calepino non placeat, qui vult non eſſe verbum deſideratiuum, ſed magis exercitatiuum, *ſignum perennis glorię*, nam domini transfiguratio in monte illo ſancto ſignum fuit glorię perennis, & ęternę, quam habituri ſunt ſancti in cœlo, in qua transfiguratione, licet illud quidem principaliter agebatur, vt de cordibus diſcipulorum crucis ſcandalum tolleretur, ne conturbaret eorum fidem humilitas voluntarię paſſionis, quibus reuelata eſſet excellentia abſconditę dignitatis, non minore tamen prouidentia, ſpes eccleſiæ ſanctę fundabatur, vt agnoſceret totum Chrī corpus, quali eſſet commutatione donandū, vt eius ſibi honoris conſortium membra promitterent, qui in capite ꝑfulſiſſet, *Illuſtre quiddam cernimus &c.* vt ſit ſenſus, in qua transfiguratione ſigno gloriæ æternæ *cernimus*, videmus, & ad ſenſus interiores transferendo, animaduertimus, & conſideramus: *illuſtre*. i. clarū, lucidum, & nobile *quiddam*, *quod neſciat pati finem*, *ſublime*, *celſum*. i. excellens, *interminum*. i. ſine termino, *antiquius cœlo*, *& chao*, quæ omnia veriſſime dicuntur de Chriſto ſecundum quod deus, & ſecundum diuinā naturam: & quomodo non erat ipſe antiquius cœlo, & chao (quod omnium rerum initium vocat Heſiodus in Theog. & alij materiam cœli, & terræ confuſam, atque informem, quæ primum ex nihilo facta eſt, de qua poſtmodū oīa ſingillatim per ſpecies varias, formasque proprias prodierunt, cuius gręci nōis, apud latinos in vſu tantū ſunt chaos, & chao) cū cœlū & chaos ab ipſo ſint orta, & creata? vnde & apud Danielem dicitur antiquus dierum. *Hic ille rex eſt gentiū etc.* ſenſus eſt, hic de quo loquimur eſt *ille rex gentium, et iudaici populi*, an iudæorum tantum deus eſt (inquit D. Paulus) nonne & gentiū? Parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitādas feces Iacob inquit ſcriptura, & ad tribus yſrael conuertendas, dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ, Paratus eſt, vt ſit lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis ſuæ yſrael (inquit

1. Pet. 1. e.
Philip. 3. c.
Pſalm. 16.
Dan 7. e.
Rom. 3. c
Iſai. 49. c.
Luc 2. c.

quit Simeon ille iuſtus) nec eſt conſtitutus rex ab hominum vllo ,
Pſal. 2. ſed à deo (ipſo dicente.) Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion. *Talisque rex fuit promiſſus Abraamo* credentium patri , *& ſemini eius* , Abrahę enim dictæ , & factę diuinitus ſunt promiſſio-
Gal. 3.*c.*
Luc. 1.*c.* nes , & ſemini eius, Sicut locutus eſt ad patres noſtros Abraham, & ſemini eius (ait beata virgo in cantico ſuo) *in æuum* , ideſt in perpetuum , æuum enim propriè tempus dicitur , & ętas longa, ſiue perpetua, *& in ſecula* , rectè dicitur *in æuum , & in ſecula* , quia nimirũ præfata promiſſio (qua promiſit deus Abrahæ , & alijs , quòd velit ipſis dare ſemen , in quo benedicendę eſſent omnes gentes (vt dici-
Gen. 22.26. tur in Geneſi)quòd velit illis dare poſſeſſionem terrę ſanctę, per quã
& 28. *c.* myſticè deſignatur terrę viuentium poſſeſſio , vel patriæ beatorum ,
Gen. 15. *c.* & quòd ſemini ſuo velit dare multiplicationem innumerabilẽ)nullo vnquam fine claudetur , nam ad finem vſque ſeculi huius, non deerunt , qui in Chriſtum credendo , ſemen fiant Abrahæ, & futurę beatitudinis, eidem ſemini manebit gloria perennis, ſemen enim Abrahę in prędeſtinatis manebit perpetuo. *Hunc & prophetis teſtibus &c.* ſenſus eſt , *& pater* , voce delapſa, & deſuper veniente, & è nube lucida exeunte , cæleſti virtute formata , *duobus teſtibus*, ideſt coram Moyſe, & Helia *prophetis* , *& ijſdem ſignatoribus* , qui vnà cum tribus illis apoſtolis, Petro, Ioanne, & Iacobo (in quorum virorum prę ſentia cõplebatur quod dictum eſt, In duobus vel tribus
*Matth.*3.*&* teſtibus ſtat omne verbum) ſe ſe huic cauſſæ ſubſignârunt (ſigna-
17. *c.* tores enim dicebantur olim , qui teſtamentis, & cauſſis, ſe ſe ſubſignabant) *Teſtatur*, *hunc* videlicet eſſe filium ſuum dilectum, naturalem, vnicum , conſubſtantialem , & coęternum, in quo ſibi bene
*Pſal.*149. complacuit, & non mirum, Nam ſi beneplacitum eſt domino in po
Pſal. 103. pulo ſuo, & lętatur dominus in operibus ſuis , ſi beneplacitũ eſt do-
*Pſal.*149. mino ſuper timentes eũ, quanto magis in filio ſuo vnigenito, in quo vtique pater infinitam penitus habet complacentiam ? *Et iubet* , *ipſum audire* , *& credere*, cui voci, & ſententię, miniſterio angelico(vt fertur) prolatæ, quæ dicitur ſuiſſe patris, ab hymni auctore, quia in dei patris perſona facta fuit , ſubſignarunt ſe , & prophetæ aſtantes,
2.*Pet.*1.*c.* & apoſtoli, in quorum perſona ait D. Petrus, Speculatores facti illius magnitudinis, accipiens enim à deo patre gloriam, & honorem, voce delapſa ad eum huiuſmodi à magnifica gloria, hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui , ipſum audite , & hanc vocẽ nos audiuimus de cœlo allatam, cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto, ſubſignauit ſe ſe huic ſententię Moyſes non ſolũ cum eſſet in mõte illo ſancto , ſed & olim per multum tempus , antequam hæc fierent

ait

ait enim, prophetam de gente tua, & fratribus tuis, ſicut me, ſu- *Deut. 18. c.*
ſcitabit tibi dominus deus tuus, ipſum audies, vt petiſti ab eo in
Oreb, cui ſit gloria ſemper. Amen.

Hymnus ad laudes in feſto Transfigurationis Domini noſtri.

SEquitur expoſitio hymni. *Amor Ieſu dulciſſime &c.* qui
dicit ad laudes matutinas in feſto Transfigurationis Do
mini, in quo auctor piè ſpiritum ſanctum inuocans, ex
plicat multiplices effectus: quos facit in nobis, dum di
gnatur viſitare cor noſtrum, oſtendens, & quod pellat mentis caliginē,
& quòd repleat nos dulcedine, & quòd feliciter ſatiet nos, & varia
attributa eiuſdem manifeſtans, & quod ſit conſors paternæ dexteræ, &
quod ſit lumen veræ patriæ, ſuperans omnem ſenſum, & tandem piam
ad Chriſtum (quem vocat paternæ gloriæ ſplendorem, & incom-
prehenſam bonitatem) orationem dirigit, vt det nobis amoris ſui co
piam. Ait ergo ò *Amor Ieſu dulciſſime,* qui pro tanto dicitur *amor Ie* *Spiritus s.*
ſu, quia nedum à patre, ſed à filio ipſo procedit per modum fœcun- *cur dicitur*
dę voluntatis, & vt amor, quemadmodum & hac ratione, etiam *amor Ieſu,*
ſpiritus, nedum patris, ſed & Chriſti & filij patris ſpiritus dicitur. *& Chriſti.*
Quando cor noſtrum viſitas, id eſt ſæpe, frequenterq; vides, qui enī *Matt. 10. c.*
viſitat aliquem, ſępe videt illum (frequentatiuum enim verbum ē) *Rom. 8. c.*
cor noſtrum, inter viſcera, & vitæ ſedem præcipuum, quo animal re- *Gal. 4. c.*
gitur, & in quo mentis ſedem (quidam ex veteribus) collocarunt,
hinc factum eſt, quòd & quandoque pro animo, ſiue mente pona-
tur, quod ideò pulmoni vicinum eſt, vt quum ita accenditur, pul-
monis humore temperetur, quando igitur viſitas, & frequenter vi-
des cor, & animum noſtrum, *Pellis.* i. abigis, remoues *caliginem*
mentis. i. abigis, remoues, expellis, *caliginem.* i. obſcuritatem, vmbrā,
& tenebras *mentis,* & nō ſolum hoc facis, *ſed & reples.* i. ſatias nos,
dulcedine. i. ſuauitate & iucunditate. *Quàm felix eſt, quem ſatias,* ſen-
ſus eſt, *o conſors.* i. ſocie, & eiuſdem ſortis, & conditionis *cum dex-*
tera paterna. i. cum filio, qui dextera patris dei dicitur, cū quo æqua
lis, & cui per omnia ſimilis es, non obſtante quòd ab illo procedas
qui etiam, *verę patriæ lumē es, quod quidem ſuperat, & vincit omnem*
ſenſum, quàm felix eſt. i. ſacie lætus, beatus, proſper, & fortunatus,
quem ſatias, id eſt reples tua dulcedine, omnia enim ſuppetunt ad vo
tum, & nihil illi deeſt, *ſplendor paternæ glorię &c.* ſenſus eſt, & ita
o *ſplendor gloriæ,* id eſt excellentiæ dei patris, & fulgor maieſtatis *pa-*
ternæ, & radius ſapientiæ patris ingenitæ, & lucis ęternæ candor,
qui

Splēdor excellentię, & gloriæ pa-tris quare dicitur Chrs.

qui ideo diceris ſplendor excellentiæ, & gloriæ patris, quia in te plenè reſplendet tota perfectio patris, & quicquid patris eſt ſplendet, ac lucet in te, qui etiam diceris *incomprehenſa*, ideſt non percepta; *bonitas*, quæ tanta eſt, vt comprehendi nequeat, ac percipi, *Da nobis tui amoris*, qui benè tuus dicitur, quia à te procedit, *copiam*. i. abundantiam, *per pręſentiam*, non tantum donorum, & gratuitarũ virtutum, ſed *per præſentiam* perſonalem, & realem, *per præſentiam*, ideſt quaſi præ ſenſibus poſitam, ſic enim fiet, vt te ſolum amemus & cæteris dimiſſis omnibus, à quibus retrahi poſſibile erat, tuo tãtum ſeruitio addicti erimus magno noſtro cõmodo, atq; profectu. Amen.

Hymnus ad veſperas in feſto Sancti Alberti ordinis carmelitarum.

SEQVITVR expoſitio hymni. *Menſe auguſti redeunt honores &c.* qui dicitur ad veſperas in feſto S. Alberti ordinis carmelitarum, quod celebrare ſolent die ſeptimo Auguſti, in quo auctor hortatur clerum, & ſacram carmeli religionem, vt hac die anniuerſaria cantet in laudem patris Alberti cantica, de quo refert quòd puer ſeptem annorum *ingreſſus* ſit ſacram beatæ virginis religionem, in qua dicit ſe habuiſſe maximos cœli fauores, & quòd habuerit poteſtatem ſuper ima regna mũdi minoris, & quòd iunxerit in vnũ corpus partes vitrei lychni fracti, quòd vicerit iuuẽtam altricem ſcelerũ, & fallaces figuras erebi, & tandem quòd proſpera ſorte non elatus, nec ſiniſtra deiectus, cõtempſerit honores mundi. Ait ergo. *Menſis auguſti &c.* ſenſus eſt, quia *redeunt honores menſis auguſti* per anniuerſariam diem, qua recolimus diem natalis S. Alberti, iuſtum eſt *vt clerus moduletur*, ideſt dulciter melodias faciat, canora modulatione cantus concinnè, & cum menſura cantet, & *carmelus* ordo videlicet *recinat*. i. iterum canat, & frequenter reciter *cantica ſacra beato patri Alberto*. i. in laulaudem beati patris Alberti, vt in memoriam hominum vertatur, qui ad gaudia tranſijt angelorum, nam & ſi non ſit laudandus homo in vita ſua, quando adulatio nocet laudantem, & laudatum tentare poteſt elatio, laudandus tamen eſt poſt vitam, & poſt periculum, & magnificandus poſt conſummationem, & quum perductus eſt ad triumphum, *cum puer ſeptem ſuperaſſet annos &c.* ſenſus eſt: & nõ iniuria in laudem huius cantica modulanda ſunt, nam de eo dicim⁹ quòd *cum puer* eſſet, *& ſeptem ſuperaſſet*, ideſt tranſcendiſſet *annos more* D. Ioan. *baptiſtæ paternum limen*. i. paternam domum *fugiens properauit ad ſacram ædem virginis almę*, ſitam in litore maris, non

procul

procul à Drepano Siciliæ vrbe, in qua habitabant tunc temporis patres, morum honeſtate celeberrimi, qui carmelitæ dicebantur. *Candido velans humeros &c.* ſenſus eſt, in qua æde, iam ſeculo calcato, purpurea veſte exutus, quam non patri, non matri, nec alicui exconſanguineis largitus eſt; ſed pauperi, quem in turba conſpexerat, nullo hominum docente, ſed dei inſtinctu, *velans humeros candido amictu.* i. veſte, quæ ſuperponitur alijs quaſi pallium. *Meruit maximos fauores cœli, & poteſtatem habere ſuper ima.* i. infima, & extrema *regna mundi minoris*, ideſt inferioris: vel *ſuper ima regna mundi minois*, fuit enim minos iouis, & Europæ filius rex cretæ, qui in Sicilia à Cocali regis filiab⁹ occiſus, apud inferos (vt fabulant̃ poetæ) propter ĩſignem iuſtitiam animarum iudex factus eſt, quamuis hoc Calepino non placeat, *vel ſuper ima.* i. intima *regna.* i. corda *minoris mundi*, ideſt hominis, qui minor mundus dicitur, ſed aptior eſt expoſitio precedens, & benè ait hymni auctor poteſtatem ſanctum hunc meruiſſe ſuper ima regna múdi inferioris, & ſubterranei, quia mox vt caſtris dei inſertus, & militiæ cingulo lumbos ſuccinctus fuit, antiquo hoſti non paruo cepit eſſe terrori, cum quo luctabatur ſecunda, quarta, & ſexta feria, carnem cilitio, & ieiunio domans cũ quo certamen habebat ſexta feria, ob venerandam Dominicæ paſſionis memoriam ſemper flagellis ſe aſperius affligens, cum quo p̃liabatur, & ſemper præualebat, nam pro vino, aqua, & pro obſonijs, abſynthio vtebatur, & quum ſomno mollius indulgere vellet, ſuper nuda ſarmenta ſe collocans dormiebat, *Larua iactato &c.* in hoc quarto verſu hymni auctor mirum quoddam recenſere videtur de lychno fracto, cuius partes iunctæ ſunt in vnum corpus lachrymis, & precibus fuſis ab eo ad aram, vnde verborum ſenſus eſt, *Larua*, vbi nota quòd & ſi hoc nomen larua: quandoque poſſit ſumi pro perſona, vel imagine, quam quis ponit ante vultum, & ſimulachro quod terret, quod quidem vulgo ſolet nominari maſchara, quæ faciei opponitur ad terrendũ pueros, & quandoque poſſit ſumi pro nocturno, & maligno ſpiritu, & inferorum vmbra noxia, quæ terrorem incutit hominibus quos infeſtant, quemadmodum ſumitur in vno hymnorum apoſtolorũ Petri, & Pauli qui incipit felix per omnes, vbi dicitur illos accepiſſe poteſtatẽ expellendi laruas vltra mũdi limites, hoc loci tamen non ſumitur laruę nomen primo, ſed benè ſecundo modo; & placet mihi hæc expoſitio, quia verificat verbum quod paulò ante dixerat hymni auctor ſanctum hunc poteſtatem meruiſſe ſuper ima regna mundi minoris, aut minois, ſenſus igitur eſt *Larua.* i. nocturnus, & malignus ſpiritus, & inferorũ vmbra

Laruę nomẽ quid nobis ſignificet.

bra noxia de regno mundi minois, vel mundi minoris .i. inferioris & ſubterranei, *iactato lapillo*. i. calculo, & lapide paruo, *fregerat*. i. in plures partes diuiſerat, *vitreum lychnum*. i. lucernam ex vitro factam, nam quod græcis eſt lychnus, hoc apud nos lucerna dicitur, quod quidem ipſe ſanctus cernens, *lacbrymis ad aram*. i. ad altare fuſis, impetrauit, ac meruit vt lucernæ fractæ *partes in vnum corpus iunctę redierint*, *vicit altricem &c*. ſenſus eſt, & domans carnem ſuã ſanctus hic pręclarus ieiunijs, & diſciplinis, non ſolum hoc modo *vicit* cum efficacia hoſtem mundi, qui ſtudebat euertere ipſum feruentem in ſancto dei ſeruitio, ſed vicit pariter, ac ſuperauit, *iuuentã altricem ſcelerum, & fallaces figuras* apparentes nõ exiſtentes *erebi*, ideſt obſcurioris partis inferni, qui dicitur erebus, ab hæreo enim dicitur quia nimis adhæret illi quem capit, & inſuper *tulit*. i. ſuſtinuit *proſperam ſortem*, ita vt illa non extolleretur, vel eleuaretur vnquam, *& ſiniſtram* pariter ita vt illa non deijceretur, ac per hoc in
Pſalm. 33. omni tempore benedicebat dominum, & ſemper laus eius erat in ore ſuo, ſiue in proſperis, ſiue in aduerſis *riſit*. i. deriſit, & contempſit *honores*, *laus deo ſummo &c*. quamuis clara ſit huius vltimi verſus lectio, annotandum tamen in prima carminis parte, quòd nomen dei diſcretè ſumptum, & perſonaliter deum patrem nobis inſinuat, qui ſæpe in ſcripturis nomine dei innuitur, vnde quum D.
Gal. 4. *c*. Paulus ait, miſit deus filium ſuum, & Chriſtus apud Ioan. ſic deus
Ioan 3. *c*. dilexit mundum, Deum pro patre intelligunt, quem hymni auctor appellat *ſummum*, quia reuera ſumma perſonarum diuinarum eſt, à qua omnes aliæ perſonæ emanant, & ipſa à nullo eſt, non factus nec creatus, nec genitus, nec procedens, cui ſit laus in ſecula ſeculorum. Amen.

Hymnus ad matutinum in feſto Sancti Alberti ordinis carmelitarum.

SEquitur expoſitio hymni. *Paſſibus ſiccis &c*. qui dicitur ad matutinum nocturnum in feſto S. Alberti ordinis carmelitarum, in quo auctor depromit mirabilia, quæ deus operatus eſt per hunc ſanctum in vita, & morte eius, & primo narrat quòd ſicco pede trãſierit rapidum amnem, ſecundo quòd oſculo oris depulerit morbũ lepræ à leproſis, quòd quum ſpiritus ſuus peteret altam arcem, ſpõtè ſonitum longum dederint æra de ſummis turribus nullo feriẽte, quòd ad huius ſancti funus cecinerint laudes per aërem volitantes nuntij cęleſtes lapſi ab æthore ſummo, quòd odor inſepulti corporis multos ægros ſanarit, & tandem quòd ſaxa ſepulchri fugarint va

rios

rios languores, Ait ergo. *Paſſibus ſiccis &c.* ſenſus eſt, *Albertus S.*
iuit per amnem. i. fluuium, & torrentem, *rapidum*. i. velocem, qui
celebritate ſua, illiuſque impetu obuia quæque ſecum trahit, rapit,
& aufert, *ſiccis pedibus*; & non imitatus in hoc patres ſuos Heliam,
& Heliſeum, de quibus legitur ꝙ percuſſerint aquas, q̃ diuiſæ ſunt 4. *Reg.* 2. *c.*
in vtramque partem, & tranſierunt ambo per ſiccum. Sed *vnda tu-*
lit caſtum, & munditię, puritatis, & continentiæ normam, qui ſic ſu-
per aquas ambulauit, ac ſi ſuper ſolidam terram decurreret, quod de
pauciſſimis (quos æquus amauit deus) legitur, *ſic pietas inermis tuta*
militat per omnes caſus, etiam inter aduerſarios prępotentes, vt legi-
tur de ſpirituali patre huius Heliſeo, qui ea ſuffultus, inter aduerſa-
rios tutus, & illęſus permanſit. *Ora leproſis &c.* hoc ſecundo verſu, 4. *Reg.* 6. *c.*
oſtendit hymni auctor ꝙ Sanctus Albertus oſculo depulerit morbū
lepræ, & verborum ſenſus eſt, & *oſculans* hic ſanctus *ora*. i. buccas,
& facies leproſis, *populata*. i. repleta *ſquamis*, ideſt cruſtis deformib⁹,
quibus arrecti ſqualent leproſi, ideſt aſperi fiunt, & ſordeſcunt, eſt
enim lepra ſcabiei genus ſecundum Galenum, & alios græcos me-
dicos, cutem deformi obducens, & cooperiens cruſta, ab atra na-
ſcens bile, & corpus infeſtans, prurıtu vehementi, quæ cruſtę de- *Leproſorū*
formes ſquamæ appellantur ab hymni auctore, quia illis cutis tegi- *cruſtę ſqua-*
tur, ſicut ſquamis tegitur piſcium, aut ſerpentum corium, *Depulit*, *mę dicūt, et*
ideſt abegit, auertit, amouit *morbum tetrum*. i. fœdum, dirum, & hor- *quare.*
ridum *cute*. i. à cute *tabefacta*. i. tabe confecta, & conſumpta, *&*
corpus primo honore nituit, & ſplenduit, quod morbo, deforme fa-
ctum erat, & inhonorum: ex his patet ſanctum hunc maiora feciſ-
ſe, quam fecerat olim ſpiritu pater ſuus Heliſeus, ille enim diuiſo
Iordane tranſijt per ſiccum, iſte ſuper aquam ſiccis paſſibus ambu- 4. *Reg.* 2. *c.*
lauit, ille ſepteneria lotione mundauit Naaman à lepra iſte oſculo ſa- 4. *Reg.* 5. *c.*
nauit leproſos, *ſponte nec quoquam feriente longū &c.* hoc verſu hym
ni auctor mirum, quod in morte huius ſancti factum eſt, recenſet,
& verborum ſenſus eſt, *quando ſpiritus* huius ſancti à deo dilecti *ſu-*
peram arcem. i. ſanctorum locum munitiſſimum quem cęlicolæ te-
nent, *petijt*, ideſt profectus eſt, ingreſſus eſt, & accepit, *Aera*, ideſt
tubæ ex ęrę, quod eſt ſpecies metalli rubro colore, vel etiam cam-
panę ſponte nullo *feriente*, ideſt pulſante, *ſonitum dedere longum de*
ſummis, & altis *turribus*, & campanilibus nam & campanile, turris
dicitur in qua campanę morantur. *Ante conſpectum &c.* & hoc ver
ſu aliud mirum explicat, quod factum eſt in die obitus huius ſancti,
& verborum ſenſus eſt, *ad funus* huius uiri celeberrimi *ante conſpe-*
ctum frequentis populi ad ipſum currentis, cuius ardor, & deuotio

creſcebat, affuerunt qui laudes, & hymnos canerent, funerarias actiones, & funeralia explerent, iuſtaque mortuo perſoluerent, nó fratres, non clerici tantum, ſed & *nuntij*, ideſt angeli *ex ſummo athere*, & cœlo *lapſi*, qui *per tenuem auram*, ideſt gracilem, ſubtilem, non groſſum, & ſpiſſum aërem volitantes, eſt enim aura motus læuis aeris, *laudes cecinerunt*, quibus dominum magnificabant in ſancto iſto: de quo, & aliud narrat hymni auctor in quinto verſu, cuius ſenſus eſt, & *odor*, ideſt fumalis euaporatio *corporis inſepulti*, ideſt è corpore inſepulto *manans*, ideſt ſtillans, fluens, & procedés, *extitit medicamen multis aegris*, & poſtea *ſaxa ſepulchri fugabant varios languores*, quibus ſignis operum piorum, verè palàm cunctis factum eſt, hunc fuiſſe dei ſummi virum, & hominem cęlicum, quę oramus, vt ſuis precibus nos gratioſè protegat. Amen.

Hymnus ad laudes in feſto S. Alberti ordinis carmelitarum.

SEQVITVR expoſitio hymni, *Adeſt natalis celebris &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto Sancti Alberti ordinis carmelitarum, in quo auctor deſcribit multa, ac preclara huius ſancti viri, & quòd ſpreuerit culmen mundi in annis puerilibus, & quòd carnem caſtigauerit acriter in arcta pęnitentia, & quòd hoſtis ſatan conatus fuerit ipſum euertere à ſancto propoſito, & quòd ciuitas Meſſana gaudeat ſuper eo, quam ſuis meritis eripuit ab hoſtibus, & à fame, inuitat tandem montem Drepani ad lętandum ex quo de eo talem dominus produxit fructum. Ait ergo. *Adeſt*, ideſt præſens eſt *dies celebris natalis viri Seraphici, Alberti ciuis cęlici*, alia celebritate celebrandus, quàm fuerit dies ille, quo ex patre carnali Benedicto, & matre Ioanna ſecundum carnem mundo natus eſt, nam illo gauiſus eſt mũdus; iſto (quo naſcitur in cæleſtibus) nedum gaudet ipſe decoratus vna ſtola, & ſecurus de reliqua, in qua de dei viſione ſupra ſe, de cœli, & aliarum corporalium creaturarum pulchritudine infra ſe, & de angelorum, & hominum aſſociatione extra ſe gaudet, ſed & gaudent omnes angeli, & beatorum ſpiritus, qui ita de conſociorum felicitate, & beatitudine continente omne deſiderabile cuiuſcumque beatitudinis veræ, vel falſę, & conſeruorum gloria, & bono lætantur, ac ſi de proprio. *Qui ſpreto mundi &c.* ſenſus eſt, qui *ſpreto culmine mundi* à pluribus enim requiſitus fuit pater eius, vt vni filiarum de quadam domo regali traderet illum coniungendum in ſponſum, at ipſe ſciens ſe parentum voto, deo, & matri virgini

obli-

obligatum, ſpreta mundani culminis pompa, *In annis puerilibus*, *properans ad templum ſanctum* beatæ virgini de carmelo dicatum, *petijt* vt veſte ſumpta Beatæ Virginis ibi poſſet *ſeruire deo*, quod cum obtinuiſſet, *in arcta*, ideſt ſtricta *pænitentia carnem caſtigat acriter*, & veluti tortor acerbus edomat, & ſubigit Chriſto ieiunijs aſſiduis, diſciplinis, & cilitio, *ne imago ſibi credita macularetur turpiter*, ſicque vicit cum efficacia ſenſum, & carnis vitia, & hoſtem mundi, De quo ſubdit hymni auctor, *Hunc hoſtis fallax ſtimulat*, & tormentis, ac tentamentis ſuis tribulans ipſum acriter, ſtudet euertere ipſum à ſancto propoſito, *dum contemplatur feruidè*, ideſt dum videt ipſum feruentem in ſancto dei ſeruitio, *at Chriſti ſeruus ſuperat*, & vincit ipſum *perſeuerando ſedulè*, ideſt aſſiduè in laude dei, & ſemper vacans ſancto ſeruitio, & contemplationi non mundanorum, & ſenſibilium, ſed cæleſtium, & ſpiritualium, memor illius dicti ſemper aliquid boni operis facito, vt diabolus quum venerit, inueniat te occupatum. *Meſſana gaudet ciuitas &c.* hoc verſu recenſet hymni auctor bonum quod obtinuit ciuitas Meſſana ſuis precibus, nam per ipſum liberatur ab hoſtibus, qui eam obſidebant, & à penalitate famis, vnde ſenſus verborum eſt, *ciuitas Meſſana* vrbs in Sicilia, Meſſana dicta à meſſenijs Achaiæ populis, qui eam condiderunt, quæ & memertina vrbs etiam dicta eſt à mamertinis, *Gaudet*, nam precibus; *& meritis huius ſancti Chriſtus eripit* illam *ab hoſtibus* circunſeptam, & dum timetur hoſtium ſeueritas, ſtatim adeſt diuina bonitas, non ſolum illam liberans à preſſura inimicorum, *ſed præbens cibum famelicis*, qui famis pænalitate opprimebantur, & hoc precibus, & meritis beati Alberti, qui dum orat mox in portu adeſt fertilitas, *Mons gratulare &c.* ſenſus eſt, & ſi Meſſana ciuitas gaudere debet ex quo huius merito conſecuta eſt illa duo bona, cur ab hac lætitia ſecernendus eſt mons Drepani? gratuletur igitur & ipſe de fortuna, & felicitate huius ſancti, & verbis, & factis teſtetur, ſe de bono ſuo gaudere, ac de proprio, & deo gratias agat, nam de eo *deus deorum dominus produxit mundo talem floridam propaginem*, quæ plantata ſecus decurſus aquarum almæ religionis carmelitarum, fructus mirificos dedit in tempore ſuo.

Amen.

Meſſana ciuitas, et meſſana, & mamertina dicitur, et quare.

Hymnus

Hymnus ad veſperas in feſto Sancti Simpliciani ordinis eremit. Sancti Auguſtini.

SEquitur expoſitio hymni. *Diue confeßor &c.* qui dicitur ad veſperas, & ad matutinum nocturnum in feſto Sancti Simpliciani Archiepiſcopi Mediolaneñ. ordinis eremitarũ quod celebrari ſolet 13. Auguſti, in quo auctor breui ſermone orat D. Simplicianum, vt iuuet clientes ſuos ſuis p̃cibus, quo tandem valeãt ſcandere beatas cœli ſedes. Ait ergo. *Diue confeſſor &c.* ſenſus eſt, ò *Simpliciane Diue*, ideſt deificate, qui ex tũc diuus nominari cępiſti, quum ex mortali factus es immortalis, & poſt mortem veluti deus haberi cęptus es, *confeſſor, & ſignis cumulate*. i. copioſe, & abundans, *qui fide ſumma, & mira pietate*. & bonorum operum plenitudine, *vendicaſti*, ideſt appropriaſti *tibi ſedes cęlitum*. i. deorum cæleſtium, & cœlum inhabitantium. *Te tui clientes*. i. ſub tutela, & patrocinio tuo exiſtentes, quorum patronus es, pater, & ſuarum cauſſarum apud dominum defenſor, *ſummè*. i. maximè, & excellenter *regitant te, vt iuuentur tuis precibus, quo tandem valeant ſcandere beatas ſedes poli*, circa vltimum verſum nõ oportet immorari, expoſitione enim non eget, tantum annotatione dignum, quòd & ſi hoc nomen *numen*, plures habeat ſignificationes, hoc loci tamen, idem eſt, ac ſi dicas, nutu, voluntate, poteſtate, & maieſtate, vt ſit ſenſus, Gubernatur fabrica totius mundi *numine ſacro*, ideſt voluntate, poteſtate, maieſtate, & nutu ſacro dei, qui eſt trinus & vnus, cui ſit gloria, honor, & decus. Amen.

Quãdo diu᷒ appellari ceptus eſt, & ueluti deus haberi beatus Simplicianus.

Quid denotet per hoc nomẽ numẽ.

Hymnus ad laudes in feſto Sancti Simpliciani ordinis eremit. Sancti Auguſtini.

SEquitur expoſitio hymni. *Confeßor ſancte domini &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto Sancti Simpliciani ordinis eremitarum, in quo auctor deſcribit famulos, & ſeruos Sancti Simpliciani rogare eundem, vt ſuis precibus iuuentur quo ad remiſſionem criminum, qua obtenta, liceat eis ſequi ſua veſtigia, & tandem ex hoc ſeculo migrantes, ſecum fruantur æterno gaudio, Ait ergo. *Confeſſor ſancte domini &c.* ſenſus eſt, ò *Simpliciane* magiſter catholicæ veritatis, ſectator humilitatis, & pręſul peruigil gregem ſuum cuſtodiens, *& confeſſor ſancte domini, tui famuli*. i. ſerui (famul enĩ nomen originem traxit, ab oſcis Italiæ populis, apud quos ſeruus diceba-

Vnde originem traxit nomen hoc famul.

dicebatur famul) *rogant te* ſupplices, *vt adiuues eos ſuffragijs tuis*. i. orationibus tuis (dicuntur enim propriè ſuffragia orationes ſanctorum quas pro nobis fundunt ad deum) *tua nobis ueſtigia &c.* ſenſus eſt quo, ideſt vt *tandem precibus tuis, obtenta*. i. percepta, *remiſſione criminum, liceat nobis tua ſequi ueſtigia*, & acta imitari, ſicque *tuis meritis adiuti*, & tuis precibus ſanctis *freti*, ideſt fulti, & tuti *migrantes ex hoc ſeculo, fruamur tecum gaudio* ęterno, qđ preparauit deus, & ſe diligentibus, & plenis fructuum bonorum operum. Amen.

Hymnus ad veſperas in feſtiuitatibus Beatæ Virginis.

SEquitur expoſitio hymni. *Aue maris ſtella &c.* qui dicitur ad
veſperas in feſto Aſſūptionis beatiſſimæ virginis: & in alijs veñ.
eiusdem virginis feſtiuitatibus, in quo auctor ſalutat Beatam Virgi-
nem Mariam, laudat eam, & quòd ſit ſtella maris, & quòd ſit alma
mater dei, ſemper virgo, felix porta cœli, & quòd ab ore angelico
fuerit ſalutata illo nomine, aue, tandem eam rogat, vt ſuper nos mō-
ſtret materna viſcera, oretque filium ſuum pro nobis, & illum pla-
catum, ac benignum reddat. Ait ergo. *Aue maris ſtella*, ſunt quę-
dam ſalutationes in ſcripturis optatiuæ pręſentiæ dei, vt illa. Domi- *Iud. 6. c.*
nus tecum virorum fortiſſime, quędam optatiuæ ſalutis, vt illa. Sal- *2. Reg. 16. c.*
ue rex quædam benedictionis, vt illa. Benedicat tibi dominus, quæ- *Ruth. 2. c*
dā gaudij, vt illa. Gaudium ſit tibi ſemper, quædam gratiæ, qua plu- *Tob. 5. c.*
ribus in locis vſus eſt apoſtolus dicēs Gratia vobis, & pax, at verbū
hoc ſalutantis, *Aue*, quod defectiuum eſt, quod hymni auctor ac-
cepit ab angelo, qui hoc modo ſalutauit ſuper benedictam virginē,
non eſt ſalutatio optantis pręſentiam dei in ipſa, optantis ſalutem,
benędictionem, & gratiam, his enim omnibus refertiſſima eſt in *Verbum aue*
throni Salomonis veri dextera parte reſidens, ſed eſt ſalutatio con- *ſalutatio eſt*
gratulationis, vnde congratulans in ſignum reuerentię hymni au- *congratula-*
ctor ait, *Aue*, & idem eſt ac ſi dicat ſalue, vel lætare, & gaude. Verū *tionis.*
nota quòd inter ſalue, & aue hoc intereſt, nam aue in aduentu, & *Differentia*
acceſſu propriè dicitur, at ſalue comprehendit aue, & vale, & po- *inter ſalue,*
teſt dici in acceſſu, & receſſū, *Maris ſtella*, & per ſtellam maris in- *& aue.*
telligit beatam Virginem Mariam, quæ non fortuitu, aut ſolū pla-
cito (vt quidam putant) ſed diuina diſpenſatione nomen accepit,
interpretatum enim hoc nomen *Maria*, maris ſtella dicitur, & illu-
minatrix, licet ſyro nomine. *Maria* domina nuncupetur, & optima
quidem ratione, nam regem regum, & dominum dominantiū om- *Beata virgo*
nium nobis genuit, quę apta, & cōuenienti valdè methaphora ſtella *ſideri cōpa-*
maris

ratur et uerè Stella dicitur non erraticâ tamē. *Num.24 c.*

maris dicitur, & ſideri comparatur, nam ſicut ſidus ſuum emittit radium ſine ſui corruptione, ſic beata hęc virgo ſine ſui lęſione peperit filium, & ſicut radius ſideri non minuit claritatem, ſic nec filius virgini ſuam integritatem, & benè dicitur ſtella, quia reuera ipſa eſt nobilis illa ſtella ex Iacob orta, cuius radius vniuerſum orbem illuminauit, & benè ſtella maris dicitur, non erraticà à quibusdam per metaphoram, quod nullo vnquam abducta fuerit errore, aut eorum quæ credenda ſunt, aut quę agenda, ſed recto ſemper calle ſuum peregerit curſum, non declinando in deuia ad dexteram, aut ſiniſtrā, & rectè dicitur ſtella maris, nam dirigit nauigantes, & ad eius aſpectum nautæ in periculis conſolantur, hinc Deuotus quidam ò quiſquis (ait) te intelligis in huius ſeculi profluuio, magis inter procellas, & tempeſtates fluctuare, quam per terram ambulare, ne auertas oculos à fulgore huius ſideris, ſi non vis obrui procellis, Mariam inuoca, Mariam reſpice, Mariam cogita, non recedat ab ore, non recedat à corde, ipſa tenente non corruis, ipſa protegente non metuis, ipſa duce nō fatigaris, ipſa propitia peruenies, & pertinges portum ſalutis perpetuę, eſt enim præclara, & eximia ſtella huius maris magni, & ſpacioſi in quo nauigamus, qua duce, non eſt quod timeas, ne nauem tuam aut procella tempeſtatis arripiat, aut fluctus abſorbeat, aut í ęternam prędam pirata crudelis abducat: *Eſt maris ſtella*, quia ſicut nautis mare tranſeuntibus vocare eſt opus ſtellam maris, longè à ſupremo cœli cardine coruſcantem, & ex reſpectu illius dirigere curſum, vt poſſint portum deſtinatū apprehendere, ſic oportet vniuerſos Chriſticolas inter fluctus huius ſeculi, hāc Mariam inuocare, quę ſupremo rerum cardine deo proxima eſt, & reſpū exépli ipſius curſum vitæ dirigere, quod qui fecerit non frangetur ſcopulis aduerſorum, nec abſorbebitur voragine voluptatum, ſed proſperè veniet ad quietis æternæ portum, *Dei mater alma &c. alma* i. ſancta pulchra, excelſa *mater dei*, idest filij vnigeniti dei patris, qui deus, cum ſit ſanctus ſanctorum à quo vniuerſorum ſanctitas pendet, decuit, vt & mater eius cæteris alijs omnibus ſanctior eſſet. *Sed dices quomodo beata uirgo* poteſt dici mater dei, cū hoc nomen Deus ſit commune tribus perſonis, ex hoc enim ſequi poſſet, quòd dicenda eſſet mater etiam patris, & ſpiritus ſancti? Reſpondeo quod licet hoc nomen Deus ſit commune tribus, tamen quia ſignificat Diuinam naturam per modum concreti, poteſt ſupponere quandoque pro perſona patris, vt quum dicitur, deus generat, & pro perſona filij, vt quum dicitur, deus generatur, ſicut eſt in propoſito, nam cū dicitur, quòd beata virgo ſit mater dei, non ſupponit pro perſona patris

Dubium. *Solutio.*

patris, nec pro perſona ſpiritus s. *ly dei*, ſed pro perſona filij, vt ſit ſenſus, eſt *mater dei*, ideſt filij dei (vt dictum eſt) quamuis ſecundum diuinitatem non genuerit eum, ſed ſecundum humanam naturam, cuius cõceptioni cum beata virgo præſtiterit materiam cõuenientem ad producendum ſimile in ſpetie, & locum conuenientem, & nutrimentum conueniens conceptioni fœtus, ex hoc vera mater dici poteſt, & vera dei mater; murmurent in contrarium Neſtorius impius hæreticus, & ſequaces aſtruentes beatam virginem non dei, ſed hominis tantùm fuiſſe genitricem, quorum error damnatus eſt, & blaſphemia in 3. Concilio Epheſino ſub Celeſtino primo Pont. & Theodoſio iuniore Imperatore circa annum domini quadrigenteſimum viceſimum quartum, in quo decretum eſt, quòd beata virgo ex tũc & deinceps appellaretur ſancta theotocos, ideſt mater dei, & deum pariens, quod confirmatum eſt etiam in v. Synodo Conſtantinopoli habita cõtra theodorum, & ſequaces, circa annum domini quingenteſimum, & quinquageſimum. *Atque ſemper virgo &c.* ideſt de qua fatemur etiam quòd ſit *ſemper virgo*, non ſolum corpore, ſed mente, de qua immaculata immaculatus procederet omniũ maculas purgaturus, quæ ut ſancta eſſet corpore, accepit donum virginitatis, vt eſſet & mente, accepit humilitatis, *ſemper virgo*, quia ante partum, in partu, & poſt partum, parum enim, vel nihil illi profuiſſet, ſi corpore tantum fuiſſet virgo, & non mente, bonum ſeruat caſtellum, qui corpus ſuum cuſtodit, at magis, qui omni cuſtodia ſeruat cor ſuum (vt in Prouerb. c. 4. dicitur) ex quo vita procedit, vt fecit beata virgo, in qua nullus fuit vnquã inordinatus affectus, cogitatus, aut motus, virgo carne, virgo mente, virgo profeſſione, virgo (vt D. Paulus ait) ſancta corpore, & ſpiritu, ita vt nec corporalia, nec ſpiritualia habuerit vitia, ſed ſemper gemino, mentis pariter, & corporis, decore præfulgida apparuerit: *Felix cœli porta*, ideſt de qua & fatemur quòd ſit *porta* cœli; & hoc, vel pro tanto verum eſt, pro quanto eſt via, & medium potentiſſimum ingrediendi in cæleſte regnum, eſt que *porta cœli*, non iuſtitiæ, per quam ingrediuntur, qui ſaluantur ex operibus iuſtitiæ, quam portam aperire ſibi petijt Dauid dicens. Aperite mihi portas iuſtitiæ, ſed porta gratiæ, & miſericordiæ, commiſit enim illi deus dare literas gratiæ, & miſericordiæ, hinc eccleſia ſancta non ſolum eam cœli portam nominat, ſed matrem gratiæ, & miſericordiæ, oratque vt veluti aduocata potentiſſima miſericordiæ ſuæ oculos ad nos conuertat. Vel pro tanto verum eſt, pro quanto per eam meruimus habere dominum noſtrum: qui eminenter eſt oſtiũ, ianua, & porta

1. Cor. 7. c.

Pſal. 117.

FFf cœli

Pſal. 117. cœli, & cœli apertor, & reſerator, ad quam referuntur omnes aliæ portæ: hinc Dauid cũ de alijs portis dixiſſet in plurali, aperite mihi portas iuſtitiæ ſubdit hæc porta domini, id eſt Chriſtus per quem itur ad patrem, & intratur in regnum. Poſſumus etiam & aliter interpretari, verbum hoc, vt ſit ſenſus, eſtque etiã felix, & beata porta cœli, per quam vir non tranſiit vnquam, ſed dominus cœli ſolus *Eze 44. c.* ingreſſus eſt per eam, in qua ſtare debemus per iugem meditatiõné. & iuge ſeruitium, *Sumens illud aue &c.* ſenſus eſt, & ô Maria *ſumens*, & accipiens illud verbum ſalutatorium *Aue* à nobis, quod olim audiſti ore, & voce Gabrielis, qui in aſſumpto corpore ipſius. etiam miniſterio facto, Reuerentia profundiſſima humiliter ſalutauit te, ijs verbis nunquam ante auditis, & ſalutatione ab æterno decreta, *Aue*, quo nomine trium literarum oſtendit ſe nunciũ ſanctiſſimæ trinitatis in. a. ſignificans amorem, & repreſentauit ſpiritum s. in u. ſignificans veritatem, & repreſentauit filium; in. e. ſignificans æternitatem, & repreſentauit patrem, & hoc nomine cõpoſito ex. A. & vhe interiectione execrantis, oſtendit te eſſe ſine maledictione tã originalis, quã actualis, mortalis & venialis peccati ſine macula exteriori, & interiori. *Funda*, i. firma, tenaciter tene; & ſtabili, *nos in pace*, interiori pectoris, quæ eſt tranquillitas mentis in deo, & exteriori temporis, quæ eſt quies ab impugnatione hoſtium viſibilium, quorum impugnatione de facili poſſumus retrahi à pace interna cordis, pectoris, & mentis, vel *funda*, id eſt firma, & ſtabili, *nos in pace*, quam dedit nobis deus in ſe reconcilians ima ſummis, & quam tu procuraſti, quod nullus facere poterat iuxta *Cant. 8. c.* illud Facta ſum coràm eo quaſi pacem reperiens, *Mutans nomẽ euæ*, ſenſus eſt (vt puto) quod per te facilè fiet, vt fundes nos ſtabilias, & firmes in pace tum pectoris, tum temporis, ſi dignaberis ſic mutare in nobis nomen euæ (quod maledictionis, triſtitiæ, doloris, luctus, & perditionis eſt nomen) ſicut per te, & per tuum partum, mutata eſt natura protoplaſtorum, & in te ſors, & conditio omnis imperfectionem arguens in eua, mutata eſt in oppoſitas omnino cõditiones, nam (vt D. Auguſtinus ait) auctrix peccati eua, auctrix meriti Maria, eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit, percuſſit illa, ſanauit iſta, eua luxit, iſta exultauit, illa in dolore peperit filios, iſta in lætitia dominum parturiuit, eua lachrymas, Maria gaudium in ventre portauit, illa peccatorem, iſta ędidit innocentem, illa diſcordiæ inter deum, & hominem cauſſa fuit, hæc pacis, illa mortem, & expulſionem à paradiſo, hæc vitam, & ad cœlum ingreſſum præbuit, illa deiecit hæc ſubleuauit, illa damnauit, hæc

Nõe (aue) quid oſtenderit angelus.

Omnis conditio imperfectionẽ arguẽs in eua, mutata eſt ĩ oppoſitas conditiones in Maria, et quomodo.

hæc ſaluauit, illa cauſſa morbi, hæc cauſſa ſalutis, illa mater miſeriæ, hæc miſericordiæ, illa gratiam perdidit, hæc inuenit, illa fecit nos tranſire de gratia in culpam, hæc tandem de culpa in gratiam: *Solue vincla reis &c.* ſenſus eſt, & quia facta es ſtella maris, & porta cœli, & per te, & in te mutatum eſt nomen euæ, ideſt maledictio in benedictionem, mæror in lætitiam, mors in vitam, & exilium in reuocationem in antiquiam patriam, rogamus non ſolum vt precibus tuis, quibus potentiſſima es plusquam cæteræ creaturæ apud deum, fundes, & firmiter conſerues nos in pace, ſed vt *ſoluas*, ideſt deſtruas, liberes, auferas vincula peccatorum, *vel vincula reis*, ideſt reos, & peccatores à vinculis vitiorum, peccatorum, & iniquitatum, quibus veluti quibusdam funibus conſtringuntur, *proferas*, ideſt amplies, manifeſtes, dones impetrando *lumen* videlicet gratiæ dei, *cæcis*, ideſt qui ſunt ſine deo, qui vera lux eſt, qui nequaquam ad veritatis lucem, cui conditi ſunt mentis oculos erigunt, nequaquam ad contemplationem patriæ æternæ deſiderij aciem tendunt, ſed ſemetipſos in ijs, ad quæ proiecti ſunt deſerentes, vice patriæ, diligunt exilium, quod patiuntur, & quod peius, in cęcitate, quam tolerant, quaſi in claritate luminis exultant, quo lumine gratiæ illuminati, ſua errata cognoſcant, & pro eis doleant, dicantque eis, qui claues habent eccleſię, qui habent claudendi officium, & aperiendi, aperite mihi portas iuſtitiæ, ideſt pænitentiam, & correctionem nobis imponite, quæ dicitur porta iuſtitiæ, quia facit iuſtitiam de peccatis, & per eam intratur ad regnum, pluraliter dicit portas, quia pænitentia tres habet partes, cordis cōtritionem, oris confeſſionem, & operis ſatisfactionem, *ſed ut mala noſtra pellas* .i. abigas, remoueas, *mala noſtra*, ideſt cordis, oris, & operis culpas, & pænas, quæ culpis debentur, & tunc pelluntur, abiguntur, remouentur, quum illa non obſeruas dominus, qui ſi iniquitates obſeruare voluerit, quis ſuſtinebit? *& ut bona cuncta poſcas*, ideſt petas, poſtules, & impetres pro nobis, *bona cuncta*, ideſt omnia ad ſalutem neceſſaria bona corporalia, & ſpiritualia, bona exteriora, & interiora, bona naturæ, bona fortuuæ, bona gratiæ, quibus benè vtendo poſſimus bona gloriæ promereri. *Monſtra te eſſe matrem &c.* ſenſus eſt, & quia nihil vult deus nos habere, quod non tranſeat per manus tuas, & de te legitur, quod manus tuas aperias inopi, & palmas tuas extendas ad pauperem, & nos coràm tremendo iudice peccatores aſſiſtimus, cuius manus terribilis gladium iræ ſuæ vibrat ſuper nos, & quis auertet eam? Nemo (domina) tam idoneus, vt gladio ſuo obijciat manum: vt tu dei ęmanciſſima, quæ ſecundum benepla

Pſal. 117.

Dauid cur dicit in plurali aperite mihi portas iuſtitiæ, & quid p portas iuſtitię itelligat.

Pſal. 129.

Bona quæ poſcēda sūt à deo p beatam virginē

Pro. 31. c.

Gratiæ quæ de cælo fluunt per beatę Marię manus trāſeunt tamquam per aquęductū. Psal. 18.

citum tuum ; potes iram dei in miſericordiam cōmutare, hinc mater miſericordiæ diceris, quia deus ī poteſtate tua tradidit facere miſericordias, omnes enim miſericordię, & eleemoſinæ, quæ de cœlo fluunt,, per tuas tranſeunt manus, per te enim tamquam per aquæductum fluunt aquæ gratiarum, quibus ī tantum plena es, vt de plenitudine tua accipiant cuncti (inquit D. Benardus) captiui redemptionem, ęgri curationem, triſtes conſolationem, peccatores veniā, iuſti gratiam, angeli lætitiam, perſona filij dei carnis humanæ ſubſtantiam, vt non ſit qui ſe abſcondat à calore tuo, ideo *monſtra te eſſe matrem*, neque enim petimus vt ſis mater noſtra, nam ſi tuus filius factus eſt per te, frater noſter, nonne tu per illum facta es mater noſtra? ecce (inquit dominus ad Ioannem, & per ipſum ad nos om-

Ioan 19. c. nes) mater tua, ſed vt *monſtres*, ideſt oſtendas, & doceas te eſſe talem, quod ſi feceris, non eſt vnde deſperemus, non eſt vnde formidemus, nam id quod iudicabitur de nobis, totum dependet ex ſententia fratris noſtri: & matris noſtrę, per quam cupimus venire in gratiam ipſius, qui per eam venire dignatus eſt in noſtram miſeriā, *ſumat per te preces*, vt ſit ſenſus, *& per te preces*, & ſupplicationes noſtras *ſumat*, ideſt acceptet, accipiat, & accipiendo exaudiat vni-

Philip. 2. c. genitus dei filius, qui cum in forma dei eſſet: *Tulit*, ideſt ſuſtinuit, paſſus eſt, voluit, expetijt, concupiuit, & conſenſit *pro nobis*. i. propter nos, & propter noſtram ſalutem *eſſe natus*. i. filius *tuus*, formā ſerui accipiens, & quid negabit filius matri interpellanti? Salomon

3. Reg. 2. c. ait ad Berſabeam. Pete mater mea quid vis, neque enim fas eſt, vt auertam faciem tuam, & auertet faciem ſuā ſanctiſſimus filius à ma-

Luc. 2. c. tre ſanctiſſima, qui quū viueret, erat ſubditus illi? & præſertim hoc

Eccl. 24. c. tempore quo in cęleſtem Hieruſalem poteſtas ſua, cui pater commiſit theſaurum potentiæ ſuæ, & in celeſtis regis curia habet magnum poſſe? *Virgo ſingularis &c.* ſenſus eſt, & quia ſcimus, quod non abhorreas peccatores, ſine quibus nunquam fores, tanto digna filio, oramus te, quę noſtra cauſſa ſublimata es, & verè dei veri mater effecta es, & ò virgo ſingularis, & vnica cui nulla alia creatura ſimilis eſſe poteſt, *inter omnes*. i. prę cęteris cunctis, *mitis*. i. manſueta, lenis, & tranquilla, *Nos ſolutos culpis*. i. liberatos, & vacuatos vitijs, & Chriſti filij tui paſſi merito, & tua interceſſione, *mites fac & caſtos*, ideſt interpellatione, & interceſſione tua, impetra nobis, mititatis, & caſtitatis, & continentiæ virtutes, & perſeuerantiam in eis vſque ad finem, & ad vitæ vltimum ſuſpirium, vt ſalui ſimus, nam ſcriptum

Matt. 24. c eſt, non qui incæperit, ſed qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, *Vitam pręſta puram*, ideſt tu quæ mater es caſtitatis, & puri-

puritatis, *præſta*, ideſt concede nobis *vitam puram*, ideſt mundam, non habentem maculam enormium peccatorum, & mortalium, & liberam à contagione, & ſordibus carnalibus, *iter para tutum*, ideſt ſecurum ab hoſtibus viſibilibus, & inuiſibilibus & à ſcandalis operantium iniquitatem, ne incidamus in laqueos venantium, ſicque ſecuri perducamur ad cœli patriam, in qua *videntes Ieſum*, filium tuum, cuius viſio eſt tota merces, & vita æterna, *ſemper collætemur* cum ipſo lætitia inenarrabili, & glorificata, & cum eodem in pace quieſcamus. *ſit laus deo patri &c.* vt ſit ſenſus, quia in diuinis ſunt tres perſonæ, Pater qui à nullo eſt, filius qui à patre eſt, & ſpiritus ſanct⁹ qui ab vtroque procedit, vnicuique ſuus nominatiuus correſpondere debet, ita vt deo patri ſit laus, & gloria, & ſummo Chriſto decus, qui dicitur ſummus, non quòd ceteris perſonis ſit maior, & excellior, ſed vel ne putetur, quòd propter aſſumptam humanitatem ſit ſimpliciter, abſolutè, & omnino minor, licet ſecundum illam ſit minor, nedum perſonis diuinis, ſed etiam minoratus ab angelis (vt Dauid ait) vel quia à ſummo cœlo egreſſio eius: & ſpiritui ſancto trinus honor vnus, qui honor, vt vni perſonæ impenditur vnus eſt, & vt tribus perſonis, trinus. Nec placet mihi, quod dicunt quidam, quòd potius legenda ſit litera, trinus honor vnus, quàm tribus honor vnus, nam ſi ſecundo modo (inquiunt) legatur vnicuique perſonę diuinę ſuus nominatiuus non reſponderet, & ſpiritui ſancto particulatim nihil attribueretur, quia, ego dicam, quòd patri attribuatur laus, Chriſto, & dei filio decus, & ſpiritui s. honor, vt ſit ſenſus, & ſpiritui ſancto honor vnus, qui, honor vnus etiam debetur tribus, ideſt alijs perſonis, ſicut & quod conuenit, & attribuitur illis puta laus, & decus, etiam ſpiritui s. attribuitur (vna em̃ laus oĩbus debetur, vnum decus, & honor vnus.) *Amen.*

Pſal. 140.

Summũ nomẽ Chriſto conuenit, et quare

Pſalm. 8.

Pſalm. 18.

Hymnus ad matutinum in feſtiuitatibus beatæ Marię.

SEquitur expoſitio hymni. *Quem terram, Pontus, æthera &c.* qui dicitur ad matutinum Aſſumptionis B. Virginis, & in oĩbus feſtiuitatibus eiuſdem, in quo auctor, qui creditur fuiſſe Fortunatus epiſcopus, commẽdat eximiam beatæ Virginis dignitatem, in hoc quòd ſuo vtero geſtauerit, & baiulauerit cœli, & terræ dominũ, quem totus non capit orbis, cui omnia creata ſeruiunt, quem cuncta adorant, venerantur, & prędicant, Ait ergo. *Quem terra &c.* vt ſit ſenſus, *clauſtrum Mariæ*, ideſt venter Mariæ quem clauſtrum appellat, quia clauſura fuit

Fortunatus epĩs auctor huius hymni.

vel in

vel in quo per tot menſes clauſus fuit filius dei) clauſtrum enim propriè clauſura eſt, vel quo aliquid clauditur. *Baiulat*. i. portat abſque grauitate, & pondere, *regentem trinam machinam*. i. artificioſam conſtructionem, & compoſitionem mundi, quæ trina machina dicitur, quia diuiditur in tria, in cæleſtem, terreſtrem, & infernalem, ſicut enim hæc machina diuino ingenio conſtructa eſt, atque parata, ſic diuino ingenio, ac perpetua dei ratione gubernatur, ac regitur & is non eſt, niſi filius, & dei verbum, de quo D. Paulus. Portansque omnia verbo virtutis ſuæ, ſicut enim oĩa creata viſibilia, & inuiſibilia per ipſum facta ſunt, ſic verbo virtutis ſuæ, ideſt imperio, & inflexu poteſtatis ſuæ, cuncta ſuſtentantur, conſeruantur, & moderãtur ſine defatigatione, labore, & pæna, ſine cuius continua conſeruatione redigerentur in nihilum, cum plus pẽdeant creaturę à creatore, quam radius à Sole. Hunc igitur, qui regit trinam machinam, qui portat omnia imperio poteſtatis ſuæ, baiulat, & portat clauſtrum Marię, vt ſit verum, quod erat portans à quo portabatur, & non ſolum portat à quo portabatur, & regentẽ trinam machinam, ſed & *quem terra pontus, & ęthera colunt*, ideſt venerantur vt dominum, *adorant* vt deum, *prædicant* vt creatorem, nec ſunt loquelę, & ſermones eorum ita vt non audiantur voces eorum, clamant enim ſemper. Ipſe fecit nos, & non ipſi nos, & videtur verſus iſte multum conuenire cum illo quem canere ſolebat olim eccleſia ſancta in feſto ſanctiſſimæ trinitatis. Te cælorũ militia laudat, adorat prædicat, triplexque mundi machina benedicit per ſecula, ꝙ ſi dices quõ ĩfernorum machina benedicit deum cũ in ps. 6. dicatur, In inferno autem quis confitebitur tibi? & Eſa. 38. Quia nõ infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te, quia dicam ego, multitudinem infernorum non benedicere deo confeſſione laudis, & gratiarum actionis. Sed declaratione rectitudinis diuinę iuſtitię, quæ cum in ipſam inferorum turbam ſeruare equitatem, & ſeueritatẽ conſpicitur, inde ipſius laudandæ, & commendandæ materiam alijs ſuggerit, & præſtat hinc Dauid lætabitur iuſtus cum viderit vindictam &c. Aliqui legunt *ętbraque*, & ſignat ſplendorem ętheris, at communis eccleſiæ vſus legit *ęthera*, vt ſit nominatiuus caſus huius nominis primæ declinationis ęthera, æ. non accuſatiuus ſingularis tertiæ declinationis huius nominis æther: nã accuſatiuus huius nominis æther, facit ętherem, non æthera, & ſi ab ęther. is. vel ab accuſatiuo græco ætherem formetur fæmininum ethera. æ. & per æthera, non debemus intelligere aerem, quo quidem modo ſumpſit Virgilius quum ait, reſonatq; fragoribus æther, nec debemus intelli

Artificioſa mundi conſtructio trina machina dicitur, & quare.

Heb. 1. c.

Creatura à creatore plꝰ pendet quã radius à ſole.

Pſal. 18.

Pſal. 99.

Pſal. 57.

intelſigere elemẽtum ignis quo modo ab Anaxagora accipiebatur, ſed vel locum, in quo ſunt ſidera, vel cœli ſubſtantiam, & ſiderum, & totam ſiderum, cœli, & ſtellarum compaginem, quæ quintũ elementum dicitur ab illis quatuor omnino diuerſum, tum quia diuinum, tum quia interitus, & corruptionis expers, & creaturas cæleſtes, quæ continentur in ipſo, & ſicut per *æthera* intelligimus cœlum, & creaturas celeſtes, ſic per *terram* intelligere poſſumus elementum terræ, quæ modo ſuo veneratur, adorat & prædicat verbum dei filium, & terrenos homines bonos, & per *pontum*.i. mare non ſolum elementum aquę, quæ modo ſuo etiam facit quod dictũ eſt, ſed homines malos qui mari comparantur, quia cor impij quaſi mare feruens, quod quieſcere nõ poteſt (ait Iſai.) vt ſit ſenſus, *quem terra* modo ſuo, & homines boni, *pontus*.i. mare modo ſuo, & homines mali, *& ęthera*.i. cœlum modo ſuo, & cæleſtes creaturæ venerantur, adorant, & prædicant, *cui luna ſol &c.* ſenſus eſt, *viſcera puellæ*.i. Mariæ virginis, non inteſtina, & exta; vt ſunt iecur, cor, pulmo, & lyen, in qua ſignificatione medici accipiunt hoc nomen viſcus eris, ſed vel vitalia, & circunfuſa cordis loca, in quibus vita, ideſt anima continetur, vel interiores, & penitiores carnis partes inter oſſa, & cutem, vel membra, vel loca muliebria, iu quibus cõcipitur fę:us, quæ loca alio nomine dicuntur vterus, pro quanto in eo, tamquam in vtre quodam foetus continentur, *Perfuſa*, ideſt repleta gratia cœli, quo (veluti humore effuſo) madefacta ſunt, *geſtant*.i. portant illum, ideſt Chriſtum regem regum & dominũ dominantium, *cui luna, & ſol* cæleſtis lucis fons, dux, princeps, & reliquorum luminum moderator, quæ per tempora facta ſunt, ideſt vt ſint in ſigna & tẽpora & dies, & annos, & omnia ſupple alia creata deſeruiunt ſiue uiſibilia, ſiue inuiſibilia ſint, ſuoque imperio ſubijciuntur, & mandatum ſuum nunquam prætereunt, quocunque tempore præceptum illis ponat, audi Dauidem benedicite domino omnes angeli eius, potentes virtute, facientes verbum eius, & alibi ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, quę faciunt verbum eius, vbi per verbum intelligit imperium, & pręceptum domini, cui deſeruire, & ſubeſſe debent omnes vel voluntate, vel coactè, ſine cuius nutu, nec quidem arboris folium mouetur, & abſque cuius imperio, non mouet quiſquam manum, aut pedem, non ſolum in omni terra Aegypti (vt dicitur de Ioſeph) ſed in vniuerſo mundo, cæleſti, terreſtri, & inferno, hinc patet (& ſit dictum hoc obiter, ideſt incidentaliter, preter propoſitum, et quaſi per iter, et trãſitum falſos eſſe, qui dicunt, vitam noſtram moderari ſole, et luna,

Iſai. 57. c.

Viſcera qd ſignificent.

Gen. 1. c.
Pſal. 102.
Pſal. 148.
Verbo imperio, & precepto dei deſeruiunt omnes vel voluntate, uel coactè.
Gen. 41. c.

& quòd

et quòd ſentiendi natura de ſole, et creſcendi natura, de lunari ad nos globoſitate perueniat, & quòd ex utriuſque luminis beneficio hæc nobis conſtet vita, qua fruimur, & quòd aliæ vagę ſtellę magis, minusuè vitæ humanæ ſint commodę, quo magis, minusue, cum ſole, & luna, vitę noſtræ auctoribus arcta numerorum ratione iunguntur. Sed dico quòd magis ad veritatem accedat Plotinus platonicus, qui in libro, qui inſcribitur, ſic faciunt aſtra, pronunciat, nihil vi, vel poteſtate aſtrorum hominibus euenire, ſed ea, quæ decreti neceſſitas in ſingulos ſancit, *Beata mater munere &c.* ſenſus eſt *ò beata mater*, & non beata per naturam, ſed *munere* gratię, & dono dei patris, qui donauit tibi filium ſuum, & beata, non quia portaſti creatorem mundi (quamuis & hoc donum ampliſſimum ſit dei altiſſimi) ſed quia credidiſti, beata quæ credidiſti (ait ſanta Eliſabeth)

Luca. 1. *c.* ſed quia audiſti verbum dei, & cuſtodiſti, beati qui audiunt verbū

Luc. 11. *c.* dei, & cuſtodiunt illud (ait Chriſtus) ſed quia humilis fuiſti coràm

Luc. 1. *c.* oculis tuis, tui ipſius teſtimonio, dixiſti enim. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, *ſub cuius* beatæ matris *arca uentris clauſus eſt*, & ſtetit, per nouem menſes *artifex ſupernus* i. verbum ęternum, perfectum, cui nihil deeſt, quod eſt ars quędam omnipotentis, atque ſapientis dei, plena rationum omnium viuentium, a quòd omnia facta per eum non ſicut cauſſam miniſterialem, & ſecundariā patre inferiorem (vt mentitus eſt Arius) ſed ſicut per eum, cui ratio exemplaris cauſſæ appropriatur, comparantur vt artificialia ad artificē, *Mundum pugillo continens.* i. qui artifex ſupernus clauſus ſub arca ventris beatæ matris virginis, *eſt continens mundum pugillo*, ideſt paruo pugno, quo oſtenditur longè ampliora, & comprehendere, & continere poſſe, nam ſi metitur pugillo aquas, cœlos palmo ponderat, appendit tribus digitis molem terrę (vt in Iſai. habetur) quan-

Iſai 40. *c.* to maiora continebit toto pugno, & comprehendet duabus manibus: & decem digitis? *Beata cæli nuntio &c.* vt ſit ſenſus, & ò *beata nuntio cæli*, vbi per nuntium intelligi debet, non annuntiator, & is, qui nuntiat, vt ſit ablatiuus, vel ſeptimus caſus huius nominis nuntius, ſed quod nuntiatur: vt ſit ſeptimus caſus huius nominis nuntium. ij. vt ſit ſenſus, ò *beata nuntio*, ideſt nuntiatione tibi facta è cœlo, cui, quum credidiſti, & reſponſum illud dediſti, ecce ancilla domini fiat mihi ſecundum verbum tuum, quo promptiſſi-

Luc. 1. *c.* mè te obtuliſti in obſequium domini, mox fœcunda, & plena facta

Quid per aluum intelli- es *ſpiritus* s. operante, *per cuius aluum*, ventrem, & vterum (& licet aluus receptaculum ſit illud, quod cibū recipit, & in quo ſordes ſunt,

ſunt, & eo purgari ſolet, vnde ab aluendo dicitur propriè, quia eo ſordes effluunt, vel eluuntur) hoc loci tamen accipitur, pro uẽtre, & vtero, non obſtante quòd inter ſe hæc differant, qui venter, & vterus myſterij venter fuit, templum ſacratiſſimum veri, & viui dei, & thalamus æterni ſponſi, *Fuſus eſt*, ideſt abundanter ſe præbuit, exijt, proceſſit, Et benè ait, *fuſus eſt*, quia ſicut quæ fundi ſolent, citò effluunt, & quaſi in inſtanti ſparguntur, ſic egreſſus, & exitus filij dei ex virginis vtero, inſtantaneus extitit, nec corporaliter viſus eſt à matre, ſed natum, & ante ſe in terra ſitum præſtantiſſima virgo, mox hilariter vidit, deuotiſſimè quem genuit, adorauit, & paulo poſt proprijs manibus è terra leuauit, brachijs ſuis ſtrinxit, Pannis inuoluit, & in præſepio reclinauit, *Deſideratum*, ideſt expectatum hunc *à cunctis gentibus*. Hoc enim nomine in ſcripturis celebratur Chriſtus Ieſus dominus noſter (vt in Gen. in Aggeo) ex quo ſequitur quòd non malè dici poſſet, quòd ſicut conceptio Chriſti ex parte operationis ſpiritus s. fuit miraculoſa, & ex parte matris fuit naturalis, ſic eius natiuitas ex vna parte fuit miraculoſa, & ex altera naturalis, cui ſit laus, & gloria, vna cum patre, & ſpirito ſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

gat hymni auctor.

Hoc uerbo fuſus eſt cur uſus fuerit hymni auctor.

Gen. 49. c.

Aggei 2. c.

Conceptio Chriſti miraculoſa, et naturalis, & quomõ.

Hymnus ad laudes in feſtiuitatibus beatæ Mariæ.

SEQVITVR expoſitio hymni. *O glorioſa domina &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in omnibus feſtiuitatibus beatæ Marię, in quo auctor qui creditur fuiſſe Fortunatus epiſcopus: commendat beatam virginem, quòd glorioſa reſideat in throno cæleſti, exaltata ſuper ſidera, ꝙ creatorem, & auctorem ſuum, ſacro vbere, virgineoq; lacte lactauerit, prędicat eam eſſe generis humani reparatricem, cœli feneſtram, & quòd per eam ſit data vita mundo, & tandem excitat ob id fideles omnes ad lętitiam, & iubilationem. Ait ergo, *ò glorioſa domina*, tali enim nomine ſyro ſermone nuncupatur, & rectè quidem, nam ſi pater domini noſtri vniuerſorum dominus dicitur, & ipſa meritò domina nuncupabitur, mater enim eiuſdem eſt, quæ vere domina fuit, quia ſemper dominium, & imperium obtinuit ſuper mundum, carnem, peccatum, diabolum cuius caput contriuit (ſcriptura de ea dicente) ipſa conteret caput tuum, quamuis hanc poteſtatem ex ſe non habuerit, ſed dono ſeminis in quo benedicẽdæ erant omnes gentes, ideſt Chriſti, quem peperit, de quo alia litera dicit, ipſum conteret caput tuum, & intelligendum eſt primo præcipuè,

Gen. 3. c.

Primo præcipuè, et principaliter Chriſtus dicitur ſaluator & reparator: ſecundo loco & proxime beata uirgo.

Verè glorioſa dicitur beata uirgo & quare.

Gen. 3. c.

Ibi.

Pſal. 15. & Act. 2. c.

& principaliter, nam ſecundo loco, & proxime poſt Chriſtum ipſa ſaluatrix dicitur, generis humani reparatrix, & gratiæ, & miſericordiæ largitrix, & vere Glorioſa dicitur, tum quia plena gloria, præclara, & excellens, & cui omnes plurimum laudis, & gloriæ tribuunt, tum quia gloria, & honore coronata eſt in cœlis, & decorata non vna ſtola tantum, ita vt ſit ſecura de reliqua (vt dicitur de alijs beatis, & ſanctis, in cœlo) ſed duplici ſtola, animæ videlicet gloria, corporis immortalitate, neque enim fas erat, vt quæ exempta fuerat à maledictione Euæ, cui dictum eſt. In dolore paries filios (in lætitia enim dominum parturiuit) non exciperetur a maledictione Adæ, cui dictum eſt, Puluis es, & in puluerem reuerteris, ſicut igitur caro Chriſti non vidit corruptionem, ſic nec caro virginis, quæ & anima nedum, ſed & corpore *excelſa* facta eſt, & exaltata *ſuper ſidera*, ideſt ſuper cœlos, & ſuper choros angelorum, qui dicũtur ſidera, pro quanto veluti ſidera, & ſtellæ lucent in cœlo empyteo, quod mox vt factum eſt repletum eſt ſanctis angelis, veluti quibusdam, & tot luminaribus. *Qui te creauit &c.* ſenſus eſt, *ex ſacro vbere*, de cœlo pleno, virgineoque lacte de cælo tibi præſtito, *lactaſti* illum dei filium nempe, & auctorem tuum *qui prouide*, ideſt ſapienter, & prudenter, non modo preſentia, & quæ ante pedes ſunt, ſed etiam futura proſpiciens, *creauit te*, Dixi de cœlo ſibi præſtito lacte beatam virginem lactaſſe Chriſtum, nam qua conſequentia eius proprio lacte credatur nutritus, cuius ſemine negatur eſſe conceptus, cum ex vnius, & eiusdem fontis origine vterque liquor ſecundum phyſicos emanare probetur? *Quod eua triſtis &c.* ſenſus eſt, *tu almo*. i. ſancto, & puro *germine* tuo *reddis*, reſtituis, & donas nobis illud *quod eua triſtis*. i. mœſta, & re, & ab effectu, quia mæſtos, & triſtes nos omnes gula ſua effecit, *abſtulit*, & quid abſtulit à nobis? certe vitam, & dedit mortem, patriam, & dedit exilium certè abſtulit paradisum, aſtra, & cœlos, quorum aditus, & introitus occluſus fuit peccato primorũ parentũ, at per te reſeratus eſt, iuxta illud eccleſiæ ſanctæ Paradiſi portæ per te nobis apertæ ſunt, *et ut intrent ibi flebiles*. i. homines miſeri, qui plorantes naſcuntur, & ex propria fragilitate miſerabiles ſunt, & ex primorum parentum lapſu ſuper quibus lamenta, gemitus, & fletus dignum eſt vt fundẽtur, & qui digni ſunt, vt defleantur, *cæli feneſtra facta es*, & non ſolum vt miniſtres lucem, ſed vt per te ingrediantur, qui in ibi intrare volunt. *Tu regis alti &c.* ſenſus eſt, *tu* o domina mundi Maria virgo *es ianua alti*, ideſt excelſi regis dei, & habitaculi, & thalami excelſi regis dei non ſolum cameraria, ſed *ianua*. i. primus ingreſſus, & primus

mus introitus, ad interiora cæleſtis domus à iano ſic dicta, ꝙ huic deo cõſecratum erat omne principium; hine deus principiorum dicebatur, & cui omnem introitum, & exitum antiqui ſacrificarunt, Et non ſolum ianua es, *ſed & porta fulgida*, clara, ſplendida *lucis*, & hoc ideo vel quia præbes, & miniſtras lucem, cuius vita glorioſa lucem dedit ſeculo, & cuius vita inclyta cunctas illuſtrat eccleſias (ait de te ſancta mater eccleſia) vel quia in te, & per te veluti per quandam claram, & ſplendidam portam lumen de lumine, ideſt filius dei, & Chriſtus, qui lux eſt, ingreſſus, et egreſſus eſt, *vitam datam per virginem &c.* ſenſus eſt, & quia in te, & ex te ingreſſus, & egreſſus eſt filius dei, qui vitam mundo dedit primariè, principaliter, primo, & precipuè, quique totius vitæ fontale principium eſt, & vitæ auctor ſecundum diuinam naturam, vitæ inquam naturæ, vitæ gratiæ, & vitæ gloriæ, qui etiam ſecundum naturam aſſumptam ſua morte, & reſurrectione vitam gratiæ, & gloriæ inſtrumentaliter reparauit, & vitam naturæ reſtituit ijs, quos a morte corporis ſuſcitauit, conſequens eſt etiã, vt ſecundo loco, & proxime poſt Chriſtum credamus, & confiteamur, *uitam* etiam naturæ, gratiæ, & gloriæ, *datam eſſe per virginem*, nobis, ob quod concludit hymni auctor, *ò gentes redemptæ*, almo, puro, & ſancto germine huius virginis ſacroſanctæ *plaudite*, ideſt gaudete, congratulamini, & lætitiam repreſentate, & oſtendite manibus alijſque corporis membris, vel ſigno exteriori aliquo iubilate deo in voce exultationis, (vt Dauid ait) pro re hac bene geſta, ideſt pro vita nobis data per Chriſtum primariè, & proximè per beatam virginem, vel *plaudite*, ideſt lætitia, & plauſu explicatæ, manifeſtum facite, & prædicate *vitam datam per virginem*, ſi qui autem contendunt accuſatiuos illos, vitam, & datam, debere legi, vt commutentur in ablatiuos abſolutos, ac per hoc vt ſic legat litera, *vita data per virginem &c.* horum ſententiam non refellimus, nam tunc verba auctoris hymni hunc ſenſum habent, *o gentes redemptæ plaudite*, gaudete *vita data*, ideſt pro vita data uobis *per virginem*, ideſt medio beatæ virginis dominæ noſtræ, mediatricis noſtræ, aduocatæ noſtræ: quam precamur ut ſuo filio nos reconciliet, ab hoſte inuiſibili maligno nos protegat, hora mortis nos ſuſcipiat, & tandem nos patri repreſentet, cui ſit honor, & gloria vna cum filio, & ſpiritu ſancto, & nunc, & in perpetuum. Amen.

Deus principiorum dictus eſt ianus.

Porta lucis cur dicitur beata virgo

Pſal. 46.

Hymnus ad veſperas in feſto S. Auguſtini fundatoris eremit.

SEquitur expoſitio hymni. *Magne pater Auguſtine &c.* qui dicitur ad veſperas, & ad matutinum nocturnum in feſto Sancti patris Auguſtini Eccleſiæ doctoris eximij, in quo auctor (qui omnia quæ hoc loci narrat de preconijs tanti ſancti patris, excerpſit è vita eiuſdem, quam conſcripſit Poſſidonius epiſcopus) piam, & ſupplicem ad beatum patrem Auguſtinum habet orationem, precaturque, vt pro nobis aduocatus, & interceſſor exiſtat apud dominum, celebrat eximias huius ſancti patris virtutes, dicitq; ipſum fuiſſe amatorem paupertatis, aſſertorem veritatis catholicæ, quòd plana fecerit obſcura ſacræ ſcripturę, quòd de verbis ſaluatoris dulcem panem cōfecerit, & de nectare pſalmorum propinauerit nobis potum vitæ, & tandem, quòd ſcripſerit regulam de vita clericorum: Ait ergo. *Magne pater Auguſtine &c.* ſenſus eſt, ò *Auguſtine pater magne,* verè *Auguſtine* ab augendo, nam malleus hæreticorum exiſtēs chriſtianam religionem, & fidem auxiſti, & ampliaſti, verè *pater,* qui per euangelium, & verbum dei (quod ad extremam vſque ęgritudinem inprætermiſſe, alacriter, & fortiter in eccleſia prædicaſti) penè infinitos filios Chriſto peperiſti, verè *pater,* quia ſub tua regula plusquam viginti quattuor religiones militant, & verè *magne,* quia tibi ſeruientes in domino, & ſub tua apoſtolica regula militātes, magnis ſtipendijs potes tuis interceſſionibus remunerare, & verè *magne,* quia magnus fuiſti in terris, & potens, & veluti magnes lapis indicus, vel (vt alijs placet) lydius, à magneſia lydię regiúcula dictus, magnas habens vires, ferrea hominum corda ad te, fidemque tuam, quæ catholica ſemper, & chriſtiana fides fuit, traxiſti, & *magnus* inſuper es in cæleſti curia, in qua fulges quaſi ſplēdor firmamenti, & quaſi ſtella in perpetuas eternitates, doctus ēm fuiſti, & ad iuſtitiam erudiuiſti multos, feciſti enim & docuiſti, & qui fecerit, & docuerit hic magnus vocabitur (inquit Chriſtus) in regno cœlorum. *Preces noſtras ſuſcipe,* ideſt orationes, ſupplicationes noſtras, quas hodie fundimus benigno fauore accipe, & offerendo illas domino, *ſatage*.i. ſolicitum te exhibe, feſtina, & toto conatu conare, *placare* .i. mitigare, placidum facere, tranquilliorem reddere, & pacificare nos *conditori,* ideſt factori, & creatori ſummo deo. *Atque rege*.i. rectum tene, guberna, *ò ſummum decus pręſulum,* ideſt antiſtitum, & pręſidentium, *gregem tuum*.i. fratres tuos filios tuos, & oues tuas, quas in gregem tuum, & congregationem tuam recepiſti, tuis interceſſionibus, quas deus non ſinit vnquam vanas eſſe, *Amatorem paupertatis &c.* vt ſic ſenſus, pauperes, & ſpiritu, & facul-

Magnus D. Auguſtin⁹, et ueluti magnes ferrea hominū corda ad Chriſtum traxit.

Dan.12.c.

Matt.5.c.

facultatibus, fortunæq́, bonis (vt vocari ſolent) *collaudant te, amatorem paupertatis* euangelicę, videlicet, & ſpontaneæ, cuius in tantū amator extitiſti, vt diceres, ecce nunc eps ſum, & me pauperem nō erubeſco: quare? quia paupertatem ſeruare promiſi, cauete igit, ne me pauperem relinquatis, pauperes mecum eſſe voluiſtis, cauete ne à diuitijs capiamini, voluntas mea fuit, vt ne dum re, ſed & affectu toto pauperes ſimus, ꝙ ſi non fecerimus, hæc paupertas quam foris gerimus non paupertas, ſed grādis miſeria exiſtimanda eſt, cuius in tm̄ fuiſti amator, vt de Ianuario, qui videbatur columna obedientiæ, & paupertatis, diceres, ſanctum credebamus eum, qui omnibus peior erat, qui in ſuo ſenſu obſtinatus, nobis ignorantibus teſtamentum fecit, & filium, quem in ſeculo habebat, ditauit, relinquens illi vineam, & agrum, quem in ſeculo (nobis ignorantibus) poſſidebat, malè vixit, quia ꝙ ſuum non erat, ſecretè tenuit, & malè mortuus eſt, quia non pœnituit, igitur ligate manus cadaueris eius, ligate centum, & quadraginta ſiclos, quos in pariete cellulę retinebat, flentes, & dicētes, pecunia tua tecum ſit in perditionem, non.n. licet ſeruis dei illam collocare, vel ponere in victu, vel veſtitu, vel in opere monaſterij, quia prætium maledictionis eſt, quam paupertatem adeò amaſti, & in pauperes ita benignus fuiſti, vt cum non eſſet alia facultas, ſacra vaſa frangeres ad eorum inopiam ſuſtentādam, ac per hoc in fine vitæ, teſtamentum nullum feceris, quia vnde faceres, pauper Chriſti non habuiſti. *Aſſertorem ueritatis &c.* vt ſit ſenſus, *ueri iudices*, & ius populo dicētes, ſiue ex iuriſdictione propria (vt ſunt iudices ordinarij) ſiue ex delegata, & cōmiſſa (vt ſunt iudices delegati, & extraordinarij) *amant te aſſertorem* .i. approbatorem, & affirmatorem veritatis, & vindicem, & non mirū ſi hymni auctor appellat te vindicem veritatis, nam chriſtianam religionē à ſeruitute falſitatis, & mendacij in libertatē veritatis vindicaueris, pro qua tuenda Myriades inſidiatūm paſſus es ab hæreticis, quæue veluti vindicem, & vltorem malarum, & peruerſarum ſuarū opinionum odio habuerunt ſemper, & perſequuti ſunt, *frangis nobis fauū mellis*, ſenſus eſt, & *differens* .i. diſputans *de ſcripturis ſacris*, ad ædificationem ſanctorum eccleſiæ filiorum, & ad hæreticorum destructionem, atque confuſionem, ſuper quas tot volumina ędidiſti, vt auſus fuerit dicere quidam, Mentitur qui te totum legiſſe fatetur, *Frangis nobis fauum mellis*, ꝙ dicit hymni auctor, tum propter admirabilem ſui eloquij ſuauitatem, & ſermonis dulcedinem, quam in ſuis operibus habet, nam poſt apoſtolos primus refulſit gr̃a diſpenſandi verbi dei, vnde Gregorius in epiſtola ad præfectum Aphricę (ait)

ſi de-

Si delitioſo cupitis pabulo ſaginari, B. Auguſtini opuſcula legite, & ad cõparationem illius ſimilaginis nr̃um ſulphurem non quęratis, & vocat doctrinam eius pabulum delitioſum, & ſaginatum, pabulum quia ſatiat, delitioſum quia delectat, & ſaginatum, quia impinguat, ſunt.n. ſermones & ſcripta ſua pura, quia nullam habent falſitatem, puriora, quia nõ habent dubietatem, puriſſima, quia omnem cõtinent veritatẽ, hinc Caſſiodorus, Auguſtinus oĩum (ait) literarũ magiſter, & cautiſſimus diſputator decurrit, tamquam fons puriſſimus, nulla fece pollutus, ſed in integritate fidei perſeuerans, neſcit hæreticis dare, vnde ſe poſſint aliquo modo defendere, totus catholicus, totus orthodoxus inuenitur, in eccleſia dei ſuauiſſimo odore reſplendens, tum propter ſacrorum eloquiorũ dulcorem, de quibus pſalmiſta. Quàm dulcia faucib⁹ meis eloquia tua, ſup mel ori meo.

Doctrinam D. Auguſtini uocant q-dam pabulũ delitioſum, et ſaginatũ & quare.

Caſſiodorus laudat D. Auguſtinũ.

Pſal. 118.

Quæ obſcura prius erant &c. ſenſus eſt, & tuis ſacris expoſitionib⁹, quotidianis diſputationibus quibus clarus fuiſti, & in q̃ſtionibus ſoluendis, in quo acutus fuiſti, & inconuincendis hæreticis publicè, & in conuentu oĩum, *plana*. i. manifeſta, euidentia, & aperta faciens, *quæ prius obſcura erant*, *De verbis ſaluatoris dulcem panem conficis*, quẽ quum frangeres paruulis eſurientibus illum petentib⁹ mirè illo ſatiabas eos, & delectabas cor ipſorum confirmans, *& de pſalmorum nectare propinans*, ideſt porrigens, & dans, *potum vitę*, & benè vitæ (ait) quia nectar non eſt eorum, qui moriuntur, ſed viuentium, & immortalium deorum potus, & benè (ait) vitæ non mortis, quia potus iſte, non eſt vt hæreticorum potus, de quo Moyſes, Vua eorum vua fellis, & botrus amariſſimus, fel draconum vinum eorũ, & venenum aſpidum inſanabile, ſed potus uitalis, & ſalutaris, ex vero, benè intellecto, & catholico verbo dei confectus, quo pane, & potu, cibat, & potat medio ſuorum catholicorum doctorum de⁹ noſter timentes ſuos, & iuſtos ſuos cibauit illos dominus pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit eos, Et benè hymni auctor de *verbis ſaluatoris*, vel *conditoris*, *& de pſalmorum nectare* mentionem tm̃ facit, nam & ſi infinitas penè ædiderit lucubrationes, non ſolum ad ariſtophanis, ſed ad Cleantis lucernam, luculentiores tñ, & copioſiores cęteris ſunt ſermones de verbis domini, & ſuper pſalmos expoſitio, *Tu de vita clericorum &c.* ſenſus eſt, tu o ſancte, & magne pater Auguſtine *ſcribis regulam ſanctam de cõmuni vita clericorum*, cuius initium eſt, ante oĩa fratres cariſſimi diligatur deus &c. & per clericos, non intelligimus ſcolaſticos eruditos, & ſtudio literarum addictos, ſed religioſos, & eos, qui eccleſiaſticæ vitę inſtitutum amplexi ſunt, & in dñi ſortem aſciti, quorum mona-

Deut. 32. c.

Eccl. 15. c.

Quid p clericos intelligere debemus.

ſterium

ſterium inſtituiſti infra domum epi Valerij, mox vt factus fuiſti ab eo presbyter, cum quibus viuere cepiſti et(vt hactenus feceras) ſecũdũ modũ, & regulam ſub ſanctis apoſtolis conſtitutam, ita vt nemo in illa ſocietate ꝓprium quicquam haberet, ſed eſſent eis oĩa cõmunia, non potẽs cum corpore ſemper habitare (vt hactenus faciebas) cum fratribus tuis hęremitis, qui ſub obedientia tua concorditer viuebant intra ſaxa, & fixuras montium habitantes, omnia reputantes eſſe communia. *Quam qui amant &c.* ſenſus eſt, quam regulam, quam ſcripſiſti de vita cõmuni clericorum, & dediſti fratribus tuis, *qui amant, & ſequntur, tenent uiam regiam*, per quam viatores gradientes, non ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinant, donec trãſeant terminos Amorrheorum. *Tuo ſancto ductu redeũt ad patriam*, à qua expulſi ſunt, non currentes per ſemitam mandatorum dei, qui *Pſal.* 118.
in mandatis eius vult nimis, in quibus beatitudo, & damnatio, vi- *Pſal.* 111.
ta, & mors imminent, beatitudo, & vita, ſi ſeruantur (Chriſto dicente) ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata, & Dauid, qui (ait) *Matt.* 19.
In cuſtodiendis illis retributio multa: damnatio, & mors, ſi trans- *Pſalm.* 18.
grediuntur, contemnuntur, & vilipenduntur iuxta illud pſalmiſtę *Pſ.* 118.
Maledicti qui declinant à mandatis tuis, & Maledictus qui non per *Deut.* 27. *c.*
manſerit in ſermonibus legis huius. *Regi regum &c.* vt ſit ſenſus, *ſit per omne ſeculum*, & in perpetuum *ſalus, vita, decus, & imperium, regi regum* deo, & *trinitati* perſonarum, *laus, & honor*, qui *nos aſcribat*, ideſt aſcribere dignetur *conciues ciuium ſupernorum*, vt vere poſſit dici de nobis; quod olim Diuus Paulus de Epheſijs iam *Eph.* 2. *c.*
nos eſtis hoſpites, & aduenæ, ſed ciues ſanctorum, tamquam eius, iuris, ac dignitatis cum illis in domo eccleſiæ triumphantis, & domeſtici dei, Et notandum quòd verſiculum iſtum non cantamus, quaſi velimus intendere quòd ſumma trinitas ſit vnquam ſine ſalute, vita, decore, imperio, laude, honore, cum in triumphante eccleſia ei hæc inceſſabiliter exhibeantur, & ſine requie, die, ac nocte offerantur (vt in Apoc. & in Eſai. liquet) ſed oramus vt *Apoc.* 4. 5.
plenius, atque perfectius à pluribus, immò ab omni- *&* 7. *c.*
bus rationabilibus, & intellectualibus creaturis, *Iſa.* 6. *c.*
exhibeantur, & congratulamur, & congaudemus, quod ab hyerus ſupernæ ciuibus feruentiſſime hæc impendã tur deo, qui ſine dubio maior eſt omni laude, quę poſſit illi impendi ab omnibus creaturis ſimul. Amen.

Hymnus

Hymnus ad laudes in feſto Sancti Auguſtini &c.

SEquitur expoſitio hymni. *Cæli ciues applaudite &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto Sancti Auguſtini patris noſtri, in quo auctor, & comprehenſores, & viatores hortatur, quãuis cœli ciues noſtra non egeant exhortatione, vt laudent inſimul deum in ſancto hoc, cuius natalitia celebramus, ſimulque lętentur in huius tanti ſancti patris ſolennijs, quem poſt mundi curricula, & vitæ huius breuem, exiguumque curſum curia cœli ſuſcepit, & tandem viatores monet, ſic ſe gerant in vita, vt D. Auguſtini patris meritis fruantur gaudijs cœli, Ait ergo. *Cæli ciues &c.* ſenſus eſt, ò coloni, & *cæli* ſummi (in quo deus habitat veluti in ſede, locoque nobiliſſimo, & congruo) *ciues* à coeundo ſic dicti, vel à coëo. cois, quia coëunt, ideſt ſimul adunantur, congregantur, coniunguntur, vt inſimul viuant, vel à cio. is. quia ciuntur, vocantur, & mouentur, ad ſimul habitandum, vel *ciues*, quia in vnum cætum coëunt, ſocietatis vinculo adunati, ad cuſtodiendam legem domini, & ad faciendum verbum, ideſt Imperium ipſius, *Applaudite*.i. manibus ſimul iunctis ex lætitia ſonum facite, & gaudete, laudantes dominum in ſancto iſto, qui eccleſiæ doctor eximius eſt, lux doctorum, firmamentum eccleſię, malleus hæreticorum, & ſummum vas ſciẽtiæ, his enim encomijs dignum illum facit eccleſia in terris conſiſtens, & militans, *& nos fratres concinite*.i. ſimul cum alijs iubilãdo conuenite, & concorditer canite in hac pręclara die, in qua *orbita anni*.i. reuolutio anni, *reduxit*, ideſt retroduxit, & replicauit, *ſolennia patris noſtri*, in quibus felicem ex hoc mundo ad cœlos trãſitum eiuſdem quotannis celebramus ſymbolo quodam exprimentes quum hoc facimus, beatorum in cœlo gaudia, felicitatem, & gloriam, non obſtante quod feſta hæc noſtra annua ſint, & illa perpetua: hæc finem habeant, & temporum reuolutione redeunt, illa verò finis ſint neſcia, his noſtris ſuccedant dies laborum, illa conti-
Apo. 14. c. nuam habeant requiem, quibus dicit ſpiritus vt requieſcant a labo-
Sap. 3. c. ribus ſuis, quibus ſucceſſit glorioſus fructus, cum poſt peracta prælia reddantur illis digna præmia, Martyribus torques, & corona roſea, Virginibus candida, Doctoribus qui doctrinam ſacræ fidei ſuo labore elucidatunt datur torques aurea, qua quidem præfulget ſanctus hic pater noſter in ſummi regis curia. *Hinc ergo pſalmi reſonent &c.* vt ſit ſenſus, & quia ſic glorioſus eſt D. parens Auguſtinus in cæleſti curia, dignum, & iuſtum eſt, vt in hac die anniuerſaria

gloriæ ſuæ *pſalmi reſonent* ab ore noſtro, *lectiones concrepent*, & perſonent, *& dulciſona*, idest ſuauia, *cantica hymnorum multiplicentur* ad laudem dei, & ſancti huius patris, in quo ſummè laudatur deus. *Quod lingua foris perſonat &c.* ſenſus eſt, & quia vanus eſt ſonus ſine mente, & affectu, & in vanum lingua laborat, ſi cor non orat, hortatur hymni auctor huius ſancti deuotos, vt laus oris, & vocis ſit cum fructu, quòd *affectus ſentiat intus*, *quod foris perſonat lingua*, ſicque verificabitur quòd & cor, & caro, exultent in deum viuum (vt dixit pſalmiſta) idest anima, & corpus, interiora, & exteriora, interiora per deuotionem, exteriora per hilaritatem, *Et non pigeat*. i. non ſit moleſtum, nō tędeat *imitari*, idest exempla illius ſequi, *quod*, idest quem *mens approbat laudare*, idest extollere, *Hunc poſt mundi curricula &c.* ſenſus eſt, *curia cęleſtis*. i. multitudo angelorum, hi enim portant animas in ſinum Abrahæ, *Suſcepit* hunc videlicet patrem ſanctum Auguſtinum clamore lęto, ac hilari vultu. *Poſt mundi curricula*. i. poſt huius vitæ breuem, exiguumque curſum, & poſt tot peracta in vita preſenti (quæ tota militia eſt) pręlia, & labores, *quem dominus*, *cum ſuis fidelibus iam ſalutauit*, idest honorificauit, deditq; illi donatiuum, quod militibus pro ſtipendijs datur, & torquem auream (vt dictum eſt) in ſignum quòd doctrinam ſacræ fidei ſuo labore elucidarit, & facto ipſo, expertus eſt, verum fuiſſe, quod olim dixerat Chriſtus. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus, qua honorificentia annumeratus eſt inter illius domus ciues, qui nullo amplius hoſtili turbine concuti, vel perturbari poſſunt, ad quam ardenter ſuſpirans, quum vita fruebatur, quis dubitat in hanc quandoque pſalmiſtæ prorupiſſe vocem, Quando veniam, & apparebo ante faciem domini? & decoratus ibi vna ſtola, gloria videlicet animæ, cuius dotes tres ſunt, viſio, delectatio, comprehenſio, quæ tribus theologicis virtutibus correſpondet, viſio fidei, comprehenſio ſpei, quæ nihil aliud eſt quam in pręſentia deum habere: & in ſeipſo tenere, & delectatio charitati, ſecuturus eſt de reliqua, idest de gloria corporis, cuiꝰ dotes ſunt quatuor Claritas, Impaſſibilitas, Agilitas, Subtilitas, quæ quatuor virtutibus cardinalibus reſpondent, claritas, prudentiæ propter cognitionem: impaſſibilitas, iuſtitię, quę perpetua eſt, & immortalis: agilitas, fortitudini, ex qua contingit, ꝙ nihil poſſit corpori reſiſtere, quod ſurget in virtute ſecundum D. Paulum: & ſubtilitas temperantiæ, quæ corpus attenuat, *conemur totis viribus*. i. manibus, & pedibus demus operam *iungamus preces precibus*, vt D. patris *Auguſtini meritis*, idest propter merita, quibus apud deum pollet plurimum *ſtua*

Pſal. 83.

Luc. 16. c.

Iob. 7. c.

Ioan 12. c.

Pſal. 41.

Animę glorificatæ dotes, quæ, & quot ſunt et quibus correſpondent.

Corporis glorificati dotes quę et quot ſunt et quibus correſpondent.

1. Cor. 15. c.

 mur

Malè ſenſit zeno philoſophus.

mur gaudijs cœli, neque enim verum eſt, quod zeno philoſophus dicere ſolitus erat, eum videlicet eſſe beatum, qui præſentibus voluptatibus frueretur, ſed benè; qui fruitur, & fructum capit ex gaudijs cœli, & deo, quo ſolo fruendum eſt, vt obiecto, ad cuius bonitatem ordinatur bonitas totius vniuerſi, ſicut bonum totius exercitus, ad bonum ducis, cui ſit laus, gloria, honor, & imperium in ſecula ſeculorum Amen.

Hymnus ad veſperas in feſto Sancti Nicolai de Tollentino ordinis erem. Sancti Auguſtini.

SEQVITVR expoſitio hymni, *Laudibus ſummis &c.* qui dicitur ad veſperas in feſto Sancti Nicolai de Tolentino ordinis eremit. quod celebrari ſolet die 10. Septẽbris, in quo auctor omnes, & ſingulos hortatur ut laudibus ſummis celebrent memoranda dona regis ęterni; qui cũ olim dediſſet nobis beatum Auguſtinũ poſt multa tempora contulit Nicolaum procreatum ex grege ſuo, De quo multa explicat, & tandẽ prædicat quòd triumphet in cœlis. Ait ergo, *Laudibus ſummis &c.* ſenſus eſt, *omnes*, & ſinguli, qui tenemur gratias agere deo de bonis humano generi collatis, *celebremus laudibus ſummis memoranda*.i. memoria digna, quæ memoriter teneri debent, ita vt ab ea nõ excidant, ſed firmam habeant in mente notam, *Dona ęterni regis* collata nobis, non noſtris meritis, ſed mera liberalitate ſua, *& lætis mentibus modulemur*, i. cantemus, & dulciter melodias faciamus ſuper *grandia facta eius*, videlicet regis æterni, quę grandia ſunt relatione facta ad nos, at comparatione dei parua ſunt. *Qui dedit quondam &c.* ſenſus eſt, *qui* æternus rex noſter, *dedit quondam* anno trecenteſimo octuageſimo octauo à Chriſto nato, trigeſimo verò anno ætatis ſuæ *fidei* ſupple chriſtianæ & chriſtianitati, eccleſięque fidelium, *coruſcans*.i. ſplendens, & fulgens *ſidus ex altis cœlis oriens*, vel (vt alij legunt) *ex alto veniens olympo*; & per coruſcans, ſplendens, ac fulgens ſidus D. Auguſtinum intelligere debemus terris, & orbi quõdam exhibitum, qui non minus ſpirituali claritate profundit pias hominum mentes, quàm ſenſibile ſidus claro ſplendore oculos corporalium, qui non ſtella ſingularis dicitur, ſed Aſtrõ, ſignum pluribus ſtellis coactum quod nos vocamus ſidus, & ſi ſtella dicitur, nõ ſimpliciter, ſed cum additione grandis: *quem beatum patrem* decus illud ingens, ideſt immenſum, nõ dicam magnum, (plus enim eſt ingens, quam magnus) *monica ſancta carne mundo peperit*

Quãdo deus dedit nobis D. Auguſtinum.

Non ſtella ſingularis dicit D. Aug. ſed aſtrõ, et ſidus, vel ſtella grandis.

perit

perit, adde tu, & Chriſto genuit multo ſemine lachrymarũ, at quia nõ ſine deo à quo omnę datum optimum, & omne donum perfe-ctum, qui generationem creaturis tribuens, vtitur illis vt inſtrumẽtis, quę agunt mota, ipſe principalis agens, nõ mirũ ſi hymni au-ctor de eo dicit; quòd ipſe cõtulerit, & dederit illum orbi, & ſacræ fidei. *Ex ſuo te nunc &c.* ſenſus huius verſus eſt, ò *Nicolae*, qui verè victoria populi diceris, ideſt vitiorum, quæ popularia ſunt, & vilia, *etiam contulit*, ideſt cõmunicauit *nobis* ipſe deus *tandem poſt reuoluto multa ſecula*, temporibus videlicet beatorum Franciſci, & Dominici, circa annum dñi 1224. ſub Innocentio 3. & Honorio 3. põtificibus. *Te ex ſuo*, ideſt Auguſtini *grege*, ideſt multitudine hominum, & fratrum (ſumitur enim gregis nomen nõ ſolum pro cõgregatione minorum animalium, vt ouium, & caprarum, & auium, ſed etiam pro ipſorum hominum multitudine quamuis impropriè & per translationem) *procreatum*, ideſt genitum, quem ſtatuerat daturum nobis, *& dignum eius alumnum*, ab eo enim alitus es, & enutritus vel victu, vel moribus, vel doctrina, & diſciplina, hinc de te dicitur, quòd Auguſtini canonis, & morũ fueris imitator pręcipuus, *cuius ingentes &c.* ſenſus eſt, *cuius* videlicet Nicolai fatemur quòd *nemo ſatis explicare queat*. i. poſſit, *res geſtas ingentes, & memores* ab eo, in vita enim pietatis, obedientiæ, virginitatis omniũque virtutum, & pœnitentiæ pręſertim ſpeculum fuit, vitam enĩ ſuam tranſegit mira, & incredibili abſtinentia, vt quatuor per hebdomadam dies ieiunium obſeruaret, pane ſolo, & aqua contentus, & ab anno ſeptimo ętatis ſuæ, tres in hebdomada dies ieiunare cepit, carnem ſpiritui obedire coegit, ieiunijs diſciplinis, cathenis, & ferreis illam edomans, mollia ſtrata veluti illecebras exhorruit, & tantum palea vtebatur, & quum grauiter ægrotaret, vix adduci potuit vt carnibus veſceretur incolumitatis inſtaurandæ gratia. Placuit hæc enarrare ad confuſionem noſtram, qui ſic delicati ſumus, ſic molliter viuimus (vt qui in delitijs viuere ſunt aſſueti) ò mores, ò tempora, erras (mihi crede) erras, ſi putas cœlorum regnum cõcedi poſſe voluptatibus, atque delitijs indulgentibus Helluonibus: Gulonibus, Lurconibus, & popinis deditus. Poſt mortem verò miraculorum magnitudine, & multitudine coruſcauit. Et *nemo* etiam poſſit *referre*, ideſt narrare *excelſas*, *& celebres laudes* eiusdem. *Diue cæleſtiſque habitator &c.* ideſt ò *diue*, qui poſt mortẽ veluti de' haberi ceptus es, & habitator cæleſtis aulę, nunc relicto priore mũdi domicilio, qui vita *uiuis* ibidem indeficiente, & polles (ſupple tu) *tot, & tantis meritis opimis*, ideſt opulentibus, fæcundis, & abundanti-

Iac. 1 c.

Nicolaus victoria populi dicitur.

In uita ſpeculum uirtutum omniũ, & pęnitentię præſertim fuit Beatus Nicolaus, & quõ Iuuębat libri auctor cõtra mores ętatis noſtrę.

Quot modis ſumitur canere.

dantibus, *& gaudens triumphas ſuper alta aſtra cæli*, oramus ſupplē da eſt litera (vt puto) oramus (inquam) vt adiuues nos tuis precibus apud deum, ſicque efficiemur digni gratia eius. Amen.

Hymnus ad Matutinum in feſto Sancti Nicolai de Tollentino ordinis erem. Sancti Auguſtini.

SEQVITVR expoſitio hymni. *Te canūt omnes etc.* qui dr̄ ad matutinum nocturnum in feſto eiuſdem S. Nicolai, in quo auctor deſcribit varia miracula, q̄ deus operatus eſt in hoc ſancto, & per hunc ſanctum, ſuper cæcos, mutos, naufragos, varijs morbis grauatos, & à dæmonijs vexatos, quos liberauit deus ope huius ſancti, ob quod dicit ꝙ laudari debeat ab omnibus gentibus, & in illo dominator olympi, qui contulit, & auxit illi totum hoc poſſe. Ait ergo. *Te canunt omnes &c.* vt ſit ſenſus ò *Nicolae omnes gentes canunt te.* i. laudant te, verbum enim hoc, & ſi poliſonum ſit, vel poliſſenum. i. plurium ſenſuum, & ſignificationum, nam qn̄que ſignificat ſimpliciter cantare, vt illud, Arma virumque cano, qn̄que diuinare: vt illud virgilij vi. æneí. Ipſa canas oro, aliqn̄ dicere, quod proſaicorum eſt, qn̄doque metricè deſcribere, ꝙ poetarum eſt, qui verſus rithmica ratione compoſitos cantando pronunciare conſueuerunt, aliquando laudare, vt illud Virgilij in vii. regemq; canebant, hoc loci tamen canere pro laudare ſumitur, ſenſus igitur eſt *o Nicolae te canunt.* i. laudant, vel cantando laudes dicunt, *omnes gentes.* i. nationes, *Te pij patres, ſimul atque matres &c.* ſupple te laudant, *& pueri uoce canora.* i. ſonora, ſuaui, grata *laudant te.* i. commendant, verbis extollunt, nominant, & non cum exceptione, ſed integrè, & perfectè, *votaque ſoluunt.* i. deſideria, conceptiones, & debita promiſſa reddunt, atque perficiunt. *Efferunt cęci &c.* ſenſus eſt, *cæci.* i. oculorum lumine prorſus caſſi, vel ob eorum malam valetudinē, grauiter afflicti, periculoq; proximi, quibus lumen dediſti, quos fuiſſe (referunt nr̄i) tres, & viginti, *efferunt.* i. extollunt, celebrant, manifeſtū faciunt te, *& muti.* i. lingua impediti, qui numero fuerunt tres, quibus loquelæ modulos reddidiſti, & organa vocis reformaſti, & impedimenta è medio abſtuliſti, *reſonant* clamoribus, & vocibus, quibus gr̄as agunt deo, & tibi de perceptis beneficijs *quos omnes liberaſti ope tua*, & nō ſolum iſti, ſed *laude perenni*, æterna, & cōtinua, & inceſſabili, *claudi* tres videlicet & triginta, quibus greſſum dediſti, quosue erexiſti, *decantant mira facta tua*, quæ tua dicuntur, quia ob gratiam tui, meritis tuis

Quot modis ſumitur canere.

Explicatur numerus cæcorū mutorū, claudorū, à dæmonio uexatorum, et mortuorū, quos liberauit B. Nicolaus, & ad uitam reuocauit.

tis tuis

tis tuis, interceſſionibus tuis illa operatus eſt deus, qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis, *Eruti per te maris &c.* ſenſus eſt: *cuncti eruti*. i. redépti, extracti, & quaſi per raptum, *e periculis maris*, & à naufragijs liberati, *& mille quos varijs morbis grauatos ſanaſti*, videlicet à febribus ab ethica, ab hydropiſi, à podagra, à doloribus iliorum, & ſtomachi, cordis, linguę, maxillarum, dentium, à vermibus, tuſſi, ſcabie, ſpaſmo, fluxu ſanguinis per os, & nares, emiſſione inteſtinorum, & cæteris id genus morbis, *Fatentur*, ideſt liberè confitentur, & palàm narrant, & explicant *tua magna dona*, vbi nota qđ cum ſeruius dicat fateri coactorum eſſe, & culpabilium, & Donatus afferat, fateri non teſtium eſſe, ſed reorum, hoc loci tamen non ſumitur fateri pro abſolutè confiteri, ſed pro liberè confiteri, & prędicare, non coactè, *Quoſque uexatos &c.* ſenſus eſt, & non ſolum tua magna dona publicè prædicant, & confitentur non coactè, ſed liberè, mille, & cuncti, quos ſanaſti grauatos morbis varijs, ſed etiam *quos uexatos dira feritate*, ideſt crudeli, ſæua aſperitate *dęmonum*, qui dirę furię dici poſſunt i. ira dei immiſſi, quorum numerũ duodenarium fuiſſe noſtri perhibent. *Tu pius*, alij tex. loco (pius habent bonus) & clemens *expiaſti*. i. purgaſti, mundaſti, & ij etiam qui vita functi animam exhalarunt (ſexdecim enim hi numero fuerunt) *quos rurſus conſequi lumina ueteris vitæ dediſti*. i. meritis tuis reuixerunt, & ad vitam per te denuò reuocati ſunt, *Diue cæleſtiſque babitator &c.* ſenſus eſt, *ò diue* ſancte, & qui ex mortali factus immortalis, factus es quaſi deus, *& babitator cæleſtis aulæ*, quę verorum principum propriè domus eſt, magna, ingēs, & ampliſſima, *& ò Diue cui tantum tribuunt ſuperni, & cui totum poſſe auxit dominator olympi*. i. empyrei cœli ſupplenda eſt litera (vt reor) fac nos tuis precibus potentes, qui infirmiſſimi, & impotentes ſumus, eripe nos à malis, & ab interitu, & ſic ereptos redde nos conſortes ſuperum, vt verè poſſimus dicere laus patri ſummo &c. Amen.

Pſal. 67.

Fateri quō ſumatur.

Hymnus ad laudes in feſto ſancti Nicolai de Tolentino ordinis eremit. ſancti Auguſtini.

Sequitur expoſitio hymni. *Mundi creator maximè &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto Sancti Nicolai ordinis eremit. In quo auctor precatur deum, vt ſua clementia mũdet nos ab omni crimine, & ſub alis Sancti Nicolai protegat nos, ſuaque cuſtodia liberet nos à cunctis malis, & tandem de graui carcere eductos, hoc fido duce ducat nos ad cæleſtia regna, Ait ergo. *Mundi creator &c.*

ſenſus eſt, ò *maxime creator mundi* viſibilis, & inuiſibilis, magni, & parui, *Miro*, ideſt mirabili, & admirarione digno *ordine*, ideſt diſpoſitione, digeſtione, *Gubernans*, ideſt regens adminiſtrans, cunctaque ſuo loco collocans, *qui condidiſti ſecula*, quæ fide credimus, & intelligimus aptata fuiſſe verbo dei, ex inuiſibilibus illis ęternis ydeis in mente diuina ſplendentibus, quaſi ex formis exemplaribus, omnia enim condidit deus ſecundum ydeas, ſeu exemplares ſuę ſapientię rationes, ſecundum illud Boetij, O qui perpetua mũdum ratione gubernas, & poſt pauca, tu cuncta ſuperna ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipſe, mundum mente gerens, ſimilique imagine formans, *ſuſcipe*, & benigna aure audi *ſeruos precantes*, & dicentes, *Noſtros reatus optime &c.* ideſt ò *optimè* & perfecte, optimoque iure immunis prorſus ab omni crimine, *quæſimus*, ideſt rogamus, & precamur *te ne reſpice*, ideſt vt non reſpicias, cõſideres, mente reuoluas, *noſtros reatus* præteritos, qui reorũ actus ſunt, quibus ad temporalem, & ęternam pœnam obligantur, *ſed tua clementia mundes nos ab omni crimine*, quo infamiam incurrim⁹, & mortem animarum, ideſt damnationem, ſicut enim anima quãdiu corpori vnita eſt, vita corporis eſſe dicitur, illiuſque ab eo ſeparatio mors eiuſdem eſſe perhibetur, ſic quandiu deus vnitur animę, vita animæ eſt, & illius ab anima ſeparatio, mors animæ eſſe dicitur extinctio, & damnatio, & quia non ſeparatur niſi per peccatum, & criminis contagium iuxta illud. Peccata veſtra diuiſerunt inter vos, & deum, rectè oramus, vt ſua *clementia mundet nos ab omni crimine*. *Qui Nicolaum &c.* ſenſus eſt, Et *qui maximis gratijs illuminaſti*, ideſt clarum, & lucidum reddidiſti, *Nicolaum*, ideſt victoriã populi, oramus vt *protegas*. i. tegas, & defendas nos *ſub alis eius*, & per alas nõ intelligimus alas, quibus aues volant, ſed vel loca cõcaua ſubter brachium in homine, vel protectionem, vel tutelam, *ſub quo* videlicet Nicolao tutore, & patrono *fidimus*, ideſt confidimus *tuuari*, ideſt tutari, ita ut tuti ſumus ab hoſtibus quibuſcunq; & ab illorum ictibus, hinc tutelares dij dicuntur ſancti, in quorum tutela (ſine tamen eorum diſcrimine & periculo) ſunt loca, & perſonæ quas habent in ſua tutela, Dixi ſub quo tutore, & patrono, nam & nos liberi ſumus, & ſerui: & quo ſerui patrono egemus, quo verò liberi tutore, atque tutela, nam tutela datur liberis, patronus ſeruis, *Fac tu ſua cuſtodia &c.* ſenſus eſt ò deus oramus, *ſua*. i. ſancti Nicolai *cuſtodia*, tutela, & patrocinio, *fac liberes nos à cunctis malis* pręteritis, preſentibus, & futuris, à malis culpę, & pœne, *& frangas*, ideſt rumpas *aſtus*, ideſt calliditates, doloſitates, fraudes

Heb. 11. c.

Sicut anima corporis uita eſt, ſic deus animæ.

Eſai. 59. c.

Quid per alas intelligere debemus.

Sancti dicũtur tutelares dij.

Tutore egemus quo liberi, patrono verò quo ſerui.

fraudes, fallacias, verſutias, *nocentes hoſtium, & omnes eorum impetus*, ideſt vires, violentias, & inuaſiones: *Demum graui de carcere &c.* ſenſus eſt, *demum*, ideſt tandem, & nouiſſimè *illo fido duce*: ideſt fideli ductore, & auriga, oramus, & ſupplices precamur te domine *feras*, ideſt ducas *nos ſolutos de graui carcere huius corporis, ſuper altum ęthera*. i. ętherem, vt ſit accuſatiuus huius nominis tertiæ declinationis *æther*, & ſignificat nobis ætherem, non aërem, nec elementum ignis, nec cœlú in quo poſita ſunt luminaria (quod ſecunda die factum eſt) ſed cælú empyreum, ideſt igneum, non ab ardore, ſed à ſplendore, quod mox vt factum eſt repletum eſt ſanctis angelis, quod eſt lucidum, immobile, incorruptibile, & lucidum non quòd radios emittat ſenſui noſtro viſibiles (philoſophi enim ipſum non cognouerunt, quia nec motui, nec viſui ſubiacet, ac per hoc ratione inueſtigari nequit) ſed quia in natura ſua lucẽ habet, eo quia maximè formale eſt, petimus ergo, vt feramur, & ducamur ſuper cœlum empyreum, beatorum locum, & illorum, qui ſunt in plena participatione lucis æternæ, quietis, & æternitatis. *Nos tu pater cum filio &c.* ſenſus eſt: *tu pater cum filio, & ſpiritu ſancto ſimul qui per cuncta ſecula uiuis, & regnas unus deus. Protege nos*, nam ſi proteges nos, nõ erit inanis protectio ſanctorum, at ſi deſines nos protegere, effectum nec ſortietur protectio aliorum quorumcunque, cum ſcriptum ſit, niſi dominus cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Amen.

Quid nobis ſignificet nomen hoc æther.

Qũo cœlum empyreũ dr̃ igneum, & lucidum.

Pſal. 126.

Hymnus in feſto Stigmatum B. Franciſci ad veſperas.

SEquitur expoſitio hymni. *Crucis Chriſti mons aluernę &c.* qui dicitur in feſto Stigmatum beati Franciſci in primis veſperis, quod feſtum celebratur die 17. Septembris, in quo auctor miro modo recenſet crucis carecteribus ſignatum fuiſſe beatum Franciſcum in monte aluernæ, non à quocunque ſed à domino Ieſu Chriſto, qui amictu ſeraphico, tectus velo ſex alarum, & affixus crucis telo venit ad eum de cœlo, & tandem orat, & hortatur vt ſimul omnes laudent crucifixum tollentem mundi ſcelera, laudatum à cõcrucifixo Francecſco ferente vulriera crucis. Ait ergo. *Crucis Chriſti &c.* ſenſus eſt; mons ſacer aluernæ donatus beato Franciſco, & fratribus ſuis à domino Orlando de Cluſio; Mons deuotiſſ. & ſolitarius, ad pœnitentiam faciendam aptiſſ. & à deo preparatus vt in ipſo beatus Franciſcus ſtigmatizaretur, quem montem angelorum montẽ appellant, paſſionis enim veſtigia in eo præ alijs indicant ſtigmatizari aliquem

Mons aluernæ donatus B. Frarciſco & à quo.

aliquem ibidem debere, nam ſciſſura petrarum, quæ tempore paſſionis Chriſti legitur facta ſingulari modo in iſto monte valdè ſingulari apparuit, diuiſus enim eſt à capite vſque deorſum, & ſaxa ab inuicem ſunt diuiſa, mons igitur iſte ſacer aluernę *recenſet*. i. narrat, numerat, commemorat myſteria crucis Chriſti, quæ iam obliterata erant, *vbi dantur priuilegia ſalutis ęterrnæ. Dum Franciſcus dat lucernę ſtudia ſua crucis*, nam de nocte ad lucernæ lumen totũ ſuum ſtudium poſuit Beatus Franciſcus, & conſiderationem, circa paſſionis, & crucis Chriſti meditationem, & prę alijs tunc temporis totus fuit intentus ſpeculationi dominicæ paſsionis, & Chriſti crucifixi, intra cuius mentis vbera vt myrrhę faſciculus iugiter morabatur, in quem optabat transformati totaliter per exceſsiuum amoris incendium, cuius fuit amiciſsimus, quod patet, nam pluries illi apparuit crucifixus, ad cuius conſpectum ſemel (vt legitur in prima parte minoris legendæ) liquefacta eſt anima eius, & memoriâ paſsionis eius cordis viſceribus impreſſa medullitus, ita vt dum recordaretur à fletu vix ſe continere valeret, & iugiter dominicam paſsionem deplorans ob lachrymas cæcus factus eſt, Pluries ipſe in figura crucifixi declaratus eſt, & viſus, & primo à fratre Syluestro, qui vidit crucem auream ex ore Beati Franciſci procedentem, cuius altitudo cœlos tangebat, & latera vſque ad terminos orbis terræ ꝓtendebantur, cuius aſpectus præfulgidus draconem teterrimũ effugabat, ſecundo à fratre Pacifico, qui vidit ipſum duobus enſibus in modum crucis valdè fulgentibus, quorum vnus à capite vſque ad pedes, alter à manu in manum tranſuerſaliter per pectus protendebatur decoratum, tertio viſus eſt, & ſe præſentauit Beatus Franciſcus apud arelatem in forma crucifixi in aëre ſubleuatus benedicendo fratribus ad oſtium capituli, dum Beatus Antonius tunc de titulo crucis ꝑdicaret, *Hoc in monte &c.* ſenſus eſt in hoc ſacro monte *vir deuotus*, & deo dicatus Franciſcus, qui mutuæ amicitiæ legibꝰ ita ſe crucifixus aſtrinxit, ut omnis vita ipſius non niſi crucis veſtigia ſequeretur, non niſi crucis dulcedinem ſaperet, non niſi crucis gloriam ꝑdicaret, *ſolitaria ſpecu*, ideſt cauerna, & ſpelunca à conſpectibus hominum remota *Pauper*, & re, & nomine (ei enim fidem ſeruauit vſque ad mortem) *à mundo ſemotus*, ideſt remotus, cuius illecebras, & vanas vmbras contemnebat, *condenſat ieiunia*, ideſt inſpiſſat, & multiplicat ieiuniâ, & corporis afflictationes, *et vigil*: ideſt vigilans, & cuſtodiens vigilias noctis ſuper gregem ſenſuum ſuorum, neque enim torpens erat, quales ſunt dormientes, ſed vt is, qui in vigore ſuo eſt, *Nudus* vt ſic cùm nudo diabolo (ſi oportebat)

Tẽpore ſtigmatizationis B. Frãciſcus totꝰ fuit ĩtẽtus ſpeculationi Chriſti crucifixi.

Cæcus factꝰ eſt B. Franciſcus ob abundantiam lachrymarũ quas fundebat deplorã do Dñicam paſſionem.

tebat) luctari poſſet, *Ardens totus* amoris incendió. *Dat crebra.* i. frequentia, & numero ſemper creſcentia ſuſpiria, quæ non niſi ab imo pectore educebat, *ſolus ergo clauſus* in ſpecu illa ſolitaria, & montis ciuitate *orans ſurſum* videlicet ad deum *mente agitur,* & qd eſt aliud oratio vera, quam eleuatio mentis ad deum? *Plorans ſuper geſtis crucis*, & paſſione domini, pro qua non debeo verecundari ire per totum mundum plorando, reſpondit cuidam interroganti: cur ſic amare floret? *Mærore*, ideſt triſtitia in vultu præſertim *conficitur*, ideſt affligitur, & excruciatur, & *implorans fructum,* ideſt beneficium *crucis*, *reſoluitur animo*, & à duritie (ſi qua erat in eo) molleſcit. *Ad quem* cum meditaretur dominicam paſſionem ita vt transformaretur per ardentiſſimum amorem in Chriſtum Ieſum paſſum: *venit rex de cęlo* Chriſtus dominus noſter, *ſeraphico amictu, tectus*, ideſt coopertus *uelo ſex alarum pacifico aſpectu*, & *telo*, ideſt ligno *crucis affixus*, *Mirifico*, ideſt mirabili & admiratio nem patiente *portento*, ex quibus verbis apertè colligitur quòd pro digioſa huius ſancti viri ſtigmatizatio, non fuerit facta ui naturæ, aut artis ingenio, nec humanitus, aut arte cæleſtis ſpiritus, ſed diuinitus à Chro deo, qui benè debuit illi apparere in ſpecie ſeraph. & crucifixi, quia vbi primum ſine ſecundo fuiſſet, amor Beati Frãciſci potius circa creaturam diceretur fuiſſe, quàm circa creatorem, in forma ſeraph. apparuit, vt oſtenderet admodum ſeraph. Beati Franciſci cor immediatè ſibi vnitum, & copulatum, amore ſeraphico inflammatum, igne ſeraphico non ſolum labijs, ſed toto corpore purgatum: multiplici perfectione beatum, ac in ordine ſeraphico poſt mortem collocandum, & tandem, vt amicus Chriſti p rę noſceret, ſe non per martyrium carnis, ſed per incendium mentis in Chriſti ſimilitudinem transformandum, ac quòd anima, non notitia, ſed amore in Deum transformetur, in forma crucifixi apparuit, tum vt oſtenderet: ꝙ non cæleſtis ſpiritus ſtigmata imprimeret, ſed ipſe, qui pro noſtra ſalute fuit crucifixus, tum vt oſtenderet, ꝙ hoc agere intendebat in beato Franciſco, vt videlicet ipſum in crucifixi ſimilitudinem transformaret; *cernit ſeruus redemptorem* iam *paſſum* (humiliauit enim ſemetipſum vſque ad mortem, mortem autem crucis) *impaſſibilem* nunc in cœlis, reſurgens enim ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur *imperatorem ſeculorũ tam pium, tam humilem*, qui ait Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde, A quo *audit uerborum tenorem non effabilem uiro*, & homini, audiuit enim ab eó verba, quę nõ licuit homini loqui, quo ad vixit, quorum benè aliqua expreſſit, poſt morte apparendo huic,

Stigmatizatio B. Franciſci fuit facta diuinit' à Chriſto.

Quare ĩ ſpecie ſeraph. apparuit Chriſtus B. Franciſco.

Phili. 2. c.

Rom. 6. c.

Matt. 11. c.

vel illi, *vertex*.i. ſumitas *montis* aluernæ *inflammatur uicinis cernentibus*, & hoc præſentia Chriſti, qui apparens, cum tanto ſplendore apparuit ꝙ illuminat montes, & colles circumquaq; diſtantes, amplius quàm ſi ſolis claritas affuiſſet, nedum verticem montis aluernæ, de quo non ſolum teſtes fuerunt paſtores, qui per partes illas cũ gregibus vigilabant, ſed etiam & cuſtodes arcium, & caſtrorum tunc vigilantes; de quibus ſermonem facit hymni auctor quum ait *vicinis cernentibus*. *Cor Franciſci transformatur* in Deum *ardoribus amoris*, *corpus verò*, & ſupple caro eiuſdem mox *ornatur*.i. ſignatur *ſtigmatibus*.i. Chriſti, & crucifixi characteribus, ſigniſq; *admirandis*, quæ non homo, nec angelus, ſed Chriſtus dominus impreſſit manibus, pedibus, & lateri, Quòd ſi quęras quo tempore hęc facta ſint. Reſpondeo in mane exaltationis ſanctæ crucis anno 18. à conuerſione ſua à ſeculo ad Chriſtum, & durauit hoc prodigium in corpore ſuo per biennium, anno n. 20. à conuerſione ſua a mundo ad Chriſtum obijt, ex quo verè colligi poteſt (libeat hoc ipſe referre pluries, vt os pſidorum obſtruatur) à domino factum hoc ipſum fuiſſe, non virtute naturę, non arte, aut forti quadam, & vehementi imaginatione (quomodo enim tanto tempore ideſt per biennium potuiſſent vulnera illa imputribilia conſeruari, & vita beati Franciſci præſeruari per tantum tempus cum talibus plagis à quibus iugiter emanabat ſanguis, & doloribus maximis?) Ex quo etiam colligi poteſt beatum Franciſcum non ſolum martyrem fuiſſe deſiderio, ſed corpore, qui per tantum tempus dolorem ſenſit, & expertus eſt vehementiſſimum in corpore ſuo *collaudetur crucifixus &c.* *quem* crucifixum *laudat concrucifixus Franciſcus ferens vulnera*, ideſt ſtigmata *crucis*, *prorſus*, ideſt totaliter innixus ſuper fędera Chriſti ideſt ſuper legem, pactum, pacem, & amicitiam Chriſti, *eſt enim fœdus lex*, pactum, conuentio, pax, & neceſſitudo illa, quæ eſt inter amicos, quaad amicitiam ſociali fędere iungendam coeunt, vult igitur dicere hymni auctor: quòd Diuus Franciſcus concrucifixus Chriſto laudat crucifixum ferens vulnera crucis, quibus neceſſitudine quadam ſociali fœdere prorſus, & totaliter ſe Chriſto iunxit, & cum eo pacem inijt ſemper duraturam, & nunquam dirimendam, cui ſit laus, & gloria ſemper. Amen.

Quando, & quo tẽpore facta fuit ſtigmatizatio, quamdiu durauit in corpore ſuo, & cuius virtute facta ſit.

Beatus Frãciſcus martyr fuit non deſiderio tãtum ſed corpore.

Quid ſit fœdus.

Hymnus ad matutinum in feſto Stigmatum B. Franciſci.

SEquitur expoſitio hymni. ***Crucis arma fulgentia &c.*** qui dicitur ad matutinum nocturnum in feſto Stigmatum beati Franciſci, in quo auctor oſtendit beatum Franciſcum fuiſſe amicum, & amatorem crucifixi, ſingularemque deuotum crucis, & tandem explicat quòd crucis veſtigijs hærens conſecutus ſit fructum crucis, quo corde, & carne confixus eſt, & ſignatus inditijs, manifeſtationibus, ſignis, argumentis, veſtigijs, & notis, Ait ergo, ***crucis arma fulgentia &c.*** quo primo verſu alludere videtur hymni auctor demoſtrationi crucis factę Diuo Franciſco, nam ante ſuam conuerſionem ad Chriſtum cum militem quendam ſuis nouis veſtimentis ſe nudato induiſſet, de nocte cum ſe ſopori dediſſet, palatium ſpecioſum, & magnum cum militaribus armis crucis ſignaculo inſignitis vidit; Dictumque eſt ſibi tanquam amico crucifixi futuro, quòd omnia ſua forent, militumque ſuorũ, ſi vexillum crucis conſtanter aſſumeret; vnde ait hymni auctor, ſequutus auctorem, qui rithymis exprimens opera, quæ beatus Franciſcus cruce geſſit (ait) crucis domum cernit plenam, ***Franciſcus dormiens vidit arma fulgentia.*** i. ſplendentia ***crucis*** in palatio illo ſpecioſo, & magno, & videndo ***audiuit Chriſtum decentem ſibi, tua erunt hæc omnia,*** quam promiſſionem acceptans: non mirum ſi orando dicebat hoc modo; Deus meus, & omnia. ***crucis vis, & refugium &c.*** quo ſecundo verſu hymni auctor explicat viſionem factam, cuidã fratri admodum pio, cui nomen Syluester, quo præsbytero ſeculari exſtente, vidit crucem auream ex ore beati Franciſci procedentem cuius altitudo cælos tangebat, & latera vſque ad terminos orbis terræ protendebatur, cuius aſpectus præfulgidus draconẽ teterrimum terrebat, & dęmonia fugere cogebat, de qua in rithmis, quibus opera quæ beatus Franciſcus cruce geſſit depromuntur. ***cruce draco terretur,*** vel poſſumus dicere quòd explicet quòd in rithymis cruce dęmon ſpargetur. Vnde ſenſus verborum ſecundi huius verſus eſt, ***vis, & refugium crucis*** Chriſtus ſupple, cuius gratia vis, & refugiũ eſt in ea, ***præbuit hæc arma crucis*** Franciſco, ***quibus*** eundem ***imbuit aduerſus*** humani generis ***aduerſarium*** dęmonem, aſpectu enim illorũ præfulgido territus aufugit, multoſq; liberauit ſigno crucis facto ſuper dæmoniacos: hinc in vna antiphonarum feſti ſtigmatum, dicitur, crucis arbor eximia per os Franciſci ſurgere, apparens cogit fugere draconem, & dęmonium, ***crucis ſacrata lectio &c.*** in hoc tertio verſu hymni auctor, alludere videtur iudicio, quo beato Franci

ſco indicatũ eſt; quòd à Chriſto eſſet ſtigmatizandus, refert enim dominus Bonauen. Cardinalis de balneo regio: quòd immiſſum fuerit in mente eius per diuinum oraculum, ꝙ in apertione libri euangelici reuelaretur ei à Chriſto, quid Deo in ipſo, & de ipſo maxime foret acceptum, oratione itaq; cum multa deuotione præmiſſa ſacrum Euangeliorum librum de altari ſumptum in Sanctæ Trinitatis nomine aperiri fecit per ſocium vtique virum deuotum, & ſanctum, ſanè cum in trina libri apertione, domini paſſio, & paſſionis materia, ſemper occurreret, intellexit vir deo plenus, quod ſicut Chriſtum fuerit imitatus in actibus vitæ, ſic ei conformis eſſe deberet in doloribus, & afflictionibus paſſionis, antequã ex hoc mundo tranſiret, & ſe Chriſto concrucifigendum, de qua re in rithmis (vt ſupra) crucis ſigno edocetur, vnde ſenſus verborum huius tertij verſus eſt *dum pro inditio*, ideſt oſtenſione *virtutis, ter* D. Franciſcus euangeliorũ *librum aperuit ei ter ſe præbuit*. i. occurrit *lectio ſacrata crucis*, & materia paſſionis Chriſti, quo ſigno edoctus eſt: ſe Chriſto (vt diximus) concrucifigendum, cuius contemplatione iugiter omnis virtutis diſciplinam accepit *crucis Chriſti deuotio &c.* ſenſus verborum huius quarti verſus eſt, ꝙ *deuotio* quam habebat D. Franciſcus *ad crucem Chriſti* de qua iugiter ſermonem faciebat fratribus ſuis, *cum omni deſiderio traxit ſtudia ſua, & cuncta cordis gaudia*, adeò vt diceret, quòd non indigebat pluribus ſcio enim (ait) pauperem Ieſum crucifixum, qui intra mentis ſuę vbera, vt myrrhę faſciculus, iugiter morabatur, in quem optabat per exceſſiuum amoris incendium totaliter conformari, & transformari, ſuper quo erat totum ſuum ſtudium, & conſideratio, vt nihil aliud ſaperet, intelligeret, meditaretur, ac conſideraret, cuius myſteriũ (& ſi mundi ſapientibus, & prudẽtibus fuit occultum) huic tamen paruulo, & pauperculo tam plenè fuit reuelatum, vt omnis vita ipſius non niſi crucis veſtigia ſequeretur, non niſi crucis dulcedinem ſaperet, non niſi crucis gloriam prædicaret. *crucis vt ad ſupplicia &c.* ſenſus huius quinti verſus eſt, *Franciſcus vt vidit Chriſtũ poſitum ad ſupplicia crucis*, & hoc vel cum apparuit ei ſequeſtrat⁹ dum oraret, ad cuius conſpectum liquefacta eſt anima eius, & memoria paſſionis eius cordis viſceribus impreſſa medullitus ita, vt dum recordaretur à fletu vix ſe continere valeret, vel quum apparuit ei oranti in eccleſia Sancti Damiani, eique dixit ter, tu te præpara, vade Franciſce repara domum meam quæ labitur, *& hæc ſequere veſtigia*, cuius *monitum* nedum *audiuit*, ſed perfecit, & compleuit reparans eccleſiam materialem, in qua prænouit ꝙ per crucis meditatio-

In trina euãgelici libri aptione cũ ſemper occurreret paſſionis materia quid intellexit beat⁹ Frãciſc⁹.

Crucis myſterium prudẽtibus mũdi occultum reuelatum fuit paruulo, & pauperculo Frãciſco.

Eccleſiam materialem reparauit b. Franciſcus & quid prę nouerit ex hoc.

ditationem terreſtrem, & in terris militantem eccleſiam reparare deberet, hinc in rithmis (vt ſupra) *crucis agit monitum. Crucis hærens veſtigijs &c.* ſenſus huius 6. verſus eſt, & *hærens* beatus Franciſcus *veſtigijs crucis, conſequitur fructum crucis, quo corde* non ſolum, & cordis viſceribus, memoria paſſionis Chriſti fuit impreſſa medullitus, *ſed carne pingitur, & ſignatur inditijs*.i. ſignis, & notis, & tunc fuit quando ſtigmata in corpore ſuo.i. in manibus, pedibus, & latere à Chriſto impreſſa recepit: *crucis virtus, & gratia &c.* ſenſus huius ſeptimi verſus eſt, oramus vt *pro perenni*, & ſine fine duratura *cuſtodia* omnium noſtrum, *virtus, & gratia crucis conſignet nos* dolentes, & gementes, *in frontibus* ſigno thau, quod non ſolum ad D. Franciſci inſtar, miro venuſtet ornatu, miraque colorum varietate faciem noſtram, ſed vt mortis interitum euadamus, & non ſolum oramus, vt ſignet nos in frontibus, ſed etiam *in membris, & ſenſibus*, vt à nobis tanquam à facie colubri fugiant partes aduerſæ, ſicque poſſimus, ſine impedimento Deo ſeruire, cui ſit laus in ſecula. Amen.

Orat Deus hymni auctor vt ad b. Franciſci inſtar ſignet nos in membris, & ſenſibus, vt fugiant partes aduerſæ.

Hymnus ad veſpras, & ad matutinum in feſto Angelorum.

SEquitur expoſitio hymni. *Tibi Chriſte ſplendor patris &c.* qui dicitur ad veſperas in feſto angelorum, & ad matutinum nocturnum, in quo auctor celebrat Chri benignitatem, quod tale beneficium nobis contulerit, in dando angelos in noſtri cuſtodiam, atque tutelam, ante quorum conſpectum votis, & voce vult, quod ei pſallamus dicit quòd debeamus omnes venerari cunctos angelicos ſpiritus, & præcipuè Michaelem, cui deus dedit virtutem, & poteſtatẽ coercendi nedum, ſed & conterendi ſerpentem antiquum, & draconem illum magnum; qui vocatur diabolus, & ſatanas, & tãdem orat piiſſimum Chriſtum ut eodem Michaele cuſtode ſuoque preſidio tueatur, ac defendat nos procul pellendo à nobis omne nefas inimici, Ait ergo. *Tibi Chriſte &c.* ſenſus eſt, ò *Chriſte ſplendor patris* vel (vt D. Paulus ait) ſplendor gloriæ, & excellentiæ patris, quicquid enim patris eſt, ſplendet, ac lucet in te, quo inſinuatur coæternitas tua cum patre, ſplendor enim eſt igni, vel ſoli coæuus; & ſi ſol ab æterno fuiſſet, ſplendor ei fuiſſet conſempiternus, ò *Chriſte igitur ſplendor patris, vita, & virtus cordium* noſtrorum, ſicut enim anima virtus eſt, & vita corporis, ac per hoc ſine ea corpus vel ad momentum ſubſiſtere nequit, ſed marceſcit, & ſpirat, ſic animarum, & cordium noſtrorum, vita, & virtus Chriſtus eſt ſine quo Hebr. 1. c.

quo nec per momentum viuere, & ſubſiſtere poſſent, in ipſo enim viuimus mouemur, & ſumus, & ipſius manutentia inceſſabili, & ab ipſo in eſſe dependemus; & permanere, multò plus quam riuus à fonte; dies à ſole, & ſplendor à luce, *Tibi votis*, ideſt deſiderijs, & optatis, *& voce pſallimus*, ideſt cantamus, verbum enim merè græcum eſt pſallo, & ſignificat idem quòd cano, ſiue id ore fiat, ſiue inſtrumento muſico vt cythara, lyra, & his ſimilibus *in conſpectu angelorum*, ideſt ante angelos, & coram angelis, quos habemus, cuſtodes nedum, ſed & ſpectatores noſtrorum actuũ, & ideo ĩ quouis diuerſorio, in quouis angulo, reuerentiã exhibe angelo tuo cuſtodi, & ne audeas illo preſente: quod me preſente non auderes, vel *in conſpectu angelorum*, ideſt in laudando te proponimus nobis angelos, vt imitemur eos, quibus ęquari expectamus, ſicut nunc laude, ita poſt dignitate; angeli enim in laude dei nihil aliud ſibi proponunt, quàm ſolum deum; *vel in conſpectu angelorum*, ideſt in ea puritate qua te angeli conſpiciunt, & laudant, videlicet vt in te ſolo acquieſcant, *vel in conſpectu angelorum*, ideſt laudamus te gratias agentes de miniſterio angelico nobis exhibito. *Alternantes concrepando &c.* ſenſus eſt; & vocibus noſtris *alternantes*, ideſt viciſſitudines obſeruantes, & tunc fit quum iſte chorus dicit ſuũ verſum, & ille alium, hoc enim eſt alternare vices, & alternatim per vices, & alternis vocibus cantare, *concrepando*, ideſt dulci harmonia ſimul canendo, & ſuaue carmen perſonando, eſt enim propriè concrepare, in cantando reſonare, ſuaue carmen perſonare, & dulci harmonia ſimul canere, *Melos demus vocibus*, ideſt melodiam, melleam, odam, dulcem cantum, dulcem modulationem, cantus ſuauitatem ex apta vocis modulatione procedentem, eſt enim melos generis neutri nomen, & indeclinabile apud latinos, licet apud græcos declinetur. *Collaudamus venerantes &c.* ſenſus eſt, & nos ſimul laudamus. *Venerantes omnes milites cœli*, ideſt omnes angelos, quos D. Lucas vocat multitudinem cœleſtis militiæ, qui militiam domini exercent, & eis famulantur, & ſeruiunt, & angelos dico uel legionarios, vel auxiliarios, & ſuppetias ferentes, quos immittit dominus propter interiorem tentationem, in circuitu timentium eum, propter exteriorem, vt eripiat eos ab omni dæmonum impugnatione. Tum quia nouimus eſſe dei domeſticos, cœliciuos, & paradiſi principes; tum ne ingratitudine damnemur cum in miniſterium mittãtur propter eos, qui hereditatem capient ſalutis, & ſemper praſto ſint, vt adiuuent nos contra hoſtes noſtros, tum viſibiles, cum inuiſibiles, quibus ſemper præualent, quia per gratiam

conſum-

Att. 17. c.

A Deo dependem⁹ in eſſe, & permanere multo plus quã riuus à fonte dies a ſole &c.

Luc. 2. c.

Pſal. 33.

Heb. 1. c.

conſummatam naturę illorum data eſt prælatio, & præſidentia maior, quam eſſet prælatio, & præſidentia naturalis, luciferi, & aliorum, *Et pręcipuè* ſupple, & ſupra ceteros laudare debemus, & venerari (ea tantum veneratione, quæ creaturæ ſinus; & terminos non exeat) *primatem cæleſtis exercitus*, ideſt digniorem inter alios, & alijs pręcellentiorem Michaelem: de quo angelus, qui Danieli loquebatur (ait) princeps regni perſarũ reſtitit mihi viginti duobus diebus, & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, quem, iſdem vocat principem noſtrum dicens: nemo eſt adiutor meus in omnibus his niſi Michael princeps veſter, ideſt eccleſiæ. Sed ad aduertendum, quòd cum audis Michaelem eſſe principem ſupernorum ciuium, & cæteris digniorem, & præcellentiorem, & quòd ipſum honorificent angelorum ciuęs, non eſt id intelligendum in comparatione ad omnes cæleſtes mentes, nã (cum ſanctus Michael ſit de medio ordine poſtremæ, & infimæ Hierarchiæ, ſacrique principatus, hoc eſt de ordine archangelorum, non autẽ de primo ordine, & ſupremo tertię, & infimæ Hierarchię, ideſt de ordine, & choro principatuũ (vt putauerũt quidam) moti forſan, quia in Daniele dicitur, princeps eccleſiæ & princeps magnus, qui ſtat pro filijs populi domini, ſed debebant animaduertetere eccleſiam in officio feſtiuitatis eiuſdem, ipſum pluries nominare Michaelem Archangelum) non antecellit excellentia, & dignitate, angelos medię, aut ſupremę Hierarchiæ, immò nec ſpiritus illos, qui ſunt de primo ordine infimæ & tertię Hierarchię, quibus omnibus diuinę ſapientiæ ordinatiſſima lege ſubeſt, & obſequitur, & veluti inferior honorem impendit, ſed intelligendum eſt collatione facta ad eos ſpiritus cæleſtes, qui ſunt eiuſdem ordinis medij, vel inferioris, & poſtremi, vltimę, & infimæ Hierarchiæ deſcendendo, inter quos ſanctus Michael primatum tenet, & principatũ ſortitur, vnde ſenſus verborum auctoris hymni eſt, *& pręcipuè* veneramur nos homines inferiores (quibus par eſt, & æquum, honorem impendere ſubeſſe, & obſequi ſuperioribus) *Michaelem* Archangelum *primatem*, ideſt principem *cęleſtis exercitus*, ideſt angelorum, qui ſunt eiuſdem ordinis cum eo, vel inferioris tertię Hierarchiæ, quos omnes antecellit excellentia, & dignitate, *In uirtute conterentem zabulon*, vt ſit ſenſus, veneramur ipſum non ſolum quia iuſtum eſt illi veluti ſuperiori, nos inferiores impendamus honorem, & non ſolum, quia eccleſia vocat ipſum prępoſitum paradiſi ideſt eccleſię, qui olim fuit princeps ſynagogæ, & non ſolum, quia conſtitutus eſt princeps ſuper omnes animas ſuſcipiendas, glo-

Dan. 10. c.

Michael quomodo dignior cæteris ſit.

Dan. 10. c.

Dan. 12. c.

rioſius

rioſius enim quàm alij, defert animas in paradiſum, ſed quia *in uir-*
tute contriuit, ideſt ſuperauit debellauit, in prelio illo magno, quod
factum eſt in cœlo, de quo in Apoc *zabulum*, ideſt contrarium,
Apoc. 12. c. vel transgreſſorem, diabolum ſerpentem antiquum; ſatanam, dra-
conem, & accuſatorem frattum noſtrorum, ſeducentem totum or-
bem, ijs enim nominibus appellatur in Apoc. *Quo cuſtode &c.* vt
Ibi. ſit ſenſus, quo Michaele archangelo *cuſtode ò Chriſte rex pijſſime*,
procul pelle, ideſt abige, remoue, & longè fac à nobis, *omne nefas*,
ideſt impium facinus *inimici* dæmonis, qui eſt omni malis auctor,
cui nomina mille, cui etiam ſunt mille nocendi artes, qui tanquã
leo rugiens circuit quęrens quem deuoret, qui aut opprimendo ra-
1. Pet. 5. c. pit, aut ſuadendo blanditur; aut minando terret, aut deſperando
frangit, aut promittendo decipit: Scimus enim quòd ipſe, & alij
libenter homini miniſtrant, tum propter hominis dignitatem, na-
tura.n. humana aſſumpta ẽ, & aſſociata in vnitatem perſonæ filij dei
ac p hoc fr̃ filij dei effectus ẽ hõ vnde honor, qui homini exhibetur,
in Chr̃um fratrem redundat, cui ipſi ſeruiunt, & miniſtrant, ecce
Matt. 4. c. angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei miniſterio obedientiæ tam-
quam ſubditi non miniſterio cuſtodiæ, quia non habuit ad ſui cu-
ſtodiam angelos deputatos, comprehenſor enim erat etiam, & nõ
viator tantum; & de viatoribus, tantum intelligitur illud pſalmi-
Pſal. 90. ſtæ Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiãt te ĩ omnibus vijs tuis,
tum propter hominis neceſſitatem, nam diabolus ſæpe rationem in
homine ſeducit, voluntatem allicit; opprimit virtutem, intelligẽ-
tiam obnubilat per errorem, voluntatem coinquinat per amorem,
& memoriam offuſcat per obliuionem, ideo neceſſe eſt, vt ange-
lus rationem erudiat per ſuam ſapientiam, & illam illuminet, affe-
ctum purget, & voluntatem inflammet per charitatem ignitam, &
virtutem roboret per exhortationem internam, & memoriam per-
ficiat, hos enim actus exercent in nobis ſecundum magnum Dioni
ſium in de cęleſti Hierarchia, illuminant, purgant, & perficiunt,
tum tandem propter ſuam ipſorum vtilitatem; illorum enim rui-
na quis dubitat, quòd reſtaurari debeat ex hominibus ſaluandis? &
ipſi beati ſpiritus, non dedignantur pro nobis eſſe ſoliciti; & viſi-
tare, & tutari ſpeciem noſtram, quam debent, licet in multam (vt
ipſi cernunt) deiecta ſit vilitatem, neque enim arbitramur illos, ci-
uitatis ſupernę excido delectari, & ruina murorũ, quos ſemiruptos
conſpiciunt, quorum reſtaurationem deſiderant (vt dignum eſt)
hinc verbum preces iterant ante thronum glorię, Benigne fac do-
Pſal. 50. mine in bona voluntate tua ſion, vt ædificentur muri Hieruſalem,

& quia

& quia diligunt decorem domus dei; verè dignum, & iuſtum eſt, vt illorum zelum experiantur viui, & rationales lapides, qui ſoli in reſtaurationem eius illis coędificari poſſunt. *Mundo corde et corpore*, ſenſus eſt, & cum mundo, & puro corde, & corpore, redde nos paradiſo tuo, in quo non niſi mundo, & puro corde videtur deus, *ſola tua clementia*, pietate, & miſericordia, & benè ait *ſola clementia*, & miſericordia, quia reuera ſoli diuinæ miſericordiæ aſcribendum eſt, quòd in cæleſtem gloriam nobis detur ingreſſus, Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos (ait D. Paulus) ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, & ad Rom. ait Gratia autē dei vita æterna. *Vbi notandum* quòd cum & opera ipſa etiam ad ſalutem ſint neceſſaria iuxta illud, Si vis ad vitā ingredi, ſerua mandata, & tamquam his debita reddatur vita æterna, quæ (cum ſit finis excedens virtutem operantis propter finem) non attingitur niſi operatione meritoria finis, vnde in hymno dedicationis eccleſiæ dicitur Et virtute meritorū illuc introducitur, tamen cum dicunt hymni auctor, & D. Paulus, quòd paradiſo reddamur ſola dei clementia; & quòd vita ęterna ſit gratia dei, non dicunt hoc merita excludendo, ſed vel ut inſinuēt: quòd principaliter aſcribēdum ſit gratię dei, qui etiam præmiat vltra condignum, vnde tam meritum, quam præmium noſtrum primo, & maximè dependet, & procedit ex miſericordia, pietate, clementia, & gratia dei. Vel vt diſcamus humiliter ſentire de nobis, & inanem gloriam fugere, & caueamus de nobis dicere glorioſè, hoc enim nos, & hominibus, & deo facit abominabiles, qui etiam ſi fecerimus omnia quæ pręcepta ſunt nobis, debemus (& verè) dicere Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus; immo quiſque noſtrum tenetur dicere cum ſancto Iob. Qui etiam ſi habuero quippiam iuſtum, non reſpondebo; ſed meum iudicem deprecabor, apud quem ſi iuſtificare me voluero, os meum cōdemnabit me, Vel dixerunt hoc, pro tanto vt docerēt, quòd vita æterna, & paradiſus vocetur gratia, quia gratis datur, nec ideo, quia meritis non datur; ſed quia data ſunt, & ipſa merita, quibus datur, vt quum deus coronat merita noſtra, nihil aliud coronat, quam dona ſua, & quàm ea, quæ non deſpicit, opera manuum ſuarum (vt Diuus Auguſtinus in epiſt. ad Siſtum) qui & in de correct. & gratia ſic ait. Quia & ipſa vita æterna, quàm certum eſt bonis operibus debitam reddi, à tanto apoſtolo gratia dei dicitur, cum gratia, non operibus reddatur, ſed gratis detur, ſine vlla dubitatione confitendum eſt, ideo gratiam vocari vitam æternam, quia his meritis redditur, quę gratia contulit homini, vnde hoc

Matt. 5.c.
Tit. 3.c.
Rom. 6. c.
Matt. 19.c.
Lucæ 17. c.
Iob. 6. c.
Epiſt. 105.
cap. 13.

Ioan. 1.c. modo intelligit quod in euangelio D. Ioannis dicitur, De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia, ideſt pro his meritis, quæ contulit gratia, vel tandem dicimus ꝙ hymni auctor vſus ſit hoc verbo *ſola clementia*, quia (vt Diuus Auguſtinus ait) Vhe laudabili etiam vitę hominum, ſi remota miſericordia, clementia, pietate, & gratia dei diſcutias eam, ſine qua merita non ſufficiunt, ita *Lib. 9. confeſſ. c. 13.* vt verum dixerit Sanctus Iob, ſi lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intinges me, *Iob. 9. c.* & abominabuntur me veſtimenta mea, & Sanctus Bernardus, ſufficit ad meritum ſcire, quòd non ſufficiant merita. *Gloriã patri melodis &c.* vt ſit ſenſus, *perſonemus vocibus melodis*, ita vt melodis ſit ſeptimus caſus huius nominis, melodus. a. melodum, à melos, quod eſt dulce, & odus cantus, ideſt vocibus ad melodiam pertinentibꝰ ſuauibus, dulcibus, auditu iucundis, in melodijs conſiſtentibus, & harmonicis: *perſonemus gloriam patri*, *& Chriſto canamus gloriam*, & paraclito, qui extat trinus in perſonis, & perſonaliter, & vnus deus eſſentialiter, & potentialiter, *ante ſecula*. Sunt qui volunt, ꝙ ly melodis, ſit caſus genitiui huius nominis melos, vt ſit ſenſus, *perſonemus patri gloriam uocibus*, ideſt cum vocibus, & cantibus *melodis*, ideſt dulcedinis, ſuauitatis, & harmanię, At eſſem cum eis (ſi nomen hoc melos eſſet declinabile nomen, at apud latinos indeclinabile eſt, aut certè defectiuum, vnde nec genitiuum habet ſingularem) & forſan aptiore vſi eſſent expoſitione, ſi dixiſſent, ꝙ ly melodis, eſſet caſus genitiuus huius nominis, melodes, quod accipitur pro melico, vel muſico dulcia carmina cantante, ita vt auctoris hymni ſenſus verborum eſſet, *Perſonemus gloriam patri uocibus melodis*, ideſt cantantis carmina dulcia. Sunt, qui dictionem illam melodis (ſic enim legi debet) legunt, melodijs, vt ſit nomen non triſyllabum, ſed quatriſyllabum, ſed ineptus eſſet ſenſus, ſi diceretur. *Perſonemus uocibus melodijs*, niſi ſic exponeremus vocibus melodijs: ideſt in melodijs conſiſtentibus, vel ad melodiam ſpectantibus, ſed eſto quod ſenſus iſte ſit bonus, in metro tamen eſſet nimius ſyllabarum numerus, ideo legas (quæſo) lector (vt dictum eſt) *melodis*: ita vt ſit caſus ſeptimus pluralis numeri adiectiui huius, melodus a. um. vel caſus genitiui, non huius nominis melos, quod eſt indeclinabile, ſed huius nominis, melodes. dis. quod accipitur pro cantante carmina dulcia, ſuauia, & auditu iucunda, ad laudem dei, cui ſit gloria in ſecula. Amen.

Hymnus.

Hymnus ad laudes in feſto Angelorum.

SEquitur expoſitio hymni: *Chriſte ſanctorum decus angelorum &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto angelorum, in quo auctor inuocat diuinam bonitatem, & auctorem omnium, vt tribuat nobis ſcādere cœlum æternum, quòd angelico nos patrocinio, & præſidio muniat, ac tueatur, Et tandem, quòd ab hoſtium inſidijs nos liberent, nedum ipſi, ſed & beata virgo præcipuè mater dei noſtri, & multitudo, & ſanctorum chorus omnis. Ait ergo, *Chriſte* (qui & Iamuel, ideſt in quo deus, in eo enim habitat plenitudo diuinitatis corporaliter, ideſt verè) qui es *decus*, & honor non *angelorum* abſolutè, ſed ſanctorum, malorum enim, impiorum, & damnatorum angelorum, non eſt decus Chriſtus noſter, ſed punitor, non laus, & dignitas, ſed pœna, Et verè decus, & honor angelorum ſanctorum eſt, quia per ipſum in gratia confirmati ſunt, qui natura peccabiles erant, & auerti poterant, quod quidem animaduertere licuit in lucifero initio viarum domini (vt in Iob dicitur) vt ſi etiam vellent peccare, & auerti à deo, non poſſint, per quos non ſolū munit, & electos ſuos tuetur, ſed mundum, & hæc inferiora gubernat, & qui es *rector & auctor generis humani* omnia, n per ipſum facta ſunt, omniaq; regit, ac moderatur, perpetua ratione illa gubernās, ſine quo nec poſſent ſalua conſiſtere, *rogamus te, vt benignus tribuas nobis ſcandere cœlum æternum*, ideſt vt concedas, & præſtes nobis gratiam, & facultatem, qua poſſimus aſcendere ad æternum cœlum, locum nobis præparatum aſcenſione tua, qui dixiſti. Vado parare vobis locum, immo ab initio mundi iuxta illud Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum ab initio mundi, at non ſine merito bonorum operum, & laborum, quorum regnum, & cælum, glorioſus eſt fructus: & præmium (ijs enim redditur) hinc quum dixiſſet, Poſſidete paratum vobis regnum: ne quis putaret gratis tantum eſſe concedendum & inutilibus ſeruis, ſubiunxit, Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare &c. Vnde & merces dr̃, & denarius diurnꝰ, qui non niſi in vinea laborantibus, vel multū, vel parum, datur, Voca operarios (ait dominus vineæ procuratori ſuo) & redde illis mercedem, hinc quidam vir admodum pius, vnum dunctaxat (ait) apud Chriſti tribunal, patrocinium eſſe operum, quo, qui caruerit, aliunde nuſquam ſaluti locus eſt, *Angelum pacis &c.* vt ſit ſenſus, & quia euum accepta gratia, non deſinit ſathanas cum ſocijs ſuis mundo

Coloß. 2. c.

Chriſtus ſā ctorum angelorum decus eſt, & malorū punitor.

Iob. 40. c.

Ioan. 1. c.

Ioan. 14. c.

Matt. 25. c.

Matt. 20. c.

Nota de operibus magnum quid dicitur.

(qui totus in maligno poſitus eſt) qui (ut D. Auguſtino placuit) periculoſiorem blandus, quàm moleſtus, & magis tentenis oculis obſeruandus, quum ſe diligendum prædicat, quàm quum contemnendum, concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, impedire greſſus noſtros, & tendit, & parat (velut peritus venator) laqueos pedibus noſtris innumerabilibus montibus expauecendos, *rogitamus* (& frequentatiuo verbo vtimur domine) vt ſi non eſt tibi curæ dare beneficio, des propter importunitatem, *rogitamus*, inquam, *mitte*, ideſt vt mittas *cælitus*, ideſt è cælo, ad *iſtã aulam*, ideſt domum tuam, quæ domus orationis eſt, quam decet ſanctitudo, *angelum pacis Michael*, ideſt Michaelem, (accuſatiui.n. caſus eſt Michael, cuius media producitur, non corripitur (vt imperiti proferunt) & ponitur hoc loci ab auctore hymni indeclinabiliter, (& ſi vſitato, & vulgari vſu inflexionem recipiat) nam obliquus eius non fuiſſet aptus carmini, (vt benè notat quidam) & aduerte quòd licētia poetica (quibus cum pictoribus ſemper fuit æqua poteſtas quodlibet audendi) hymni auctor corripit, & breuiat mediam huius nominis, quæ apud probatos auctores latinos producitur, atque longatur. Nota etiam quòd rectè Michael dicitur angelus pacis, nam cum ſatana, qui pacem turbauit in ſublimibus Dei, bellum gerens; vicit ipſum clypeo, & gladio verbi Dei, & virtute gratiæ, quam habuit ex fide, & meritò paſſionis Chriſti, nam (vt dicitur in Apoc.) ipſi vicerunt in ſanguine agni, & propter verbum teſtimonij ſui, (quod non mirum ſi ignis dicitur ſermo domini (ait Salomon) ignitus clypeus eſt oculus ſperantibus in te, & David ignitum eloquium tuum vehementer, quia ſic intollerabilis eſt impijs ſpiritibus malignis, vt eſt infirmis corporibus ignis viſibilis) & fecit in ſublimibus eiſdem concordiam indiſſolubilem, & ex tunc pulchro nomine, & honore donatus eſt, nomine, quia ex tunc dictus eſt Michael, ideſt quis ſicut Deus noſter? honore, quia non ſolum angelorum ſui ordinis, & inferioris, ſed & hominum habentium Dei verbum, ipſe eſt princeps, & qui prius erat princeps ſynagogæ, & eccleſiæ iudæorum, & ſtabat pro filijs populi yſrael, nunc ſtat pro filijs populi Chriſti, & princeps eſt omnium, qui credunt, & confitentur Chriſtum veniſſe in carnē. Hunc igitur rogitamus, ò domine mitte *cælitus*, vel vt mittas è celo, Aliqui volunt, in ly *cælitus* referatur ad Chriſtum, vt ſit ſenſus, ò domine, qui es *cælitus*.i. cœleſtis, vel cuius egreſſus eſt à ſummo cœlo, quæ lectio licet poſſet ſtare, melius tamen eſt, vt ſit aduerbium, & referatur ad angelum, vt *crebrò*, ideſt frequenter *veritate creſcant* .i. ſuccendant nobis,

Apoc. 12.c.
Prou. 30.c.
Pſal. 118.

bis, proſpera cuncta, Adiuuat anim malos: & bonos, malos emouẽdo eos ad contritionem, quod ſignificatum eſt in ſcriptura vbi dicitur, quòd Angelus eduxerit ignem de petra, nam ſæpe de hominibus duris, angelus perſuaſione ſua educit ignem contritionis, Purgat labia ad confeſſionem, quod ſignificatum eſt in Eſaia, vbi dicitur, quòd labia Iſaiæ calculo ignito purgata ſint per angelum, inducit ad ſatisfactionem, quod ſignificatũ eſt, in angelo, qui dixit ad Gad prophætam, vt diceret Dauid, vt in montẽ aſcenderet, & deo ſatisfaceret. Adiuuat etiam bonos, rationem illuminando, quam nititur dęmon obnubilare per errorem, affectionem purgando, quã conatur inquinare per amorem, & memoriam perficiendo, quam intendit ſatan offuſcare per obliuionem. Et hic eſt, qui tempore anti Chiſti conſurget pro electis, & tamquam defenſor, & protector aſtabit (vt in Daniele dicitur) hic ſanctorum animas recipit, & in paradiſum exultationis perducit, hic (Deo iubente) dicturus eſt: ſurgite mortui venite ad iudicium, & crucem, clauos, lanceam, & coronam ſpineam in die iudicij (vt dicitur) præſentabit. *Angelus fortis &c.* hoc loci oramus, vt Deus mittat è cælo Gabrielem fortem in auxilium noſtrum, nam cum aduerſarius noſter ſit fortis, & potens, & taliter quòd non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei, (vt dicitur in Iob) illi apponamus oportet fortem, & potentem, & talis eſt Gabriel, qui fortitudo dei interpretatur, vnde verborum ordo, & ſenſus eſt, *Volitet*, ideſt frequenter volet, & aſſiduè diſcurrat *ab alto* cælo *angelus Gabriel fortis*, *& ſæpius veniens viſere*, ideſt ad videndum cum deſiderio, eſt enim viſere verbum deſideratiuum, & ſignificat cum deſiderio videre, ſicut & faceſſere ſignificat cum deſiderio facere, & capere, quamuis hoc Calepino non placeat, qui putat verbum eſſe potius exercitatiuum quàm deſideratiuum (vt alias annotauimus) *Templum iſtud noſtrum*, & inde ſupple, & à nobis, optamus, & inſtanter petimus *pellat Hoſtem antiquum*, ideſt diabolum, qui à principio mundi fuit aduerſarius, & inimicus noſter, & erit vſque ad finem mundi, nec vnquam mutabit animum, & quàm amicè nos amet, ſatis declaratur in hiſtoria patientiſſimi Iob. Vnde mirum eſt, aliquot homines ſic in delitijs habere capitalem hunc hoſtem generis humani, vt decimo quoque verbo illum labijs circumferant, nec attendunt in oratione dominica fideles rogare dominum, vt liberet eos à malo, ideſt à dæmonio callidiſſimo, & peſtilentiſſimo, à quo tamquam à capite ſolo, & fonte, ortum habent omnia mala. Aduerte quòd quidam loco vbi noſtra litera legit, *viſere noſtrum*, quidam legunt *noſtri miſertus*, & quomo-

Iudic.6.c.

Iſai.6.c.

1. Paralip. c.21.

Iob.41.c.

quomodocunque legatur litera bonum ſenſum habet, quia ſenſus ſecūdę lectionis eſt, oramus, vt *angeli fortis Gabriel volitet ab alto cœlo, & noſtri miſertus ueniens ad templum iſtud, pellat ab eo, & à nobis antiquum hoſtem, Angelum nobis medicum ſalutis &c.* ſenſus eſt, oramus, etiam ô domine, decus ſanctorum angelorum, & qui per angelos tuos regis, & adminiſtras hæc inferiora, quorum es auctor, & factor, vt *mittas de cœlis* nobis, ideſt ad ſalutem noſtram, corporis, & animæ; *Raphaelem* angelum *medicum ſalutis;* quem appellat medicum, alludens ad interpretationem huius nominis Raphael cuius, metri cauſſa, corripit mediam, quæ ſecundum probatiſſimos auctores (vt paulo ante diximus in dictione Michael longa eſt) interpretatur enim medicina dei, vt ſicut immanis piſcis iecore; carboni ſuperpoſito: compeſcuit dæmonem, qui ſeptem ſaræ viros ſtrangulauerat, & felle eiuſdem impoſito ſuper oculos Tobiæ ſenioris, viſum reſtituit (vt legitur in hiſtoria lib. Thobiæ) ſic *ſanet omnes ægrotos* corpore, & mente, *pariterque* .i. vna ſimiliter ex quo & ſimul, *dirigat actus noſtros*, actibus ſuis, qui ſunt illuminare, purgare, & perficere ſecundum Dion. in de cæleſti Hierar. *Hinc dei noſtri genitrix &c.* ſenſus eſt, & quia inuocauimus deum, vt mittat in adiutorium noſtrum Michaelem, Gabrielem, & Raphaelē, poſt dictam iam inuocationem (vt multiplicatis interceſſoribus largiatur nobis clementiſſ. deus quod petimus) inuocamus, & in auxiliū vocamus omnes ſanctos, vt ſint nobis propitij, inuocationem inchoando à beata virgine, vt ſit ſenſus, *Hinc* .i. poſt dictam inuocationem ad deum, inuocamus te ô beata virgo *Maria dei noſtri genitrix:* vt aſſiſtas nobis, ideſt pręſentem te exhibeas nobis potentibus precibus tuis, inuocamus etiam vos omnes angelos, ut *totus chorus* veſter ſemper cauſſam noſtram apud deum defendat, & nos imbecilliores tam verbo, quàm facto protegat, noſtrumque patrocinū ſuſcipiat, & tandem inuocamus vos omnes ſanctos, & beatos vtriuſque ſexus, vt *ſimul* cum prædictis, *tota beata concio*, ideſt multitudo, exercitus, & ſocietas, & ſanctorum chorus omnis, & beatorum cętus, *aſſiſtat nobis*, ideſt pro nobis aduocatus exiſtat, & fidei

Pſalm. 34. noſtræ patrocinetur & apprehendens arma, & ſcutum exurgat in adiutorium noſtrum. *præſtet hoc nobis* qui petimus hoc quod petimus, & rogitamus *deitas beata patris nati, & ſpiritus s. pariter:* ideſt ſimiliter: quæ vna, & eadem eſt in ſingularis, cuius *gloria in toto mundo* reboat, Vbi nota verbum hoc, reboat (non enim roboat, vt imperiti dicunt, legendum eſt) nec roborat, vel roboratur (vt quidam blaterant) verbum gręcum eſſe, non latinum; nam apud latinos

Tob. 11. c.

Legi debet reboat, non roboat, non roborat, nec roboratur

tinos nullum verbum eſt, quod ante : o. finalem habeat. o. excepto
pro inchoo, quod verbum maiores ſcribebant interponentes aſpira
tionem duabus vocalibus hoc modo, incohò : & ſignificat apud nos
idem, quod remugire, vel reſonare, vel audiri, vt ſit ſenſus, cuius
ſupple deitatis, *gloria reboat*, ideſt remugiat, reſonet, & audiatur
in omni, ideſt in toto, *mundo* ſuperiori videlicet, & inferiori. Amen.

Hymnus in feſto Sancti Franciſci fundatoris ordinis minorum ad veſperas primas.

SEquitur expoſitio hymni. *Proles de cælo prodijt &c.* qui
dicitur in primis veſperis in feſto Sancti Franciſci : In
quo auctor (quiſquis ille fuerit; Dominus Bonauen. vel
alius) laudat in Domino Beatum Franciſcum in eo q
vocat ipſum prolem è cœlo venientē, quòd & ſi diues tranſierit ma-
re ſpoliatis Aegyptijs, non perdidit tamen, nec rem, nec nomē pau-
peris, commendat ipſum : quòd tres ordines inſtituerit, & ordina-
uerit, & tandem ſupplex orat, vt prolē miſeram Euæ matris primæ
ſuis precibus : & meritis, excitet à ſomno mortis. Ait ergo : *proles
de cælo prodijt &c.* ſenſus eſt. Beatus Franciſcus *prodijt*, ideſt his
temporibus claruit, manifeſtatus eſt, in huius vitę tota apparuit :
proles è cælo, non quo ad corpus, quod ex viri ſemine formatum :
atque digeſtum fuiſſe, ſine vlla hęſitatione creditur, ſed quo ad ani
mam, quam fatemur è cœlo terris apparuiſſe, non quòd in cœlo fue
rit per tempus, ſed quia ab auctore cœli, veluti quoddam datum op-
timum & donum perfectum deſcendens, creando infuſa eſt : & in- *Iaco. c. 1.*
fundendo creata eſt, qui licet flatum omnem fecerit, miro tn̄ mo-
do ſuper hoc vitæ ſpiraculo ſe oſtendit : ars illa omnipotentis Dei,
plena rationum omnium viuentium : Nam & ſi in principio latuit,
& ad vigeſimum quintum vſque ætatis ſuæ annum, mundi vanitati- *Ad vigeſi-*
bus ſe totum dedicauit, nullus eo inſolentior, nullus ad prodiga- *mum quin-*
litatem paratior, nullus in his : quæ dei ſunt eo inferior, tamen *tũuſque ęta*
gratia dexterę excelſi mirificè mutatus, animaduertens non eſſe tu- *tis annum,*
tum cum ſcorpionibus habitare, cępit adeò mundum : cũ ſuis oble- *nullus ĩ his*
ctamentis ex toto relinquere, & ad plenum mores mutare : quod *qua dei sũt*
ex tunc verè *prodijt*, & oſtendit ſe eſſe *prolem è cælo* miſſum. *Nouis fuit* *Franci*
vtens prodigijs, ſenſus eſt : qui *vtens prodigijs*, ideſt portentis, & *ſco ĩferior.*
oſtentis (eſt enim prodigium quaſi prodicium : quòd porrò dicat,
porrò ſignificet, & aliquid futurum eſſe portendat) *nouis*, ideſt mi
randis, inſolitis, inuſitatis, & inopinatis. *Aperuit calum cacis.* verbo

videli-

videlicet, & exemplo, quibus (ipſe videns) ducatum præbebat, iter præbens ad gloriam, & vitæ viam amplians: quo quippè docuit, ꝙ zelo dei, ductus, non ſibi ſoli viuere nitebatur, ſed alijs proficere, *ſiccis mare veſtigijs*, alludit hymni auctor hoc verſu: prodigio filiorum yſrael, qui ſpoliatis ægyptijs, educti ex ægypto cum argẽto, & auro, quo diuites effecti ſunt, ſicco veſtigio mare tranſierũt, vnde ſenſus eſt, *ſpoliatis egyptijs*, ideſt principibus tenebrarum: ſub quibus premebatur, & terebatur onere, palea, luto, & lateribus non ſecus, ac filius dei primogenitus yſrael, & ſepulto iam ęgyptio ſub ſabulo, ideſt extincto carnis vitio, tempore enim hyemalis algoris ſpiritu fortis, & feruidus in foueam glacie, aut niuem repletam, ſeipſum plerumque mergebat, vt domeſticum hoſtem ſibi perfectè ſubigeret, *Diues* effectus gratia, & diuinis chariſmatibus ſicco veſtigio tranſijt mare huius ſeculi magnum, & ſpatioſum, in quo diuerſa inimicorum genera, quæ ſecundum noſtrarum virium quantitatem, compenſato nobiſcum agone luctantur. Et quamuis *diues* eſſet gratia, & certificatus de remiſſione plenaria omnium delictorum vſque videlicet ad nouiſſimum quadrantem: quorum veniam: & gratiam, à domino poſtulauit multa cordis amaritudine. deplorans adoleſcentiæ vitam: non ſine culpa tranſactam: *pauperis tamen nec rem, nec nomẽ perdidit* vnquam, nã non ſolum pauper fuit affectu, & effectu, ex quo proiectis etiam femoralibus in faciẽ patris, nudum Chriſtum nudus eſt ſequutus (nemo enim aliquando fuit tàm auri, & argenti cupidus, quàm ipſe ſanctiſſimæ paupertatis, quam etiam dilectam ſororem appellare conſueuerat, ſed in ſe etiam oſtendit habere paupertatem gratiæ, nam ſeipſum adeò contempſit: ꝙ ſe maximum peccatorem reputauit, & confeſſus eſt nil eſſe, niſi fictile quoddam, & ſordidum vaſculum. cum in veritate vas eſſet ſanctificationis electum, & multiformis virtutum, & gratiæ adornatione prefulgidum, *factus* fuiſſet *felix* (vt hymni auctor ſubdit) *pro miſeris* videlicet ſubleuandis, quibus & meritis, & orationibus auxilium prębebat. *Aſſumptus cum apoſtolis &c.* Alludere videtur hymni auctor hoc verſu aſſumptioni apoſtolorum triũ Petri: Iacobi: & Ioannis, ſcriptura enim refert illos aſſumptos à Domino in montem excelſum, ibidemque transfiguratum fuiſſe ante eos, cui Diuus Petrus ait, Domine bonum eſt nos hic eſſe, ſi vis, faciamus hic tria tabernacula &c. In hoc tamen illa aſſumptio differt ab hac: quæ narratur ab auctore hymni, nam illa fuit vera, & realis, hæc in ſpiritu, ibi Dicit D. Petrus, faciamus: hic Diuus Franciſcus intulit Chr̃o fac &c. vnde verborũ ſenſus eſt. *Aſſumptus*

B. Franciſcus appellabat paupertatẽ: dilectam ſororem.

Matt. 17. c.

Beatus

Beatus videlicet Franciſcus, *cum apoſtolis* (In ſpiritu tamen) *in montem noui luminis : intulit* ; id eſt dixit concludendo, & concluſit dicendo, *fac ò domine in prędijs paupertatis*, id eſt in campis magnis & fructuoſis poſſeſſionibus paupertatis, tria tabernacula, id eſt vt precio tuo nutu erigam tres eccleſias, *ſecutus* in hoc *votum*, id eſt deſiderium, & voluntatem Simonis Petri, qui in mõte Thabor transfigurato Chriſto (ait) Bonum eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula &c. *quem* videlicet Franciſcum non *deſeruit*, id eſt dereliquit *numen*, id eſt poteſtas, & maieſtas, *vel omen*. i. vel auguriũ, & euẽtus huius Fortunati, & præcellentis nominis, vel uox (loquitur. n. hymni auctor pythagoreorum more, qui deorum non ſolum, ſed & hominum voces obſeruantes, vocabant illas omina) & benè dicitur, quòd *non deſeruit ipſum, numen, vel omen huius* præcellentis, & benè Fortunati *nominis*, nam ſemper fuit obediẽs: & cupiebat magis ſubeſſe, quam præeſſe, vnde generali cedens officio. Guardiani parebat voluntati, & ſocio ſuo (cum quo ire ſolitus erat) obedientiam promittebat, cui, & alijs quandoque dicebat, ita diligenter nouitio vnius horę obedirem, ſi mihi in guardianum daretur, ſicut antiquiſſimo & diſcretiſſimo fratri. *Legi, prophetæ gratiæ & conſenſus eſt, & gerens* Franciſcus dei ſeruus acceptiſſimus *gratum obſequium legi*, quam ad vnguem obſeruabat ductu ſpiritus domini, qui illi aderat & ipſum vnxerat : *Prophetæ*: cuius donũ, incerta & occulta ſibi manifeſta fiebant, & quæ circa ſe, ac fratres futura erant : luculenter aſpiciebat. Hinc in legenda ſua dicitur, quòd prophetarum ſpiritus multiplex, in tam multiformi plenitudine gratię requieuerit in eo, vt ipſius virtute mirifica, notitiam certam haberet longè diſtantium, ſecreta quoque proſpiceret cordium, necnõ & futurorũ prænunciaret euentus, vnde & ordinis ſui profectũ & dilatationem per dei clementiam in proximo fieri deberet (pro) nunciauit, & ad confortationem puſilli gregis ſui familiariter reſeraui. *Et gratiæ* : quam in vacuum non recepit vnquam, non obſtat ſe quòd cuidam interroganti ſibi, quomodo poſſet ſe reputare peccatorem maximum, maximè cum non eſſet latro, homicida, nec adulter, nec hæreticus &c. dixerit: quòd ſi illi, & ſimiles tantam à deo gratiam recepiſſent, quantam ipſe receperat, melius ea vterentur, feruentius deo ſeruirent, & multo maiora bona facerent *vel gerens gratum obſequium in* monte in quo aſſumptus eſt in ſpiritu, *legi*, id eſt Moyſi per quem lex data eſt, prophetæ, id eſt Heliæ (ſpiritu enim Chriſti accenſus cœpit (vt alter Hælias) veritatis amator exiſtere) *& gratiæ*, quæ per Ieſum Chriſtum facta eſt: quorum

Spiritu prophetico longè diſtantiũ notitiam habuit b. Franc. ſecreta cordiũ proſpexit, & futura prænunciauit.

Ioan. 1. c.

rum typum geſſerunt, Moyſes, Helias, & apoſtoli, *celebrat feſtū ſollenni officium trinitatis*, & hoc dum hoſpes, qui ſemper hoſpitibus dexteram porrigebat, & peregrinos ipſe peregrinus, hoſpitio recipiebat, virtutibus, & meritis plenus, *reparat*, ideſt erigit non ſolum domum vnam ſancti videlicet Damiani, de qua ei dixerat ter Chriſtus voce è cruce delapſa, Franciſce vade repara domum meã, quę (vt cernis) tota deſtruitur, ſed triplex hoſpitium, & tres eccleſias nutu dei pręuiſo ſub typo trium ordinum, in quo oſtendit, quòd Chriſti imitator fuerit pręcipuus; nam ſicut Chriſtus in primitiua eccleſia conſtituit tres ordines, apoſtolorum, euãgeliſtarum, & diſcipulorum, ſic Beatus Franciſcus inſtituit tres ordines, primus fuit fratrum minorum, contemplationi, & actioni prædicationis vacantium, ſecundus fuit ſororum, quæ ſorores ſanctæ Claræ hodie nuncupantur, tertius fuit fratrum de pænitentia, de quo poſſunt eſſe vxorati, & non clerici, & layci, viri, & mulieres, *Et dũ Chriſto conſecrat templum beatarum mentium*; Et nota quòd hymni auctor vocat tres illas eccleſias (quas erexit, ſub typo trium ordinum) hoſpitia; nam reuera ædes erant, quæ venientibus hoſpitibus, peregrinis, & errantibus gratis, & liberaliter patebant, & loca talia, quæ publicè parantur ad egenos, & aduenas recipiendos: non ineptè hoſpitia appellari poſſunt, *Domum, portam & tumulum*, ſenſus eſt, *ò pater Franciſce viſita domum, portam, & tumulum*. Quid autem per hæc intelligat hymni auctor explicat per ea, quæ infert, *& excita* videlicet tuis precibus, & meritis, *miſeram prolem Euæ à ſomno mortis*, ideſt in aliquibus mortuam in domo: in aliquibus mortuam, & delatam extra portam: & in aliquibus mortuam: & in ſepulchro, tumuloque iacentem: ſicut enim tria hæc mortuorum genera Chriſtus ad vitam reuocauit (vt patet apud euangeliſtas ſanctos) ſic rogamus vt Beatus Franciſcus, *excitet Euæ miſeram prolem*, à tribus differentijs peccatorum: per quas incurrit mortem, & mortis ſomnum, à peccato in corde, animo, voluntate, & mente, quo (ad filiæ archiſynagogi inſtar) mortua iacet in domo, à peccato, quòm conſenſus procedit in factum, quo (ad filij viduæ ciuitatis ſimilitudinem) extra domum effertur mortua, & à peccato in conſuetudine: quo (ad Lazari inſtar) tamquam mole terrena premitur, quaſi in ſepulchro iam fœtens. Amen.

Beatus Frãciſcus Chriſto cõformis in cõſtitutione trium ordinum fuit.

Hymni auctor: tres eccleſias, quas erexit Beatus Franciſc.⁹ hoſpitia vocat, & quare.

Mar. 5. c.
Luca 7. c.
Ioan. 11. c.

Hymnus

Hymnus ad matutinum in feſto ſancti Franciſci ordinis Minorum fundatoris.

SEquitur expoſitio hymni *In cæleſti collegio &c.* qui dicitur ad matutinum nocturnum in feſto Sancti Franciſci, in quo auctor: qui fuit Thomas Cardinalis de Capua, explicat D. Franciſcum lætum petiiſſe gloriã, eſſeque conſortem ſortis ſublimium in collegio cæleſti, eundemque commendat, quòd ſub coopertimento terræ ſefellerit æmulum noſtræ ſalutis, quòd mundum vicerit, & vitium, quòd in paupertatis prædio plantauerit vineam minorum: quòd allexerit turbam pauperum ad æternas diuitias, & illã vocauerit lingua operum ad delitias cæli, & tandem orat, vt locet diſcipulos ſuos precibus ſuis palatio ſummi regis. Ait ergo *In cæleſti collegio &c.* ſenſus eſt: *Franciſcus Florens gratia* in hac vita, & diuinis chariſmatibus clementer præuentus in hac miſeriarum valle, in qua *factus eſt forma*, id eſt exemplar *humilium*, ipſe in omnibus humilis, qua oneratos præ ſuperbia alleuiabat *in cæleſti* nunc *collegio*, i. multitudine, cõgregatione, ſocietate ſpirituum cæleſtium, beatarum mentium, & collegarum in vno honore poſitorum, *colitur*, id eſt veneratur, honoratur *nouus collega*, id eſt nouus in honore, & dignitate ſocius, Propriè enim collegæ ſunt in officio, id eſt ſimul qui leguntur ad aliquod officium agendum, vt ad pacem inter aliquos componendã, & verè collega nouus eſt in cæleſti curia D. Franciſcus, nam nouo modo ſelectus eſt ad pacem inter homines, & Deum componendam: ſuis enim precibus diuiſi vniuntur, & peccata tolluntur, quæ diuidunt inter nos, & Deum, veræ paci ſociat longinquos à ſalute: dicitur in vna antiphona tertij nocturni officij ſui, *Et in rolario ſanctorum producitur nouellus flos*, qui ſicut in vita floruit gratia, & virtibus, ſic nunc in cælo lætus *colitur*, id eſt fruitur gloria, *conſors*, id eſt ſocius factus eiuſdem ſortis, & fortunæ: *ſublimium*, id eſt in ſublimi cælorum exiſtentium, & in altum eleuatorum, quos ſacer coniungit amor, iuxta illud Cõſortes coniungit amor, ſocios labor vnus. *Metit de ſparſo ſemine &c.* ſenſus eſt, quo loco metens quod ſeminauit metit: & colligit *de ſemine ſparſo, manipulum plenæ meſſis*, in quo nec lolium, nec zizania, nec ſordes ſegetum, quæ colliguntur ad cõburendum, ſed tantum triticum eſt perpetuò ſeruandum in horreũ domini, & implet non tantum manum, & ſinum, ſed totum ſatiat appetitum iuxta illud Satiabor cum apparuerit gloria tua. *Fallens ſub terræ tegmine &c.* ſenſus eſt, & qui metit in cœlis plenæ meſſis manipulum de ſparſo ſemine verbi in terris, Prius quum in vita exi-

Sap. 3. 6.
G. 1. 1. c.
Am. 8. c.
Mt. 1. c.
Paupertatis
pretiũ qui eo
do. & facto
docuit bea-
tus Franci-
ſcus cur ſe-
quitur.
Eſai. 59. ſ.
Ioan. 4. c.
Luc. 10.
cap.
Pſal. 16.

ſteret, *ſefellit*, id eſt decepit ſub tegmine, id eſt cooperimento terræ id eſt terrenæ carnis, *æmulum*, id eſt inuidum, perſequutorem, *noſtræ ſalutis* diabolũ,

Sap. 1. c. Cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarũ, qui ſicut æmula ſenectus inuidere nobis videtur iucundioris ætatis felicitatem, ſic ipſe ſemper fuit, & erit, inuidus noſtræ ſalutis, *Hic carnis ſupercilium &c.* ſenſus eſt: hic beatus Franciſcus *ſubiecit*, id eſt ſuppoſuit *legi ſpiritus ſupercilium*, id eſt faſtum, & ſuperbiam, *carnis*,

Gal 5. c. Quæ ſemper concupiſcit aduerſus ſpiritum, & repugnat legi mẽ-

Rom. 8. c. tis, & ſui dominium, hoſte ſubacto domeſtico: pacificè poſſedit. *Vicit mundum*, ſenſus eſt, & *victor inclytus*, id eſt glorioſus, atque præclarus: *ſe victo vicit*, id eſt ſuperauit, debellauit, *mundum*, *& vitiũ*, nam captis armis cœlitus, & diuinis chariſmatibus præuentus clementer, ad plenum mutauit mores. *Lingua manus præambula &c.* ſenſus eſt, *& manus præambula*, id eſt ante ambulans, *verbo linguæ*

Act. 1. c. Cœpit enim (vt verus Chriſti imitator) prius facere, & poſtea docere, *Parauit ſemitam*, id eſt viam, Quam appellat hymni auctor ſemitam, quia reuera paupertatis via, quam facto, & verbo docuit, &

Paupertatis via quã uerbo, & facto docuit beatus Franciſcus cur ſemita dicatur.

prius facto, quàm verbo ſtricta eſt, & ſemita eſt duorum pedum, via videlicet adeò ſtricta: vt alter cum alio in tranſitu tranſire non poſſit, & à via plauſtorum diuerſa. Et ſemitam (ait) non callem, nam ſemita propriè hominum eſt, callis vero ferarum, ac pecudum, à calcando, vel à callo, quia callo pecorum produrata, & *ſecunda amplectuntur doctrinam proditam*, id eſt manifeſtatam, & declaratam: *facto*, & opere, Licet enim docuerit fratres omnia, quæ ſunt perfectionis, tam factis, quàm frequentia melliflui ſermonis, magis tamẽ facto docuit, quàm verbo, & prius facto, quàm verbo, hinc infra dicitur quòd vita, & doctrina ſplenduerit, & primo loco ponitur vita, ſecundo loco doctrina, & in legenda ſua dicitur, quòd viri quidam cœperunt ipſius in exordio ad pœnitentiam animari, & eidem (relictis omnibus) habitu, vitaque coniungi, quos fratres minores, cen ſuit vir humilis appellari: De quibus ſubdit hymni auctor. *In paupertatis prædio &c.* ſenſus eſt, & hic beatus *plantas vineam fratrum minorum in prædio paupertatis*, *Magiſterio vitæ*, videlicet propriæ, nã

Matt. 10. c. & Luc. 10. cap. mox vt audiuit apoſtolis, & diſcipulis dictum fuiſſe, vt non poſſiderent aurum, vel argentum, nec in zonis pecuniam: nec peram deferrent in via, nec duas haberent tunicas, nec virgam: calceamenta depoſuit, reiecit baculum, peram, & pecuniam abdicauit, vna contentus tunica: dimiſſa corrigiam: pro cingulo funem ſumpſit, ſicq; oſtendit illis *lineam*, id eſt normam, regulam, & formam *viuendi*, quibus (vt erroneum, & interminum callem cupiditatum præcluderet)

ait:

eis: euntes in eum, qui nutriet vos dominum; iactate cogitatum, *ad æternas diuitias &c.* ſenſus eſt; *& turbam pauperum*, ſpretis mundi diuitijs, *allexit*, ideſt blanditijs ſpiritualibus attraxit, vel potius induxit; *ad æternas diuitias*; *quos*, videlicet famelicos, de paupertatis horreo ſatiauit, ne deficerent in via, *& vocauit lingua operum ad delitias cœli* ſtabiles; exhortans omnes ad contemptum mundi, & delitiarum eiuſdem, quæ breui tranſeunt, ſuntque vt flos fœni; *Vita doctrina ſplenduit &c.* ſenſus eſt, qui etiam ſanctus Franciſcus vt *splenduit vita, & doctrina*, & prius vita, quã doctrina, quibus cepit vt alter Hælias veritatis æmulator exiſtere, cepit, & alios ad iuſtitiam perfectam inducere, cepit, & cęteros ad pœnitentiam inuitare, ſic *reſplendet*, *& miraculis*; Apparuit enim Deus mirabilis in omnibus ferè, quæ erant in ſancto iſto, In capillis, nam cum domus eiuſdem minaretur ruinam, ille modicum de capillis eius accepit, & in ſciſſuras poſuit, & domus firmata permanſit, quam fragilis ſancti viri capillus ſtabiliuit, In ore, nam ſi quem maledicebat, maledictus erat, quod patuit in Sue quadam, quæ cum comediſſet agnum manſuetiſſimum, illi maledixit, & ſtatim ſus illa mortua eſt, & in quadam puella, quæ cum eſſet lumine oculorum priuatã, mox curata eſt, quum de ſputo ſuo illius oculos liniuiſſet, In manibus, nam ſæpe panis ab eo tactus, infirmos comedentes ſanabat: & quum quidam inter niues gelidas deficeret, manibus ipſius contrectatus, mox fuit in corde, & corpore mirabiliter inflammatus, Nec mirum ſi illæ manus frigidos inflammabant, quæ ignitos carbunculos, ideſt Chriſti ſtigmata deferebant, In chorda, nam quum quidam cum deuotione ſeruaret chordam, qua vir ille dei fuerat accinctus, quoties chordam illam in aquam intingebat, omnes infirmi, qui ex illa aqua bibebant efficiebantur ſani. Et tandem in pedibus, nam quum oues, & boues in prouincia reatina peſtis conſumeret, quidam reſeruata aqua cum qua pedes ipſius loti fuerant, aſpergens illa animalia, mox omnis peſtilentia ab illis animalibus euanuit. De quo infert hymni auctor *ſic præfuit*, ideſt ſuper alios fuit, *quod profuit omnibus*, & nemini obfuit, ac per hoc fuit *populis via* dirigens in terram rectam, ne errarent, & *lucerna pedibus*, & lumen ſemitis, ne impingerent. *Summi regis palatio &c.* ſenſus eſt, o doctor doctus doctrice gratia, doctus experientia, & quem non homo docuit, & ideo doctis fuiſti in ſtuporem; *Loca diſcipulos tuos*, tuis precibus *palatio ſummi regis*, in quo ſublimatus es meritis, & virtutibus: *& premuni*, ideſt vndique firma, valla, & ſecurus

redde

redde *famulos Chriſti priuilegio ſalutis*, *vt ſequaces*, id eſt diligentes ſecutores *ſtellæ præuiæ*, eſt enim ſequax omnis generis nomen, & ſignificat eum: qui ſequitur aliquid vel imitatur, vel qui facilis eſt & aptus ad ſequendum quos aliquis trahatur. Et per ſtellam præuiã intelligere debemus beatum Franciſcum cuius animam: (quum ob dormiſſet in domino) vidit vir pius quidam ex fratribus, & diſcipulis eius ſub ſpecie ſtellæ præfulgidæ, & candidæ ſubuectam nubecula: ſuper aquas multas in cœlum recto tramite conſcendere. *De tenebris miſeriæ*, *quæramus patrem gratiæ*, & tandem ſimus conſortes gloriæ, ad quam nos perducat ſua gratia. Amen.

Hymnus in feſto ſancti Franciſci ad laudes.

SEquitur expoſitio hymni *Plaude turba paupercula &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto ſancti Franciſci in quo auctor: qui fuit dominus Raynerius Cardinalis de Viterbio, inuitat deuotorum turbam minorum fratrum pauperculorum, vt manibus repræſentet gaudium, eo quoniã ditata eſt paupere patre, & conditore, de quo explicat: quòd ſimplex fuerit, rectus, humilis, & amabilis, cultor pacis, & multa alia prædicat de eo: (vt videbitur in expoſitione literæ) tandem ſupplex orat hunc verorum pauperum patrem, vt ſuis precibus faciat nos pauperes ſpiritu, & exceptos ab interitu, reddat conſortes ſuperum, Ait ergo *Plaude turba paupercula &c.* id eſt: ò *turba paupercula*, quæ in prædijs paupertatis ædificata es, & plantata, *ditata patre* Frãciſco *paupere*, *Plaude*, id eſt manibus repræſenta gaudium, lætitiã oſtende manibus pulſando, ſtrepitumque faciendo, *& propina.i.* in potum miniſtra: *pocula laudis*. nunquã enim deficit materia laudis, quia nunquam deficit copia laudatoris, adeſt enim ratio non tacendi, Vbi nota quòd ſumitur quãdoq; poculũ pro vaſe quo bibitur à potione dictum, ſumitur etiam, & pro potu ipſo, vel potione, at hoc loci pro potu ipſo ponitur, *depreſſa*, id eſt expreſſa, vel premendo extracta, *vbere ſacro* Subſtantiuum enim nomen eſt vber, & ſignificat hoc loci mamillam, vel mammam, & lactis receptaculum in fœmina, quo fœtum educat: Pocula enim laudis, quæ exprimuntur ab vbere, & pectore infidelium, & peccatorum, non placẽt domino, Neq; enim ſpecioſa laus eſt in ore peccatoris, pocula enim illorum acetoſa ſunt, & uina felle mixta, hinc legitur, quòd quum guſtaſſet noluit bibere, at quæ exprimuntur ab vbere, & pectore fidelium placent vtique deo, & magis, quæ exprimuntur ab vbere, & pe-

Vber quid nobis ſignificet hoc loci.

Eccl. 15.

Matt. 27. c.

ſtore ſacro, & mundo fidelium pauperculorum, quę verè digna ſunt *Cant.* 7. c.
dilecto meo ad potandum (ait ſponſa) quibus dicit dominus Date *Ioan.* 4. c.
mihi bibere, quia ſitio, Et ſitiui, & dediſtis mihi bibere, quos po- *Matt.* 25. c.
tat ipſe poſtea torrente voluptatis ſuę, & aqua ſapientiæ ſalutaris *pſal.* 35.
His videlicet beatus Franciſcus *ſimplex*, columbina ſimplicitate, ſic *Eccl.* 15. c.
enim optat ſuos Chriſtus quibus ait: Eſtote prudentes ſicut ſerpen- *Matt.* 10. c.
tes, & ſimplices ſicut columbæ; Cum quibus ſimplicibus eſt ſer- *Pro.* 3. c.
mocinatio eius (ait Salomon) Et non inuenitur niſi ab his: qui quę- *Sap.* 1. c.
runt illum in ſimplicitate cordis, de quibus (ait Salomon) melior *Pro.* 28. c.
eſt pauper ambulans in ſimplicitate cordis, quàm diues in prauis iti-
neribus *Rectus* videlicet corde, quibus: quàm bonus eſt Deus di-
cente Dauide, Quàm bonus yſrael Deus his: qui recto ſunt corde; *pſal.* 72.
quibus benefacit, alioqui nõ diceret Dauid ſanctus, Benefac domi- *pſal.* 124.
ne bonis; & rectis corde, & recti cum ſint: deducit eos per vias re- *Sap.* 10. c.
ctas: In his duobus ſanctus iſte ab auctore hymni laudatur, in qui-
bus, ore diuino laudatus eſt *Iob* (ait enim deus ad ſatan) Nunquid
conſideraſti ſeruum meum Iob: quòd non ſit ei ſimilis in terra, ho- *Iob.* 1. c.
mo ſimplex, & rectus? *Humilis*) de ſe enim nunquam altè ſenſit, quo-
niam ſciebat, quòd Deponat dominus potentes de ſede, & exaltet *Luca* 1. c.
humiles: & quòd ſuperbis reſiſtat, humilibus autem dat gratiam;
hinc generalatus tenuit officium: guardianum, cui obediret vſque
ad mortem, voluit habere, fratribus ſeruiebat, eccleſias ſcopebat,
& loca, vt oſtenderet humilia officia ſibi eſſe grata: *Amabilis cultor*
pacis; ſciebat enim quòd Regnum dei non erat eſca, & potus, ſed iu-
ſtitia, & pax: & q Deus noſter non erat deus diſſenſionis, ſed pa- *I. Pet.* 5. c.
cis, cuius pacis exercitium habebat maximè, in ſalutando, prædicã- *Rom.* 14. c.
do, & conuerſando, Vbi ſciendum: quòd ly *amabilis*: poteſt eſſe no- 1. *Cor.* 14. c.
minatiuus caſus, & coniungi nomini *cultor*, vt ſit ſenſus, *amabilis*
cultor pacis, poteſt eſſe etiam caſus genitiuus, & coniungi nomini
illi quod eſt *pacis*, vt ſit ſenſus, fuit *cultor*, ideſt amicus: *pacis ama-*
bilis, ideſt dignæ amari: *Lumen in vaſe* fictili, ideſt terreo, & cre-
teo, quod factum eſt de terra, & creta, & vas terreum fictile dici-
cit, quaſi fictum, & compoſitum, vt aliquam formam habeat: & gę-
rere lumen dicitur, & theſaurum gratiæ: *in vaſe fictili*, vt ſublimi-
tas, ideſt altitudo ſuæ perfectionis, in vita: ſignis, & documentis ſit 2. *Cor.* 4. c.
virtutis dei, ideſt deo, aſcribatur, non ſuæ fragilitati: *Ardens*, &
lucens in fragili vaſe, & corpore, quòd citò frangi poteſt, non quòd
corpus, (quod eſt pars integralis hominis) ſit huius theſauri ſubie-
ctum immediatum: ſed anima: quoniam tamen ſubiectum animæ
eſt corpus, ideo non in corpore peregrinantes: dicimur theſaurum

ſiſtum habere in vaſis fictilibus & ardere, & lucere in vaſis fragilibus. *Veli contectus tegmine, & c.* ordo verborum eſt : *& contectus*, ideſt coopertus. Venit enim à contegor, geris, contectus ſum, vel (vt alij legunt) *contentus*. Et hic contentus, non eſt participium, ſed nomen, & ſignificat eum, qui ſatiatus eſt, neque quicquam præterea deſiderat, *vili tegmine*, ideſt abiecto, & aſpero cooperimento, vel veſtimento. Veſtis enim horrebat mollitiem: aſperitatem amabat; aſſerens propter hoc Ioan. Baptiſtam à domino fuiſſe laudatum
Math. 11.
experientia enim certa didicerat, dæmones aſperitate terreri, delitioſis autem, & mollibus ad tentandum fortius animari, vna tantum contentus tunicula in frigore, & nuditate, domino ſeruiebat, & ſi in ſibi data tunica aliquando lenitatem ſentiebat, cordulis eam contexerat interius, quia non in calulis pauperum, ſed in palatijs
Vbi ſupra.
regum, iuxta veritatis verbum, veſtimentorum dicebat requirendá mollitiem, Et quia rudi, vili, groſſo, ac deſpectu veſtimento in vita preſenti vſus eſt, non mirum ſi cum D. Ioan. euangeliſta apparens fratri Petro de monticello, glorioſior eo in veſtitu viſus eſt, & cauſſa data eſt à Beato Ioanne, Fratri Petro interroganti, quia in preſenti vilioribus eo fuit indutus. *Caleſcens*, ideſt factus calidus, *ſancto flamine*, ideſt vento flante, hoc eſt ſpiritu ſancto, *vicit*, ideſt ſuperauit, *algorem*, ideſt frigus vehementius. *Dum geſtat, vel geſſit*, ideſt defert, vel detulit, *ſtigmata*, ideſt ſigna paſſionis Chriſti cauma, ideſt incendio, & inflammatione plena, Significat enim cauma. tis. neutri generis, incendium, quod ex amore tantum eſt homini, *carnem, mundumque conterens & c.* ſenſus eſt; *conterens*, ideſt in puluerem redigens : *carnem*, *& mundum* cum concupiſcentijs eorum, & *hoſtes malignos proterens*, ideſt procul terens, & debellans, & pedibus conculcans, *victor meruit auream*, vel torquem, vel coronam, *& aureolam dum datur*, Vbi aduertendum: quòd per auream, quam victor meruit hic ſanctus, intelligit hymni auctor premium eſſentiale, quod conſiſtit in viſione dei, & per aureolam intelligit premium accidétale, & quoddam priuilegiatum premium priuilegiatę perſonæ reſpondens, Et in martyribus, qui pro Chriſto ſanguinem fuderunt eſt torques, vel corona roſea propter purpureum colorem martyribus reſpondentem: Et in Virginibus: qui, & quæ incontaminatam ſeruauerunt & corporis, & animi caſtitatem eſt candida, quòd virgineæ puritatis candor ſit index, Et in doctoribus : & prædicatoribus: qui doctrinam ſacræ fidei ſuo labore elucidarunt, vel docendo, vel ſcribendo (ſcripta enim componere quidam docendi modus eſt) eſt aurea, nam aurea inſigniuntur tor-

quę

que tales, tum quod aureum diuinorum eloquiorum ſplendorem ĩ ſcripturę inſinuat, tum quòd apud priſcos, ſapientes: torque aurea adornari fuerint ſoliti, quod colli, & pectoris eſt ornamentum. Vnde (Salomon ait) vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo, Pro. 1.c. ſenſus igitur verborum eſt: hic *victor* almus *meruit auream.* i. premium eſſentiale: quod conſiſtit in viſione dei, & vt capiti ſuo imponeretur corona gloriæ, & aureola, quod eſt premium accidentale, ideſt torquem auream: quæ debetur doctoribus: vel predicatoribus, *dum docent*, vel ſcripta componunt, qui hoſtem non ſolum à ſe, ſed à cordibus hominum remouerunt, vel docendo vel ſcribendo in ſacra theologia, vel torquem roſeam: quæ debetur martyribus ſiue re, ſiue deſiderio, vel candidam: quæ debetur virginibus, ob virginitatis priuilegium, quas omnes aureolas meruit Beatus Franciſcus: qui etiam fuit laureatus vt victor; coronatus vt ſanctus: & ſacris ſtigmatibus ſignatus vt ſuper omnes dilectus. *Pauper nudus egreditur &c.* ſenſus eſt, & hic ſanctus *egreditur* de mundo: *pauper nudus*, in morte enim ſe denudauit, vt fœdus, qđ cũ ſancta paupertate inierat, nõ ſolum in vita, ſed in morte ſeruaret, ſicut pauper: & nudus egreſſus eſt è ſeculo, vt ſe ſeruitio: & cultui dei dedicaret, legitur enim quod ductus ad loci præſulem ſua patri reſignat, nuduſque manens exulem in mundo ſe deſignat. *Cælum diues ingreditur*, qui diuitias cœlo condidit ore, & manu, indequè *ſpargit munera uirtutum*, & qui in vita leproſis factus eſt obſequio, quos deſpexit antequam mutaretur mirificè dexteræ excelſi, in patria exiſtens, precibus, & meritis ſuis, *profligat*, ideſt deijcit, ſternit, ad perniciem deducit diſſipat, & curat *vulnera ægris*, ideſt in ægris, & ab ægris, *verorum pater pauperũ &c.* ſenſus ẽ, ò *pater uerorum pauperum, fac nos*: tuis precibus, *pauperes ſpiritu*, & nos *ereptos*, ideſt liberatos *ab interitu*, ideſt morte ſecunda *redde* tuis meritis *conſortes*, ideſt ſocios, *ſuperum*, ideſt ſupernorum ſpirituum cæleſtium, & ſuperius habitantium, & ſupera alta tenentium. *Patri, nato &c.* ſenſus eſt: *decus, gloria, & honor*: *ſit patri, nato: & paraclito*, ideſt trinitati perſonarum in vnitate eſſentiæ, *& ſint*, ideſt reddantur nobis *æterna gaudia merito*, ideſt gratia huius ſancti. Amen.

Hymnus in ſecundis veſperis in feſto Sancti Franciſti.

Auctor huius fuit dominus Cardinalis Thomas de Capua.

SEQVITVR expoſitio hymni. *Decus morum &c.* qui dicitur in ſecundis veſperis in feſto ſancti Franciſci, In quo auctor, qui fuit Dominus Thomas Cardinalis de Capua, celebrat D. Franciſcũ vocans ipſum decus morum, & ducem minorum, Dicit ipſum ſublatum ſolo, & datũ polo, quod oſtendunt, & probant opera ſignorum. Hortatur omnes ad ſui ſequclam, & vt illi iungantur: qui ex ægypto exeunt, & tandem orat, vt ſuis precibus, & meritis conducat nos, & inducat ad cænam agni prouidi, Ait ergo, *decus morum &c.* ordo verborum eſt: *in te uite o Chriſte redemptor omnium*: qui es vitis vera, ac per hoc ly *vite* ablatiuus caſus eſt, huius nominis hæc vitis, huius vitis, & ordinari debet cum ablatiuo illo *in te datur vitę*: ſupple tu beatæ Franciſcus *tenens brauium*, ideſt lauream, palmam, & pręmium curſus, qui fuit, ſupple in vita pręſenti exiſtens, *Decus*, ideſt bonor: *morum*, & dux minorum, cuius ordinis cum alijs duobus fuit ipſe inſtitutor dux, & caput, *Plaudet frater*, ideſt lętitiã oſtẽdat manibus pulſando: *frater*: ſiue primi, ſiue ſecundi: ſiue tertij ordinis, tres enim ordines ordinauit, atque inſtituit. *Regnat pater*, ideſt ideo plaudat manibus pulſando, & lætitiam oſtendendo, quia *pater* Franciſcus *regnat conciuis*, ideſt conſocius: & cohabitator *ciuibus cæli*. *Cadat fletus*, ideſt quæ enim cauſſa fletus cum abſterſerit deus omnem lachrymam ab oculis eius, & verum ſit quod B. Ioannes in Apoc. intonuit, Et mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra? quare iuſtè ait hymni auctor

Apoc. 21. c.

cadat .i. det locum: *fletus*; & *pſallat cætus*: credentium in terra, & *cęlum*, ideſt cæleſtes ſpiritus: *exultent laudibus*. *Demptum ſolo &c.* ſenſus eſt: hunc *demptum*, ideſt amotum eſſe à *ſolo*, ideſt à terra, clarum eſt ſupple, Sed unde probas: quòd verum ſit hunc ęſſe *datum polo*, ideſt cœlo? Reſpondet hymni auctor, *probant hoc ſignorum opera*, nam ad inuocationem eius, mirabilia fecit deus, ex quo concluditur: quòd *viuat*, *nam adiuit*, ideſt acquiſiuit, vel iuit, & & intrauit *ad æterna Chriſti munera*. *Pro terrenis &c.* ſenſus eſt: quo loco *pro terrenis*, quæ contempſit propter deum, *votis*, ideſt deſiderijs: *plenis reportat dona glorię*, quem tu *ſummę clementiæ deus decoras*: *& honoras*: ſcriptũ eſt .n. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus: qui eſt in cœlis, & iuſtum eſt: nam ſi qui contemnunt te, erunt ignobiles, iuſtum eſt etiam: vt qui honori-

Ioan. 12. c.
1. Reg. 2. c.

norificant te, glorificentur à te, *Hunc ſequātur &c.* ſenſus eſt: *qui ex ægypto*, & à peccatorum tenebris, *exeunt*, ſi volunt cum hoc decorari, & honorari à ſummæ clementiæ deo, *hunc ſequantur*, *& huic iungantur* dictis, & factis, *In quo duce: clara luce: prodeunt*, ideſt manifeſtantur, *vexilla regis*, ideſt ſtigmata Chriſti, de eo enim ait Gregorius Papa nonus, in proſa, quam de ipſo fecit, in cuius ſacro corpore vexillum crucis cernitur, Franciſcus princeps inclytus ſignum regale baiulat, de quo & hymni auctor ſubdit. *regis ſignum, ducem dignum inſignit manu lathere*: adde tu, & pedibus, Eſt enim inſignire per impreſſionem caracteris, ſiue ſtigmatis, & cicatricis cōſignare, & notabilem facere, & certum eſt non ſolum habuiſſe angelum hunc, vel angelicum virum, de quo forſan intelligitur dictum D. Ioan. ad litteram (ſi domino Bonauen. Cardinali credimus) qui dicit, quòd de hoc fuerit diuinitus edoct⁹: cum eſſet generalis ordinis, & vellet prędicare de Beato Franciſco in loco Sanctæ Mariæ de portiuncula) ſignum dei viui in latere: & in volis manuum, ſed & pedum, hinc de eo Gregorius nonus in antiphona, quam fecit de eo, quæ incipit, Plange turba paupercula (ait) & prode Chriſto ſtigmata lateris, pedū, manuum. Et dominus Raynerius Cardinalis de Viterbio in antiphona illa famoſiſſima, quam de eo compoſuit, cuius initium eſt) *(cœlorum candor ſplenduit)* ait, cui ſeraph. apparuit ſignans cum charactere in volis plantis, ideſt in parte media manuum, & pedum, & latere, quamuis de laterali vulnere non fiat mentio in legenda Breuiarij Romani, forſan quia non ita apparebat, vt veſtigia clauorum in manibus: & pedibus: quamuis & iſta occultaſſet quantum poterat, vnde ex tunc calceatus inceſſit, vt pedum ſtigmata cooperiret, *Lux accedit, nox recedit: iam lucis orto ſidere*, & non ſolum hæc intelligenda ſunt, vt hinc diſcamus: quòd ſummo mane: in feſto Exaltationis Sanctæ Crucis facta fuerit ſtigmatizatio, ſed vt ex hoc diſcamus: quòd mons alnernæ, quum hęc fierent, ad crucifixi præſentiam, totus luce aurea refulſerit, & nimio ſplendore dominus apparuerit, lux vera, & ſol per omnia illuminans. *Eſt dux fidus &c.* ſenſus eſt, & quòd hunc ſequamur, & huic iungamur dignum eſt, nam *eſt dux fidus*, ideſt fidelis, cui fidendum eſt in omnibus, vnde non eſt timendum quòd ducat nos per inuia, & vt in foueam cadamus, *eſt, & clarum ſidus*, veniens ab ortu ſolis, ideſt de ciuitate Aſſiſij ad orientem poſita, vnde non eſt timenda offenſio, *hoc enim duce clara luce*: videmus peccatorum tenebras, cuius radius, & ſplendor, *ducit & reducit deuia*, ideſt à recta via remota in viam veritatis *deuitando*, & decli-

Apoc. 7. c.

 nando,

nando, ne impingant ad extrema ſupplicia, *& oſtendendo illis & nobis gaudia beata, mina gregem &c.* ſenſus eſt, *ò dux colliſor*, ideſt debellator, & proſtrator *callidi*, ideſt aſtuti, ingenioſi, malitioſi, *hoſtis*, Franciſce ſupple (de quo ſermo) *mina*, ideſt duc *gregem*, ouium tuarum ad *regem*, ſupple gloriæ Chriſtum cui conformis fuiſti in omnibus, & cui à patre cæleſti datus es pro paſſionis ſuæ ſignifero, *& conducas nos* oramus tuis precibus, & meritis, *et inducas*, ideſt introducas, *ad cœnam agni prouidi*, Hoc loco prouidi, Genitiuus caſus eſt, & conſtruitur cum agni, vnde autem ſumitur ex hymno videlicet paſchali: nominatiuus pluralis eſt. Vnde ſenſus eſt, oramus, vt introducas nos intercelſſionibus tuis, *ad cœnam agni prouidi*, ideſt Chriſti, qui agnus dicitur prouidus, quia vndique circunſpectus, prudens, & ſolers, qui non modo præſentia, & quæ ante pedes ſunt, ſed etiam futura proſpicit. Amen.

Hymnus ad veſperas in feſto omnium Sanctorum.

S Equitur expoſitio hymni. *Chriſte redemptor omnium etc.* qui dicitur ad veſperas, & ad matutinum nocturnum, in feſto omnium ſanctorum, in quo auctor dirigit orationem, & ſupplicationem ad omnes ſanctorum ordines, & gradus, incipiendo à deo, & Chriſto, vt à nobis abigant, & propellant prçterita, præſentia, & futura mala, & de finibus credétium gentem perfidam remoueant, ille videlicet deus auctoritate, potentia, & imperio ſuo, cæteri vero ſanctorum chori, ſuis interceſſionibus, precibus, & meritis, Ait ergo. *Chriſte redemptor omnium &c.* ideſt ò *Chriſte* à chriſmate dicte, quaſi chrismate vncte,
Pſal.44. quem deus vnxit oleo exultationis præ participibus ſuis, qui anto-
Chriſti nomẽ cõe olim regibus, & ſacerdotib⁹. nomaſticè proprio nomine diceris Chriſtus (commune enim nomen hoc erat olim regibus, & ſacerdotibus, quia qui ad regnum, & ad ſacerdotium vocabantur, inungebantur, & Chriſti dicebantur hinc Dauid ad adoleſcentem amalechitam de Saule rege yſrael ait,
2. reg. 1. c. Quare non timuiſti mittere manum tuam, vt occideres Chriſtum
pſal. 104. domini? de ſacerdotibus vero ait pſalmiſta, Nolite tangere Chriſtos meos) quia verus rex, & ſacerdos fuiſti, & chrismate vnctus,
Ioan. 3. c. ideſt ſeptem donis ſpiritus s. plenariè delibutus, Neque enim ad mẽſuram, parcè, & mediocriter, dedit tibi deus ſpiritum, ſed effusè largiter, plenè, De cuius plenitudine omnes accepimus Ioan. 1. c.
Quomõ Chriſtus redemptor omniũ, *Redemptor omnium &c.* ideſt qui es redemptor omnium in ſanguine tuo ſufficienter, at efficienter electorum tantùm, & maximè fidelium fide, & opere, qui diceris redemptor horum non principaliter

liter; nam trinitas quippè ſuper glorioſa, eſt principalis ſaluator, & redemptor noſter, ſed quia hæc, per Chriſti myſteria nos redemit, ſanguis enim (quem pro multis effundendum eſſe dixit Chriſtus in remiſſionem peccatorum) Chriſti hominis, & carnis: ex virginis ſanguinibus puriſſimis, coagulatæ, & in vnitatem perſonæ filij dei aſſumptæ, ſanguis fuit, Hinc rectè, & verè etiam ipſe ſecundum quod dictum eſt, ſaluator, & redemptor dicitur fidelium, *Conſerua tuos famulos*, ideſt ſeruulos, quos non neceſſitas, coactio, & timor, ſed voluntas, & rationalis affectio, & amor, miniſtros tuos effecit, & ſeruos, Et licet nulla ſeruitus turpior, quàm voluntaria, qua libidini quis ſeruit, auaritiæ, ambitioni, quibus ſeruire, non eſt niſi viliter ſubeſſe, nulla tamen ſeruitus altior, excellentior, & honoratior, quàm voluntaria, qua quis deo ſeruit, Cui ſeruire, regnare eſt, hos igitur ſeruos, & famulos ſperantes in te, tibi ex corde, & voluntariè ſeruientes, *conſerua* (domine) ea cõſeruatione, qua conſeruari abſte petijt. s. Dauid dicens, Conſerua me domine quoniam ſperaui in te *conſerua*, ideſt continuè ſerua, ſimul cum alijs ſerua, qui enim cum alijs ſunt, facilius ſeruantur, & curantur, quia dominus eſt cum eis, hinc in ecclesiaſte Salomon ait, Melius eſt duos eſſe ſimul, quàm vnum, habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ, ſi vnus ceciderit, ab altero fulcietur, hęc oratiò, ò domine deberet eſſe efficax, qui non pro vno particulari tantum, ſed pro pluribus, nam non (ait hymni auctor) *conſerua me*, ſed *tuos famulos*, & D. Gregorius ait, Multũ preces ſuas valere efficit, qui eas pro alijs effundit, *conſerua* igitur domine, ideſt à malis præſerua, & in gratia cuſtodi ſeruos, *& famulos tuos*, ò domine *placatus ſanctis precibus beatæ ſemper virginis*, vt ſit ſenſus, & quod non vis dare, nec debes propter noſtra merita, quibus Pauperes facti ſumus nimis, da *placatus ſanctis precibus beatæ ſemper virginis* matris tuę, & meritis eiuſdem, quæ tam potens eſt aduocata noſtra apud te, ad quam ſi reſpicias, certi ſumus, quòd propter offenſas, & crimina noſtra non ſubtrahes nobis hanc conſeruationem, quam petimus, *Beata quoque agmina &c.* ſenſus eſt, ò *beata agmina*, ideſt ordinatę multitudines, vt eſt exercitus incedentis, ſocietates, chori, & ordines *cæleſtium ſpirituum*, ideſt angelorũ quos facit dominus ſpiritus, vt inſpirent hominibus tuam facere voluntatem, vocat autem hymni auctor, & ſanctus Dauid mentes illas beatas, ſpiritus, vt ex hoc diſcas celeritatem, & vim earum, & vt doceant eas eſſe ab omni admixtione corporum puras, atque ſinceras *Pellite*, ideſt remouere à nobis *præterita, præſentia, & futura mala*

et quomodo Trinitas.

Matt. 26. c.

Sicut nulla ſeruitus turpior quã ea, qua quia ſeruit libidini, ſic nulla honoratio ea, qua quis ſeruit deo.

pſal. 15.

Eccle. 4. c.

Oratio efficax quę pro multis porrigitur.

pſal. 78.

pſal. 103.

Cur David vocat mentes beatas, nomine ſpiritus.

mala, & indulgentiam eorum veſtris precibus impetrate, *preterita* quidem, vt data facili venia dei gratia aboleantur cum dolore noſtro, & planctu, *præſentia*, & eminentia, vt veſtro patrocinio, & auxilio, euadamus, *& futura*, vt euitemus, & præcaueamus, ne eueniant nobis, & in illa prolabamur, vel pellite præterita mala, ita vt deleantur præſentia, vt minuantur, & futura, vt auertantur, & nedum precamur à malis culpę liberati ſuffragio cęleſtium ſpirituum, ſed à malis pœnæ, quæ iuſte patimur pro peccatis noſtris, quę & ſi aperiant oculos, quos culpa clauſit, timemus tamen ne illis ſupra id quod poſſumus grauati, per impatientiam corruamus, & ſuperemur. *vates ęterni iudicis*, ſenſus eſt ò *vates*, ideſt prophętæ omnes, peculiarem vnum ſanctorum conſtituentes ordinem, & chorum, Et nomine vatum, & prophætarum intelligimus non tantum illos, qui futura de longè prænunciarunt corde præſago Chriſtum affuturum, ſed & qui digito, vel indice ipſum iam adeſſe monſtrarunt, vt fecit maximus vatum Ioannes Baptiſta, qui Chriſti teſtimonio dictus eſt pluſquam prophęta, ac per hoc inter eos principem locum tenet, quos meritò, & rectè, *vates æterni iudicis* vocat hymni auctor, quia ferè omnes teſtimonium de aduentu domini ad iudicium dederunt, cui pater iudicium dedit, quique ab eodem conſtitutus eſt iudex viuorum, & mortuorum, hinc dicitur, Dominus iudicabit fines terræ iudicabit orbem terræ in ęquitate, & populos in veritate ſua (ait Dauid) & alibi, Quoniã venit (inquid) iudicare terram, iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate, ſcriptura omnẽ linguam (ait) reſiſtentem tibi in iudicio iudicabis, & in Iohele, dicitur Sedebo in valle Ioſaphat, vt iudicem omnes gentes in circuitu, ſi vellem adducere omnes, qui de aduentu domini ad iudicium, vaticinati ſunt, vnius diei tempus non ſufficeret, Et quid dicam de ſanctiſſimo Baptiſta? certè & is vates æterni iudicis fuit, ait enim de eo euangeliſta, cuius ventilabrum in manu eius, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni inextinguibili, ò igitur *vates*, & prophætæ, *æterni iudicis*, ideſt qui vaticinati eſtis de æterno iudice, à quibus non eſt excludendus, qui pluſquam prophæta eſt, & ò *apoſtoli domini*, ideſt nũcij, & miſſi à domino, qui ait Sicut miſit me pater, & ego mitto vos, vocauit (ait alibi euangeliſta) diſcipulos ſuos, elegit duodecim ex eis: quos & apoſtolos nominauit, ideſt miſſos, Apoſtolos enim gręcè, lyſan hæbraicè: & miſſus latinè dicitur à po, quod eſt de, & ſtolus, miſſus, quaſi demiſſus, ideſt à deo miſſus: & miſit illos dicens In viam gentium ne abieritis *ſupplicit*er ex-

Cur prophætæ vates dicuntur æterni iudicis.

Ioan. 5. c.
Act. 10. c.
1. reg. 2.
pſal. 95.
pſal. 97.
Eſai. 54. c.
Iohel. 3. c.
Matt. 3. c.
Ioan. 20. c.
Luca 6. c.

Vnde gręcũ nomen apoſtolus.

Matt. 10. c.

ter expoſcimus, & flexis poplitibus *veſtris precibus ſaluari à domino* qui ſi voluntatem bonam timentium ſe facit; & deprecationem eorum exaudit, Dubitare forſan debemus quòd non exaudiet vos nūc, orantes pro nobis, quare oratio ex maiore, & admodum perfecta charitate procedit? ſaluari igitur petimus enixè, & cupientes rogamus veſtris precibus, auxilium veſtrum quærimus, qui didiciſtis ex his, quæ paſſi eſtis compaſſionem, ſaluari petimus veſtro ſuffragio, at non ſine noſtris meritis proprijs, quæ etiam fatemur dei dona eſſe, ſine quibus nemo adultæ ætatis, & rationis compos, ſaluari poteſt. Beatitudo enim finis vltimus, & facultatem humanæ naturę excedens, attingitur operatione, quæ eſt meritoria finis, veniturque ex gratia, & meritis præcedentibus, Hæc eſt ſpes noſtra, & credimus, immo aſſerimus quòd ſine meritis aliquid ſperare non ſpes, ſed præſumptio dici poteſt, Spes enim certa eſt expectatio futuræ beatitudinis veniens ex gratia dei, & meritis pręcedentibus (vt dicit Haymo) à quo accepit magiſter ſen. *Martyres dei inclyti etc.* & intelligi debet ita vt ly *martyres, & inclyti*, ſint vocatiui plurales, & ly *inclyti* referatur ad ly *martyrires*, non ad ly *dei*, cum vocatiuus ſit, & vocandi caſus, non autem gignendi caſus: vt ſit ſenſus, *ò inclyti*, nobiles, glorioſi, excellentes, inſignes, & veluti fulgore quoddā famæ reſplendentes, *martyres* græcè, .i. teſtes latinè *dei*, & Chri ēt, qui propter teſtimoniū dei, & Chri paſſiones ſuſtinuiſtis, & vſq; ad mortem pro veritate certaſtis, Vbi aduertendum quòd hoc loci nos inuocamus martyres omnes, non tantum nece, ſed qui nece ſunt, & voluntate tales (vt Stephanus, & alij) qui voluntate, non nece, (vt Ioannes Euangeliſta) & qui nece, non voluntate (vt innocentes) hæc tria martyrum genera diſtinguit beatus Bernardus, & ò *confeſſores lucidi* nunc, & lumine gloriæ ſplendidi, qui prius fuiſtis in conuerſatione puri, exemplares, caſti, & fulgentes, quique prædicationibus, & doctrinis in Chriſti confeſſione perſeueraſtis, & mundum illuminaſtis, vnde non mirum, ſi nūc fulgetis quaſi ſplendor firmamenti, & ſicut ſtellę in perpetuas æternitates *veſtris orationibus*, ideſt precibus interceſſionibus, & pijs interuentionibus, quibus in nobis, & pro nobis militatis; *ferte nos in cæleſtibus* regnis, ideſt impetrate nobis omnia ad ſalutem neceſſaria, quorum medio ad veſtram ſocietatem, & coetum perducamur, ſcimus quòd non debemus de veſtra pia erga nos ſolicitudine dubitare, quandoquidem non ſine nobis conſummandi eſtis, Abſit à vobis ò animæ ſanctæ ęgyptia illa crudelitas pyncernę Pharaonis, qui in gradum priſtinum reſtitutus, ſtatim oblitus eſt Ioſeph ſancti, qui in carcere

Pſal. 144.

ſuffragio sāctorū ſaluamur, & non ſine noſtris proprijs meritis.

3. ſē diſt. 26

Martyrum tria genera.

Dan. 12. c.

Hebr. 11. c.

Nō eſt in sāctis pyncerneae

-tene-

na Pharao nis crudelitas, vt noſtri obliuiſcantur.

Gen. 40. c.
1. cor. 6. c.
Gen. 2. c.
Iob. 19. c.
Matt. 15. c.

tenebatur, non enim erant vnius capitis membra, quæ enim pars fidelis (ait D. Paulus) cum infideli? & quæ ſocietas yſraelitæ ad ægiptium? non plus certè, quàm luci ad tenebras, & tritico ad paleas, at nos vobiſcum; & contra, vnà membra ſumus vnius capitis, & vos habere noſcimus in ipſa humanitate conſortes, quibus generali quadam cognatione coniungimur, vnde præſumendum eſt, vos nō poſſe deſpicere os de oſſibus veſtris, & carnem de carne veſtra, Memores igitur eſtote, & miſeremini noſtri omnium, ſaltem vos amici noſtri, & *ferte nos veſtris precibus in cœleſtibus* regnis, qui tanquā catelli ſaturari cupimus nedum, ſed & ſuſtentari de micis, quæ cadunt de menſa domini noſtri ditiſſimi regis, Debebat dicere hymni auctor ferte nos in cœleſtia, cum præpoſitio in iuncta verbo ſignificanti motum ad locum, accuſandi caſum poſcat, non auferendi, ſed vt conſonantiam carminis huius cum præcedente immediatè in cadentia ſyllabarum, & vocum (puta orationibus, & cœleſtibus) ſeruaret, non curauit exactam latinæ locutionis obſeruare rationem (inquit vir vnus acutus quidē, & benè) *chorus ſacratus virginū &c.* hoc loci hymni auctor inuocato deo, & homine Chriſto beata virgine, choro prophætarum, apoſtolorum, martyrum, & confeſſorum, ordinatè inuocat virgines, monachos, & omnes ſanctos, & electos vtriuſque ſexus, vnde verborum ordo, & ſenſus eſt, & tu ò *chorus ſacratus virginum &c.* ideſt ſacrata, deoque dicata virginum vtriuſque ſexus, & monachorum omnium, vel (vt alij legunt, electorum omnium, cohors, ſocietas, congregatio, & multitudo, *ſimul cum ſanctis omnibus* vtriuſque ſexus, (vt alludamus ad id quòd dicit eccleſia in litanijs, & ſupplicationibus, omnes ſancti, & ſanctæ dei intercedite pro nobis, *conſortes Chriſti facite*, ideſt procurate nos fieri vobiſcum *conſortes Chriſti*, ideſt non eiuſdem conditionis, & æqualis ſortis cū Chriſto, ſed participes, & ſocios gloriæ Chriſti, & hæreditatis Chriſti, iuſtum eſt enim, vt qui ſocij ſunt contumeliæ, ſint & lætitiæ participes, & qui ſocij ſunt tribulationum, & mala tulerant propter Chriſtum, ſocij ſint conſolationis in regno cœleſti cum Chriſto habeantque gloriam cum Chriſto, & qui communicauerunt Chriſti paſſionibus gaudentes, gaudeant etiam in reuelatione gloriæ eius (ait D. Petrus. 1. can.) hinc ſanctus Paulus ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic & conſolationis eritis, & alibi ſi ſuſtinebimus (ait) & conregnabimus, & rurſus ſi compatimur, ideſt ſocij afflictionum Chriſti, & imitatores fuerimus, & conglorificabimur. *Gentem auferte perfidam &c.* ſenſus eſt, & non ſolum oramus, vt procuretis vobiſcum nos fieri conſortes, & participes gloriæ Chriſti,

Quomodo itelligatū qđ dicitur conſortes Chriſti facite.

1. Pet. 4. c.
2. cor. 1. c.
2. Tim. 2. c.
Rom. 8. c.

ſed vt *de finibus*, ideſt terminis, & limitibus *credentium* auferatis *gẽtẽ perfidam*: & per gentem perfidam intelligere poſſumus datæ & acceptæ fidei violatores, & proditores, & eos, qui primam fidem irritam fecerunt, & tales ſunt hæretici, & omnes à fide apoſtatantes, qui & ſi græcis non communicent in pileo, & barba, communicant tamen in perfidia, intelligere etiam poſſumus turchas, & quotquot fidem chriſtianam aſpernuntur, quam deberent amplecti, ſic enim fugerent à uentura ira, & à condemnatione cũ ſcriptum ſit, Qui verò non crediderit cõdemnabitur, & qui non credit iam iudicatus eſt: oramus igitur, vt meritis ſanctorum omnium vtriusque ſexus deus noſter auferat à finibus credentium, & chriſtianorum catholicorum, *gentem perfidam*, ideſt hæreticos, & turchas, qui nimis in nos graſſantur vires, robur, ac firmitatem acquirunt, quibus omnibus hæretici ſunt deteriores, nam animæ, & corpori inſidiantur. Sed dices, ad quid oramus, & auferatur à noſtris limitibus gens perfida? reſpondet auctor hymni, vt Chriſto: *laudes debitas perſoluamus*: ideſt reddamus *alacriter*, ideſt gaudenter, potenter fortiter, & valenter, ſicque beneficium factorum nobis à deo, beneficio oris (vt poſſumus, & ſi non vt debemus) perſabimus: *gloria patri ingenito*: ideſt cui ſoli propriè competit nomẽ ingeniti, tum quia à nullo eſt, nec à ſeipſo (nemo enim generat ſe ipſum) vnde nec factus dicitur, nec creatus nec genitus, tum quia non habet eſſe per generationem, nec habet in ſe filiationem, & generationem paſſiuam, non eſt ab habentem illam, à filio enim non producitur, & habet in ſe oppoſitam filiationi paternitatem, eſt eſt enim pater, & generat: Dixi cui competit propriè nomen ingeniti, nam & ſi ingenitus poſſit dici ſpiritus ſanct⁹ pro quanto non habet in ſe filiationem, nec habet eſſe per generationem paſſiuam, propriè tamen ei nomen ingeniti non eſt aſcribendum, tum quia non poteſt dici de eo, quod non ſit ab habente filiationem (à filio.n. producitur, & procedit) tum quia non habet in ſe filiationi oppoſitam paternitatem, quia non eſt pater, nec generat, & ſi ingeniti nomen etiam poſſit aſcribi eſſentiæ diuinæ, tamen quia non habet eſſe per generationem paſſiuam, nec habet in ſe filiationem, tum quia non eſt ab habente illam (à filio enim non eſt) Propriè tamen ingeniti nomen non eſt illi aſcribendum, quia non habet in ſe oppoſitam filiationi paternitatem, neque enim pater eſt adiectiue, nec generat, quia igitur ſoli patri propriè conuenit nomen ingeniti, rectè dicit hymni auctor, *gloria patri ingenito*, ſequitur *eiuſque unigenito*, ideſt filio, cui ſoli conuenit vnigeniti nomen, tum quia in

Quid intelligere debemus per gẽtem perfidã.

Mar. 16. c.
Ioan. 3. c.

Patri ſoli cõpetit ingeniti nomen.

NNn diuinis

diuinis non dantur plures filij, ſed vnus tantum, qui eſt ſecunda in trinitate perſona, tum quia ſolus ipſe habet eſſe à patre, per generationem, habetque filiationem oppoſitam paternitati; ſed hæc ad theologos relinquamus. Amen.

Hymnus ad laudes in feſto omnium Sanctorum.

Sequitur expoſitio hymni. *Ieſu ſaluator ſeculi &c.* qui dicitur
ad laudes matutinas in feſto omnium ſanctorũ: in quo auctor
porrigit ſupplicationem ad omnes ſanctorum gradus, vt orent pro
nobis, ſalutem poſcant miſeris, nobis precentur veniã, ſoluant nos
nexu criminis, à peccatis abluant, & tandem vitæ poſcant præmiũ:
Ait ergo. *Ieſu ſaluator &c.* vt ſit ſenſus ô *Ieſu ſeculi* totius *ſaluator*
ſufficienter, & electorum efficienter: Propitiatio eſt pro peccatis
1. Ioan. 3. c. noſtris (ait ſanctus Ioan. 1. can.) & non ſolum pro noſtris, ſed &
pro totius mundi, cui conuenit hoc nomen *ſaluator*, quia Ieſus, vo-
Matt. 1. c. cabis nomen eius Ieſum (ait angelus ad Ioſeph) & reddit cauſſam,
Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum, Et licet
de Ioſue legatur, quòd vocatus fuerit Ieſu naue, & multi fuerint in
yſrael digni nomine ſaluatoris, nullus tamen ex eis introduxit po-
Pſal. 141. pulum in terram, de qua Dauid: Portio mea in terra viuentium. i.
in cæleſti patria, vbi ſe dominus ad videndum dabit, nullusque ſal-
uauit populum à peccatis, & ab inimicis inuiſibilibus nulluſque ſe-
ipſum obtulit pro noſtra expiatione, genus humanum deo reconci-
liauit, ſuę paſſionis virtute ac merito, fuitque cauſſa meritoria, &
1. Cor. 1. c. inſtrumentalis quatenus homo, niſi iſte Ieſus noſter: Qui factus eſt
à deo nobis ſapientia, iuſticia, ſanctificatio & redemptio, ſapien-
tia in prædicatione, iuſtitia in peccatorũ remiſſione, ſanctificatio in
conuerſatione, redemptio in paſſione: Et ideo ſolus iſte dicitur verè,
& proprie ſaluator, & redemptor ſeculi ſecũdum quod expoſitum
eſt. *Redemptis* ope ſubueni, idest ſuccurre *ope*, ideſt auxilio, & me-
rito tuo; Vbi nota quòd hoc nomen ops, opis, pro terra quandoq;
ponitur, quę ops dicitur, eo quod opem ferat frugibus, ſingulare
habet nominatiuum in vſu: At cum ſumitur pro auxilio, & tutela,
non habet nominatiuum ſecundum vſum, & dicitur opis, opi, opẽ,
ope: Et eſt nomen diuerſiclinium; ideſt aliud ſignificans in ſingu-
lari, aliud in plurali: Nam in ſingulari ſignificat terram, & auxi-
lium; At in plurali diuitias. Hoc loci ponitur pro auxilio merito:
& tutela vt ſit ſenſus: *ſubueni*, ideſt ſuccurre, *ope*, ideſt auxilio tu-
1. Pet. 1. c. tela, & merito tuo: *Redemptis*, ideſt Non auro, vel argento ſed
preciofo.

Dictio hæc (ope) licet multas habeat ſignificatiões, pro auxilio tamẽ, merito, et tutela ponitur hoc loci.

precioſo ſanguine tuo, liberatis: Non ab aquarum diluuio; ſed ab aquis peccatorum: Non ab Hur Chaldæorum, & à fornace Babylonis: ſed ab incendio vitiorum: Non ab incendio Sodomę, ſed ab igne inferni. Non à Pharaone terreno, ſed ſpirituali. *Et pia dei genitrix &c.* ideſt & tu o pia, & clemens genitrix, & mater *dei*, ideſt filij dei, qui etiam vnus cum patre Deus, quæ potens es aduocata miſerorum, & peccatorum: Manus tuas aperias inopi, & palmas tuas extendas ad pauperes, & *ſalutē poſce*, ideſt quęre, pete, *miſeris*; qui ante ianuam clementiæ, & miſericordiæ tuæ iacemus Vlceribus pleni, ſcimus enim quòd plus omnibus ſummè placeas principi deo. Pete igitur, & omnia impetrabis, gratiam, ſalutem, & gloriam, *coetus omnes angelici &c.* ſenſus eſt oramus *vt angelici omnes cetus*, ideſt ſocietates, congregationes, legiones, chori, ordines, & Hierarchiæ angelorum. Qui in multitudine excedunt omnem inferiorum & ſubſtātiarum corporearum, & materialium numerū, ſicut cęleſtia corpora in magnitudine excedunt corpora hæc omnia inferiora, & ſe habent ad inuicem ſicut excedentia, & exceſſa, nā tantum intereſt inter ſolem: & saturnum: quantum inter vnum: & triginta, & tantum inter lunam: & ſolem: quantum inter duodecim: & vnum: Saturni enim ſtella: quæ ſumma eſt: zodiacum triginta annis peragrat, ſol medius vno anno, ideſt duodecim menſibus: Luna vltima vno menſe non integro: quanto enim aliquid eſt magis formale (in his tamen intellige propoſitionem, quæ dicunt actum admiſtum potentiæ) tanto magis multiplicatur, nam in his quæ dicunt vel actum purum, vel potentiam puram non habet ueritatem, immo ſicut vna eſt potentia pura per eſſentiam, ſic vnus eſt actus purus & non plures, Hinc ignis qui eſt formalior elementis in maiori quantitate eſt quam aliud elementorum, & corpora cæleſtia ſua magnitudine excedunt ſingula corpora, & cæleſtes mē tes ſecundum pluralitatem ſingula excellere dnt ſecundū magnum Dion. 14. celeſtis Hierarchiæ. Milia miliū miniſtrabāt ei, & decies centena milia aſſiſtebant ei (ait Daniel numerum determinatum pro indeterminato ponens) nam dicitur in Iob. Nunquid eſt numerus militum eius? de quibus dominus in euangelio D. Matt. An putas (ait) quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quam duodecim legiones angelorum? & quis neſciat legionem conſtare ex ſex milibus ſexcentis ſexaginta ſex? quorū ruina reſtauranda eſt per homines predeſtinatos, qui ſi innumerabiles ſunt ſecundum D. Ioan. in Apoc. quanto magis innumerabiles erunt angeli? ſi innumerabiles ſunt angeli i cuſtodiam hominum

Pro. 31. c.
Luca. 16. c.
Dan. 7. c.
Iob. 25. c.
Matt. 26. c.
Apoc. 7. c.

deputati, qui de infimo ordine, & choro tertiæ Hierarchiæ, ſunt; quia innumerabiles ſunt homines ad quorum cuſtodiam deputantur. A quorum calore nec ſe abſcondet homo ille peccati, & filius
2.theſſ. 2.c. perditionis antichriſtus. Quid dicendum de alijs angelis mediæ, & primæ Hierarchiæ: ſacrique principatus? ſi non eſt numerus eorum qui præſunt hominibus, erit ne numerus forſan eorum; qui beſtijs, animalibus, virgultis, plantis, cęteriſque rebus viſibilibus
lib.83.q. præſunt? Quorum quælibet angelicam habet poteſtatem ſibi propo
3. de trin. ſitam (vt dicit Diuus Auguſtinus) Quorum miniſterio hęc corpora omnia, & inferiora in mundo reguntur, & diſponuntur (vt dicit iſdem Sanctus Auguſtinus) *Patriarcharum cunei &c.* ideſt collecta in vnum patriarcharum, & primorum, & ſummorum patrum multitudo, inter quos præcipuum, & principem locum ſortiti ſunt Abraham, yſaac, & Iacob, quorum Abraham verè patriarcha dicitur, quia ipſe ſummus pater patrum fuit: Eſt enim grecè patriarcha, quod latinè ſonat princeps, & ſummus patrum: *Et prophetarum*, ideſt longè prænunciantium, *merita*. At nō ſine ſpiritu dei, quo afflati vaticinati ſunt ſecundum Sanctum Petrū in ſecunda can. c. 1. (licet de Sitheus Samaritanus (vt Tertullianus refert lib. ſuo de hereſibus,) primus fuerit, qui auſu temerario repudiauit pphętas, quaſi non per ſpiritum ſanctum locutos) qui cum cuneo, & multitudine patriarcharum ſpiritualem ſanctorum conſtituunt ordinem, *nobis precentur ueniam*, ita tamen, vt precando obtineant *ueniam*, ideſt indulgentiam peccatorum noſtrorum præſentium, & præteritorum, quæ ideo venia dicitur, quia venit à libertate dantis, & hæc (ſi nō præceſſit peccatum) non aliud ſignificat quàm licentia, & libertas: de qua in eccleſiaſtico ait ſpiritus ſanctus. Ne des mulieri nequam veniam, ideſt licentiam, & libertatem prodeundi (ſi autem præceſſit peccatum) idem eſt quod indulgentia, ſicque intelligitur hoc loci: *Baptiſta Chriſti preuius*, ſenſus eſt, *baptiſta*, inter natos mulierum maior, qui licet cōſtitui deberet cum prophętis, ex quo maximus fuit vatum, & plusquam prophæta, tamen quia fuit *preuius*, ideſt pręcurſor *Chriſti*, & præcundo viam monſtrauit, de
Eccle. 25.c. quo Zacharias pater eius prophętauit dicens: Et tu puer prophæta
Lucæ 1.c. altiſſimi vocaberis, præibis enim ante faciem domini parare vias
Matt. 1. c eius, de quo Chriſtus apud D. Matt. (qui interpretatur, quod in Ma
Malach.3.c lachia dicitur) Hic eſt de quo ſcriptum in Malachia. Ecce ego mit
Matt. 11.c. to angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuā ante
Matt.1. c. te, quia à diebus eius regnum cœlorum vim patitur, & violenti ra-
Lucæ 3. c. piunt illud, quia prædicauit baptismum pœnitentiæ in remiſſionem peccato-

Peccatorum quia natus eſt inſtante iam plenitudinis tempore, Et quia pertinere videtur ad nouum teſtamentum magis, quàm ad vetus, non inter prophætas annumeratur, ſed principem locum tenẽs inter apoſtolos, cum eis facit, & conſtituit ſpecialem, & particularem ſanctorum chorum, & ordinem, & non mirum, nam ſi apoſtolus idem eſt quod miſſus, etiam ipſe apoſtolus, quia D. Ioan. de eo Fuit homo miſſus à deo, cui nomen erat Ioannes, *Baptiſta* igitur *Chriſti prauius*, ideſt præambulus, & præcurſor (præiuit enim ante ipſum in ſpiritu, & virtute Heliæ) *& claniger æthereus*, ideſt Diuus Petrus, Quem ſuper gregem, & plebem ſuam principem conſtituit dominus, & claues regni cęlorum tradidit illi, *cum cæteris apoſtolis*, qui petro pares fuerunt in executione, & potentia executiua, quàm Diuus Thomas Aquinas vocat auctoritatem gubernandi, & regiminis, quod ſonat exequutionem, & hanc dicit datam communiter apoſtolis ex vi apoſtolatus; non in potentia præceptiua, & in authoritate regiminis, quod ſonat imperiũ ſupę̄r oẽs abſolutæ, quæ ſoli petro data eſt quũ factus eſt papa, verbis illis, Paſce oues meas ideſt (vt D. Chriſt. exponit) loco mei præpoſitus eſto, & caput fratrum tuorum, *Nos ſoluant nexu criminis*, ideſt vinculo peccatorum liberent, ijs enim dictum eſt, Quæcunque ligaueritis ſuper terram erunt ligata, & in cœlo, & quæcunque ſolueritis, erunt ſoluta *chorus ſacratus martyrum &c.* vt ſit ſenſus, *à peccatis nos abluant*, i. lauent, & qui lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni, & *chorus ſacratus*; ideſt multitudo deo dicata, *martyrum*, qui pro Chriſti fide ſanguinem fuderunt re, vel affectu, & voluntate, quidam enim fuerunt martyres re non voluntate, quidam re, & voluntate, quidam voluntate, & deſiderio, non re, & effectu (vt in præcedenti hymno, & alibi dictum eſt) *& confeßio ſacerdotum*, & per confeſſionem ſacerdotum intelligit hymni auctor confeſſores omnes, tum pontifices, cum ſimplices, tum ſacris initiatos, qui ſacerdotio illo priuato functi ſunt, quod Chriſtus nouiſſima cęna, quando poteſtatem contulit apoſtolis ſuper corpus Chriſti verum, & die paſchæ inſtituit, quando poteſtatem illis tribuit ſuper corpus Chriſti myſticum, tum ſacris non initiatos, & ab Epiſcopis non ordinatos, quos etiam vocat ſacerdotes, ſacerdotio illi tamen vniuerſali, quo omnes in Chriſtum credentes dicuntur ſacerdotes (de qua re D. Petrus, & D. Ioannes) quorum functio, non fuit corpus domini conſecrare, ſed dicti ſunt ſacerdotes, quia ſe ipſos obtulerunt deo hoſtiam ſanctam viuentem, deoque placentem, & corpora ſua mortificauerunt per pœnitentiæ actus, & per compunctionem internã

Ioan. 1. c.

Ioan. 20. c.

Vbi ſupra.

Matt. 18. c.

Martyrum tria genera nota.

1. Petr 2. c.

Apoc. 1. c.

Rom. 12. c.

animas

animas ſuas immolauerunt creatori, & per ſacrificium *ſpiritus con-*
pſal. 50. *tribulati*, Tum quia orationes, laudes, & cætera virtutis exercitia,
obtulerunt deo indeſinenter, & tandē quia ſummi ſacerdotis Chri-
ſti membra fuerunt, qui fecit eos reges, & ſacerdotes deo, & patri
Apoc.1.c. ſuo, quorum functio, & ſacerdotium, quia verſatur in his, quæ ſunt
1.Pet.2.c. ad regnum dei, non mirum ſi D. Petrus vocat eos regales ſacerdo-
tes, exercentes opera ſpiritualia ad cultum, ſeruitium, & honorē nō
dei, cuius gratia vncti ſunt ſacerdotes, ideſt chriſtiani facti ſunt, Di
rigit igitur hymni auctor interceſſionem ad ſanctos confeſſores ſa-
cerdotes ſacerdotio priuato initiatos, pontifices, & non pontifices,
quorum functio fuit conſecrare corpus domini, & poteſtatem ha-
buerunt ſupra corpus Chriſti verum, & ſupra corpus Chriſti myſti
cum, & ad confeſſores ſacerdotes, ſacerdotio illo vniuerſali quo om
nes credentes in Chriſtū dicuntur ſacerdotes, cuiuſmodi ſunt om-
nes chriſtiani, quorum functio eſt offerre ſeipſos, & immolare ani
mas ſuas per compunctionem internam deo, & creatori (vt dictum
eſt), Hos igitur omnes intelligit hymni auctor, per confeſſionem ſa
cerdotum, *& tandem virginalis caſtitas*, & per virginalem caſtitaté,
intelligit non ſolum chorum virginum, vtriuſque ſexus, fructum
centeſimum afferentem, ſed & eos, & eas, qui, & quæ, in coniuga-
li, & viduali pudicitia, & continentia gratum deo exhibent ſerui-
tium, fructum trigeſimum, & ſexageſimum referentes, ex quibus
particularis ſanctorum, & ſanctarum chorus conflatur, Hos igitur
omnes orat, hymni auctor, vt *à peccatis nos abluant*, ideſt lauent,
& ſuis precibus à deo impetrent, vt à peccatorum ſordibus munde
mur. *Monachorum ſuffragia &c.* ſenſus eſt, *ſuffragia*, ideſt auxilia,
ſubſidia, orationes, interceſſiones, & merita *monachorum*, ideſt ſoli
tariorum, & eorum: qui in vita monaſtica profecerunt, quique (vt
commodius vacare poſſent contemplationi) in vaſtiſſimas ſe ſe con
ferebant ſolitudines, vt ſic ſingulares, & ſolitarij: & verè monachi
eſſent, & à ſingularibus actibus, & vita ſegregati, quaſi ſoli mora-
Pſal. 132. rentur, quibus bonum erat, & iucundum habitare in vnum, erat
Act. 4 c. enim in eis cor vnum, & anima vna, non obſtante, quòd multa cor
pora haberent, Hi in primitiua eccleſia græco nomine dicti ſunt
therapeutæ quod latinè ſonat cultores, *omneſque ciues cœlici*, ideſt
habitatores cœli empyrei, quod quidem beatorum locus eſt, qui vo
cati ſunt vt inſimul ibi viuant, & ad ſimul habitandum, *annuant*. i.
acquieſcant, & conſentiant, *votis*, ideſt deſiderijs, voluntatibus
bonis *ſupplicum*, ideſt orantium, & eorum qui demiſsè, abiectè, &
humiliter ſe ad eorum pedes proſternunt, *& vita poſcant premium*;
ideſt

ideſt & à deo petant pro nobis ſupplicantibus, *premium uite* ſupple æternæ, ideſt vitam æternam, & glorioſam, & beatitudinem, quæ eſt præmium meriti, & bonorum laborum glorioſus fructus, ad quam, quum ventum fuerit, contubernales, & conciues erimus beatorum ſpirituum: miſcebimur cœtui patriarcharum, cuneis prophætarum, ſenatui apoſtolorum, martyrum exercitibus numeroſis, confeſſorum collegijs, virginum choris, & tandem in omnium ſanctorum communione colligemur, & conlætabimur. Ad quam nos producat qui viuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen. *Sap. 3.c.*

Hymnus ad ueſperas, & ad laudes, in communi apoſtolorum.

SEquitur expoſitio hymni, *Exultet cœlum laudibus &c.* qui dicitur ad veſperas, & ad laudes matutinas in communi apoſtolorum, in quo auctor, cętum omnem fidelium comprehenſorũ, & viatorum incitat ad cœlebrandam ſolemnitatem in apoſtolorum laudem, gloriam, & honorem, ad quos deinde ſermonem dirigit, & vocando eos iudices ſeculi: & vera lumina mundi, ijs epithetis explicat excellentiam, & ſublimitatem eorum, tãdem orat, ac precatur, vt qui verbo cœlum claudunt, & aperiunt ſoluant nos à peccatis, & ſanent nos ægros moribus, quibus ſubditur ſalus, & languor omnium, ſic enim fiet vt in fine ſeculi Chriſtus faciat nos compotes gaudij ſempiterni, & vt ſecuri maneamus ante eum. Ait ergo *exultet cœlum laudibus &c.* ſenſus eſt, *cœlum laudibus exultet* ideſt iubilet, & *terra gaudijs reſultet,* & ambo ſimul *canant ſolennia,* & celebrent ſolennitatem, *gloria*, ideſt in gloria, honore, & laude apoſtolorum ſanctorum, quos dominus conſtituit principes ſuper omnem terram, quibuſque dedit totius mundi principatum (ſic enim ordinant quidam verba huius primi verſus, voluntque vt ſacra ſolennia ſint caſus accuſandi illius verbi canunt) & quòd gloria, ſit ſeptimus caſus, vel ablatiuus, non accuſatiuus, quamuis ferè omnes alij velint, quòd *ſacra ſolennia*, ſit pluralis nominatiuus huius verbi *canunt*, & huius accuſatiuum faciunt *gloriam*, ita vt ſit ſenſus, *ſacra ſolennia canunt gloriam apoſtolorum*, ſed puto ego quòd lectio prima, & verborum ordo primus ſit rectior, & melior, quàm ſecundus, vbi notandum, quòd & ſi cœli nomen quandoque ſumatur pro apoſtolis, & pdicatoribus iuxta illud pſalmiſtæ Cœli enarrant gloriã dei, qñque pro aëre iuſtà illud euangelij Volucres cœli comederunt illud, quandoque pro tota illa mundi parte, quæ eſt ſupra elementum ignis, ita dictum à cœlando, ideſt occultando. quòd inferiora omnia *Pſalm. 44.* *Pſalm. 18.* *Luce. c. 8.*

omnia cęlet, & tegat, de quo Ouidius, Et quod tegit omnia cœlũ. quandoque pro habitaculis, & tectis cœleſtibus iuxta illud, Qui ha
pſal. 2. bitat in cœlis irridebit eos, Et merces veſtra copioſa eſt in cęlis, &
Matt. 5. c. habentes pontificem maximum, qui penetrauit cœlos Ieſum Chri-
Hebr. 4. c. ſtum, quandoque pro natura, & ſubſtantia angelica, quæ in cęlis verſatur. hoc loci tamen accipitur in vltima ſignificatione, ideſt ꝑ ſubſtantia angelica, & mentibus cęleſtibus, quibus cęlum empyreum repletum eſt, mox vt factum eſt, ac per hoc ſumpſit hymi auctor, contentum pro continente: ſicut pro terræ nomen non intellexit elementum terræ, ſed naturam humanam, & homines habitantes in terra, quo etiam modo ſumpſit hæc duo nomina Moyſes in
Deut. 31. c. cantico ſuo, quum ait. Audite cœli quæ loquor: audiat terra verba oris mei, & ſic ſumere hæc duo nomina, non eſt ratum in ſcriptura, ita vt ſenſus ſit *cœlum*, ideſt angelica ſubſtantia, & creatura cęleſtis, ***exultet laudibus***, ideſt ſupramodum exiliat, & quaſi geſtibus ſaltibus, vel ſigno aliquo alio corporis lætitiam oſtendat, & extra ſaltet, hoc enim propriè eſt exultare, & *terra*, ideſt homines habitantes in terra, vel humana natura, *gaudij reſultet*, ita vt vocis repercuſſio ſubſiliat, in altum ſaltet, non ſecus, ac pila pauimento illiſa, & pulſati colles clamore reſultant, Horum duorum meminit hymni auctor, quia cum hæ ſolæ rationales ſint, & intellectu præditæ, ijs verè & propriè conuenit exultare, & iubilare diuinis laudibus in ſolennitatibus ſanctorum, ad quos dicit hymni auctor, non ſolùm quòd exultent in laudibus, & quòd reſultent in gaudijs, ſed quòd *ſacra ſolennia canant*, *gloria*, ideſt in gloria, honore, laude, & gaudio apoſtolorum, de cęlo, vel à deo miſſorum, Et dicendum eſt potius *exultet*, & *reſultet* quàm *exultat*, & *reſultat*, vt optatio potius, quàm in-
pſal. 150. ducatio inſinuetur. ſic Dauid ſanctus, omnis ſpiritus laudet dominum, ait potius, quam laudat dominum. *vos ſecli iuſti iudices &c.* Dirigit hoc loci hymni auctor ſermonem ad apoſtolos, & nomine omnium fidelium viatorum præcatur, & orat illos, vt audiant voces ſupplicum, & ſenſus eſt, *votis*, ideſt deſiderijs cordium precamur, rogamus, & oramus nos omnes, *vos qui iuſti iudices ſeculi* i. qui conſtituti eſtis iuſti iudices ſeculi, quos iuſtos iudices appellat, quia iuſtè iudicabunt, ad quos Chriſtus, Vos qui reliquiſtis omnia
Matt. 19. c. (ait) & ſecuti eſtis me in regeneratione, ſedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus yſrael, *& uera* mundi lumina, ſic
Mat. 5. c. enim vocati eſtis à domino Vos eſtis lux mundi, qui mundũ totũ illũ inaſtis verbo, & opere, doctrina, & exemplo bonæ vitæ, & virtutibus *Audite* benignis auribus *preces* .i. orationes *ſupplicum*. i. humilium,

liũ & ad pedes veſtros ſe proſternentium, quorũ etiam miſeriã cernitis, & quid eſt quòd non videatis, qui videntem omnia videtis? qui & ſi naturali cognitione nequaquam, in verbo tamen cognoſcitis, & beata cognitione, vota orationes, & deuotiones hominum, qui ad veſtrum confugiunt auxilium, ad quorum gloriã pertinet, quòd auxilium indigentibus præbeatis ad ſalutem, quo facto cooperatores dei eſtis; quo nihil diuinius (vt ex D. Dion. liquet libro cœleſtis Hierarchiæ) *Qui cœlũ verbo clauditis &c.* & nos *quæſumus*, ideſt cum deſiderio quærimus rogamus obſecramus (deſiderariuum enim verbum olim erat, *quæſo* & declinabatur integrè, & regulariter ab antiquis) at modo defectiuum verbum eſt, quia non vtimur niſi duabus eius vocibus perſonæ primæ præſentis temporis quæſo in ſingulari, & quæſumus in plurali; vos, *qui clauditis cœlum verbo, & ſeras eius,* (eſt enim ſera firmatura oſtij, & propriè lignum, quod ex transuerſo obijcitur oſtio, & apponitur, quoue etiam clauditur, quod ſera dicitur, quia foribus admota opponitur defixa poſtibus) *ſoluitis*, ideſt retro facitis, remouetis, & aperitis poteſtate, & potentia ligandi, & ſoluendi, qua iudex eccleſiaſticus dignos recipere, & indignos excludere debet à regno, *ſoluite iuſſu*, & præcepto veſtro, *nos a peccatis omnibus*, quibus merito excludimur à regno; vobis enim dictum eſt Accipite ſpiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata remittuntur &c. & rurſus Inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea, ſoluite, & adducite mihi. *Quorum præcepto ſubditur &c.* ſenſus eſt, & quia veſtro præcepto *ſubditur ſalus*, ideſt ſupponitur, ſubijcitur ſanitas, *& languor*, ideſt infirmitas inueterata, defectio virium, & remiſſio vigoris (lãguor enim ſic ſcribitur à quibusdam, qui volunt quòd ſine u. in nominatiuo, & genitiuo ſcribi debeat, & mihi non placet, maximè cum deriuetur, & dicatur à langueo, langues) & ex tunc veſtro præcepto ſubijci cœperunt hæc, & ſupponi, cum mittens vos Chriſtus prædicare regnum dei, dedit vobis virtutem, nedum calcandi ſupra ſerpentes, ſcorpiones, & dæmonia, ſed & languorem omnem, & infirmitatem omnem curandi, & infirmos ſanandi, idcirco rogamus: *ſanate nos ægros*, ideſt infirmos *moribus*, neque enim boni mores eſſe poſſunt, quos corrumpunt colloquia mala, & quos inuaſit peccatorum morbus, nam dum ægrotamus per peccatum interim mali mores (ſi mali mores, mores dici poſſint magis, quam vitia) quaſi herba irrigua ſuccreſcunt, *Et reddite nos* honeſtis & ſanctis *virtutibus* quibus qualificetur mens noſtra, vt in deum valeat eleuari: *vt quum iudex aduenerit &c.* ſenſus eſt, ſic enim fiet, vt quũ

Sancti & ſi non naturali cognitione, cognoſcant vota noſtra, in uerbo tamen & beata cognitione cognoſcunt.

Ioan. 20. *c.*
Matt. 21. *c.*
Luca 10. *c.*
Matt. 10. *c.*
Luc. 9. *c.*

Act.10.c. Chriſtus conſtitutus à deo patre *iudex* viuorum, & mortuorum, *aduenerit* è cœlo iudicaturus orbem terrarum, & redditurus vnicuique ſecundum opera ſua, *in fine ſeculi*, ideſt in die iudicij, qui dies dicitur, non quòd tunc ſint dies, ſed quia in eo manifeſta erunt abſcondita cordis omnium, & quia, quæ in tenebris dicta fuerunt, in lumine dicentur *faciet nos eße compotes*, ideſt participes, & aſſecutores *gaudij ſempiterni*, & nunquàm deficientis, ita vt quiſque habeat illud in poteſtate, quod faciat dominus ſua gratia. Amen.

Pſalm.61. *1.Cor.4.c.* *Luc.12.c.* *Dies iudicij cur dies dicatur.*

Hymnus ad matutinum in communi apoſtolorum.

SEQVITVR expoſitio hymni. *Aeterna Chriſti munera &c.* qui dicitur ad matutinum nocturnum in communi apoſtolorum, & euangeliſtarum extra tēpus paſchale, in quo auctor depromit glorioſos titulos, & laudes apoſtolorum, & explicat inuictam animorum eorundem conſtantiam in perferendis tormentis, & pœnis varijs, ſacratum fundendo ſanguinem pro confeſſione verè fidei, & gratia perennis gloriæ futuræ. Ait ergo. *Aeterna Chriſti munera &c.* vt ſit ſenſus, nos chriſtiani, & fideles *canentes laudes debitas*, *Gloria*, ideſt in gloriam, vel propter gloriam *apoſtolorum*, rectè facimus, nam ſic facientes, *lætis mentibus canamus*: ideſt canimus *ęterna munera*, & dona collata eiſdem, poſſumus etiam locò ſeptimi caſus. *Gloria* (vt nos interpretati ſumus) legere in accuſandi caſu. *Gloriam* (vt eſt in Breuiario Romano nuper ædito) & tunc verba hunc ſenſum habebūt, *nos canentes laudes debitas lætis mentibus canimus æterna Chriſti munera, & gloriam apoſtolorum*, vel *canimus æterna Chriſti munera*, videlicet, *gloriam apoſtolorum*, quæ æternum munus Chriſti, & donum eſt illis à Chriſto collatum, ęternum (inquam) quia nulla temporis quantitate menſurari, nulloue temporis ſpatio deſignari poteſt, fineque carebit, & hęc lectio, verborum ſenſus, & expoſitio, optima eſt, *Eccleſiarum principes &c.* ſenſus eſt, de quibus apoſtolis canendo dicimus: & confitemur, pro qua confeſſione bis etiam mortem ſubire patiemur, quòd ſint *principes eccleſiarum*, ſic enim

Pſalm.44. legimus in ſcriptura. Pro patribus tuis (qui fuerunt prophętæ, & in yſraele iudices) nati ſunt tibi, ideſt eccleſiæ, ſpirituali generatione, filij, apoſtoli videlicet, & illorum imitatores, & ſucceſſores, conſtitues eos, in ſede patrum ſuorum, *principes*, in ſpiritualibus, ſuper omnem terram, ideſt vniuerſalem eccleſiam, vt potiantur imperio totius orbis, quorum principatus nimis confortatus eſt, ideſt

Pſal.138.

firmiter

firmiter ſtabilitus, induti virtute ex alto, ipſi enim præſtante deo, leguntur nedum principes, rectores, & paſtores fidelium populorum, quorum laboribus ſancto ſpiritu totius orbis adornata, & ſolidata deuotio eſt, ſed (vt hymni auctor ſubdit) dicuntur *triumphales*, ideſt victorioſi, *duces belli*, quia triumphum reportarunt inermes contra ſcribas, & phariſæos, quorum totum ſtudium erat Chriſti nomen abolere de terra viuentium, idcirco non ſolum decreto ſtatuerunt, vt extra ſynagogam fieret, qui Chriſtum confiteretur: ſed minis, terroribus, & comminationibus vocantes apoſtolos denunciauerunt, ne omnino loquerentur, neque docerent in noie Ieſu, at ipſi apoſtoli *triumphales duces belli* contra iſtos omni fiducia dixerunt. Si iuſtum eſt in conſpectu dei vos potius audire, quàm deum iudicate, non enim poſſumus quæ audiuimus, & vidimus non loqui, & alibi. Obedire oportet (dixerunt) deo magis quam hominibus, & non ſolum fuerunt victorioſi duces belli contra ſcribas, & phariſeos, principes ſacerdotum, & ſeniores, ſed aduerſus gentes populos, reges terræ, principes omnes, qui conuenerunt in vnum (vt S. Dauid ait) aduerſus dominum: & aduerſus Chriſtum eius, quorum colla Chriſti iugo ſuaui ſuppoſuerunt, vt verum ſit quod Iob intonuit. Sub quo curuantur, qui portant orbem, licet ante erecti incederent, nec flecti poſſent, & quod maius, contra hoſtes inuiſibiles, dæmonum videlicet phalangas, feris omnibus immitiores, & crudeliores, victoria potiti ſunt, & de his triũphauerunt illorum cultum de medio tollendo, & cultum nominis Chriſti, & veri dei inducendo, & licet totus mundus contra eos, & gladijs impiorum occubuerint, paſſi tamen ſuperauerunt, & occiſi, triumphauerunt, neque enim pro mundo occiſi ſunt, ſed pro Chriſto, nam qui pro mundo occiditur vincitur cum occiditur, at qui pro Chriſto, victus non dicitur, quia non vincitur, quamuis occidatur, ſed victor dicitur, quia pro inuicto occiditur, victores igitur, & triumphatores dicuntur apoſtoli, & martyres Chriſti, etiam ſi occidantur, quia pro eo quod occiduntur, à iuſto iudice coronantur, & quis eſt qui neſciat, quòd corona victoribus detur? *cęleſtis aulæ milites*, ideſt dicuntur etiam *milites aulæ*, ideſt cameræ, & domus cæleſtis, pro ea enim militauerunt, deſudarunt, ac fortiter dimicarunt, & militiã exercentes, non tantum pro ſuis vtilitatibus militarunt, ſed etiam pro noſtris, illos enim examinauit de⁹ vt nos erudiret, illos contriuit, vt nos acquireret, & eorum cruciatus, noſtros voluit eſſe profectus, in quo fuerunt erga proximũ affectu candido, ſuo enim diſpendio magno fratres fratribus auxi-

Luc. 24. c.

Ioan. 9 c

Act. 4 c.

Ibi.

Act. 5.

Pſal. 2.

Iob. 9. c.

lium præbuerunt; hos igitur ſequamur oportet, ſi cum eis volumus coronari, quis vnquam eorum, qui iam ad ſecula meliora tráſierunt, ſine certamine coronatus fuit? & quis legitur coronatus,
2 *Tim.* 2.*c.* ſi non legitimè prius certauerit? *& vera mundi lumina &c.* ideſt dicuntur eſſe *uera lumina mundi*, de quibus Chriſtus, vos eſtis lux múdi: mundum enim qui in tenebris ſedebat omnis prauitatis, & in
Matt. 5. *c.*
ſumma opinionum peruerſitate verſabatur; vt penè cum lacte nutricis, errores ſuxiſſe videretur; ac veluti Thobias alter, lumen cœli
Tob. 5. *c.*
non videbat, illuminarunt, & non per ſeipſos, ſed per verbum dei, quod eſt lucerna pedibus noſtris (vt Dauid ait) & licet verè lumina mundi dicantur non naturaliter tamen ſunt lucentia, habent em̃ vt luceant ex accedenti dono, quia à vera luce illuminati, quia teſtimonium perhibuerunt de lumine, quia verę lucis amatores, & quia ad hoc lumen in eis accendit Chriſtus non, vt laterent ſub modio, ſed ut ipſorum opera, lumen illud ad cunctos deriuaretur, & prodeſſet omnibus, nó mirum ſi confitemur quòd tantorum luminum beneficio chriſtiana hæc vita, qua fruimur conſtat. Poſui vos vt eatis (ait Chriſtus) et fructum afferatis, & fructus veſter maneat. appellat hymni auctor apoſtolos *uera lumina mundi*, & Chrus eoſdem vocat, lucem mundi, vt ex hoc diſcamus, quòd ſicut lux ſola eſt cæleſti digna ſede, & nihil illa precioſius, quę terreneis ſordibus non ſordeſcit, quæ omnibus eſt chara niſi malis hominibus, & ęgris oculis, ſic apoſtoli luminaria mundi, lux mundi, lux fuerunt in domino, & talis lux, vt poſt deum, Chriſtum: & beatam Virginem, nihil in orbe ſpectabilius, nihil pulchrius, quàm ipſi, à quorum luce pendet omnis alia lux, ſicut à luce cœli omnis alia lux orta eſt, Et quid erat mundus antequam apoſtolica luce dignus eſſet? certè non niſi tenebræ, vmbra mortis, domus horroris, & vaſtæ ſolitudinis, ſedebat veluti ciuitas ſola ideſt deſtituta deo, plena populo: ideſt dæmonibus, & peccatis: at vbi apoſtoli fulſerunt in orbe tenebræ diſparuerunt, & mundus illuminatus illorum ſola luce cótentus, factus eſt ipſo ſole ſplendidior, Et dicti ſunt lumina, & lux mundi non terræ, aut hominum, vt ex hoc diſcamus quòd non ſolum terram, aut homines ſuo illuminauerunt lumine, ſed etiam ipſum cœlú illuſtrius eſt nunc (ſi ſic fas eſt dicere) quàm eſſe ſolebat, hinc infra dicit, hymni auctor, quòd *in his exultat filius, & cęlum repletur gaudio*, quod eſſe non poteſt ſine luce (ſi verum, quia verum eſt, quod Thobias ait) qui quum audiſſet ab angelo, gaudium ſit tibi ſemper, reſpondit, quale gaudium eſt mihi, qui in
Thob. 5. *c.* tenebris ſedeo, & lumen cœli non video? *Deuota ſanctorum fides &c.*

Pſal. 118.

Vera lumina müdi apoſtoli ex accedenti dono, et quare.

Ioan. 15. *c.*

Mũdus quid erat antequã apoſtolica luce dignus inueniretur.

Lumina mũdi dicti ſunt apoſtoli nõ terrę, uel hominum, & quare.

dei *&c.* vt ſit ſenſus, *deuota fides ſanctorum* non ficta, ſimulata, & fragilis, ſed inter aduerſa fortis, qua ſe mutuæ amicitiæ legibus inuicem, & deo coniunxerunt, *triumphat principem mundi*, ideſt vincit, & ſuperat, vel triumphum de mundi reportat principe, vel victo principe mundi, ideſt diabolo, de quo Chriſtus, nunc princeps mundi huius eiicietur foras, triumphat, eſt enim fides ſcutum ſecundum Diuum Paulum in quo omnia tela nequiſſimi ignea extinguntur, & in quo ſancti vicerunt regna, & victoria, quæ vincit mundum in qua reſiſtitur diabolo (vt Diuus Petrus ait) & non ſolum fugit, ſed vincitur, & omnino ſuperatur, quam reſpiciunt oculi domini, ita vt ſine ea impoſſibile ſit placere ei, Totius enim ſpiritualis ædificij baſis eſt, & fundamentum, ſicut enim baſes veluti quidam pedes columnarum ſunt, & fabricarũ, quæ à fundamento conſurgunt, & ſuperpoſitæ fabricæ ſuſtinent põdus, ſic fides totius ſpiritualis ædificij ſuſtentamentum eſt, vnde Paulus ſanctus appellat etiam ſubſtantiam ſperandarum rerum. i. primam inchoationem, & primum habitum virtutum, per quam res ſperandæ nobis in ſunt, fides enim per aſſenſum facit in nobis ſubſiſtere res ſperandas per gratiam, eſtque manent (vt magnus ait Dion.) credentium fundamentum, collocans eos in veritate, & veritatem in ipſis, ſubſtans ædificio ſpirituali, quod eſt gratia, & gloria: *inuicta ſpes credentium &c.* ſenſus eſt, & non ſolum fides quæ fundamentum gratiæ, & gloriæ eſt, primuſque virtutum habitus, non tempore, ſed natura, triumphum reportat de mundi huius principe, ſed & *inuicta ſpes*, ideſt quæ vinci nequit, *credentium*, qui & ſi coràm hominibus tormẽta paſſi ſint, ſpes illorum tamen immortalitate plena eſt, *& perfecta Chriſti charitas*, quæ virtutum omnium maxima nedum maior eſt, omniumque parens, origo, regina, motrix, & finis, non terminationis, quia finis quo quieſcimus eſt vita æterna, finis in quo quieſcimus eſt Deus, ſed finis conſumptionis peccatorum, quia peccata conſumit, & finis conſummationis præceptorũ, quia ea perficit, vnde apoſtolus, dixit eam eſſe finem, ideſt, conſummationem, atque perfectionem omnis præcepti, quam alibi dixit eſſe plenitudinem legis, ideſt conſummationem perfectã, impletionem, ac finalem perfectionem antiquæ, & nouę legis, Hæc igitur tria *Deuota fides, ſpes inuita, & perfecta charitas Chriſti*, ideſt, quæ in Chriſto habetur, quæ habent pro obiecto Deum, vt verum, vt arduum, & vt bonum, nam fides dirigit in deum vt in ſummè verum credendo, & aſſentiendo, ſpes vt in ſummè arduum innitendo, & expectando, & charitas vt in ſummè bonum deſiderando, & aman-

Ioan. 12. c.
Eph. 6. c.
Heb. 11. c.
1. Ioan. 5 c.
1. Pet. 5. c.
Hier. 5 c.
Heb. 11. c.
Ibi.
Sap. 3. c.
Charitas uirtutum oĩum maxima.
1. Tim. 2.
Rom. 12. c.

& amando, *triumphant principem mundi*, ideſt de mundi principe triumphum reportant; nam fides facit deo aſſentire, eique credere, Pſal. 145. ſpes facit in deo confidere, & non in principibus, aut in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus, charitas facit deum diligere ſuper omnia, quibus actibus ſtrangulatur ſathan, vincitur, & ſuperatur; *in his paterna gloria &c.* vbi nota quòd ablatiuus ille *in his*, ter hoc loci repetitus poteſt adaptari, ita vt monſtret tres illas virtutes, fidem, ſpem, & charitatem ſanctorum, atque credentium, & vt monſtret apoſtolos hoc hymno cælebratos, quod ſi primo modo, ſenſus erit *in his*, ideſt in quibus tribus virtutibus Theologicis, atque diuinis, fide, ſpe, & charitate ſanctorum, atque credentium in Chriſto *exultat paterna gloria, voluntas ſpiritus*, qui per modum voluntatis concomitante natura (vt Theologi aſtruunt) procedit, & etiam *filius*: qui à patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus, at ſi ſecundo modo, ſenſus erit, *in his*, ideſt apoſtolis ita victorioſis; & victo mundi principe triumphantibus *Paterna gloria exultat*, iubilat, & aliæ ſummæ Trinitatis perſonæ; & *cælum repletur gaudio*, vbi per cœlum poſſumus intelligere ſedem ipſam dei, & beatorum, quod eſt ab omni corruptione remotum, quod quidem modo ſuo gaudere, & lætari dicimus, Et poſſumus etiam intelligere cœleſtes ſpiritus, beatas mentes, & in eo habitantes, qui verè gaudio, & lætitia replentur in his apoſtolis, ideſt in ingreſſu eorum in ipſum, gaudium enim cœli ſunt, quorum *conſortio*, & ſocietate oramus te nūc ò redemptor, vt *in ſecula ſempiterna iungas nos precantes*, ideſt orantes, *ſeruulos tuos*. Amen.

Hymnus in communi de vno martyre ad veſperas, & ad matutinum.

SEquitur expoſitio hymni *Deus tuorum militum &c.* qui dicitur ad veſperas, & ad matutinum nocturnum in ſolennijs de vno martyre, in quo auctor orat Deum, vt nos canentes laudes cuiuſuis martyris in ſingulari, abſoluat à nexu criminis, explicat de eo, quòd ſpretis gaudijs mundi, ſuiſque illecebris, elegerit Chriſtum ſequi, & pro eo pœnas, tormenta, & cruces viriliter, & fortiter ſuſtinens, & ſanguinem fundens, peruenerit ad cœleſtia, & nūc æterna poſſideat dona, & tandem petit à deo, vt huius precibus, & precatu, dimittat noxam ſeruulis ſuis. Ait ergò *Deus tuorum militum &c.* ſenſus eſt, ò *deus* qui es *tuorum militum*, non euocatorum, Militū tria genera. non tumultuariorum, ſed ſacramento religatorum, qui poſt electionem,

ſem, & ingreſſum in Chriſtianam rempub. iurarūt, ſe non receſſuros à præcepto tuo, etiam poſt completa ſtipendia, & præmia, quæ militibus tuis emeritis elapſo tempore iuſtæ militiæ concedere, vel etiam ſoluere ſoles, *ſors*, ideſt hæreditas patrimonium, pars, portio, in cuius ſortis partem qui vocati ſunt, gratias agere debent deo (vt D. Paulus monet) cum gaudio gratias agentes deo patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine, ideſt ad habendam participationem hæreditatis electorū; quæ habetur per lumen gloriæ, vel in lumine, & claritatē viſionis diuinæ, quæ hæreditas patrimonium, pars, & portio, dicta eſt ſors, quia non humana prouiſione diſtribuitur, ſed diuinæ voluntatis electione, ſicut ſortes dicuntur temperari, atque diſponi à deo (vt Salomon ait) de qua ſorte (ait pſalmiſta) dominus pars hæreditatis meæ, & alibi, pars mea deus in eternū, & rurſus: Dixi tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium; & in actis apoſt. legitur, Chriſtum Ieſum dixiſſe D. Paulo: Mitto te apetire oculos gentium; vt conuertantur à tenebris ad lucem; vt accipiant remiſſionem peccatorum, & ſortē inter ſanctos per fidē, quæ eſt in me, *& corona*, ideſt non ſolum es ſors, pars, portio, & hæreditas ſanctorum tuorum militum, ſed & *corona* eorundem, non ſpinea, qua coronauit te crudelis ſynagoga, ſed aurea, quia victores tuos coronas in cœleſti regno, quorum tu corona diceris non ſolum ab hymni auctore, ſed ab eccleſia ſancta in inuitatorio omnium ſanctorum, quia reuera decus es, & ornamē tum inſigne electorum tuorum, quos coronas in mīa, & miſerationibus (vt ait Dauid) & inde eſt, quòd corona diceris mīæ; quos coronas in iuſtitia, & inde diceris corona iuſtitiæ (ait ſanctus Paulus) coronas in iuſtitia, quia meritis redditur iſta corona, coronas in miſericordia; quia ex maxima mīa eſt, quòd des gratiam, q̄ fundamentum eſt meriti, Et tandem, qui es etiam *Prēmium* eorundem, & merces copioſa in cœlis, & multa (inquiunt euāgeliſtæ) & magna nimis: qui dixiſti abrahæ, Ego protector tuus ſum: & merces tua magna nimis, & in apoc. dicitur: Merces tua mecum eſt; cui ſimile eſt illud, quod in Eſai. prophæta. Ecce merces eius cum eo. Et rectè diceris præmium: qqaſi præmunium, & pro officio datum: quia deus noſter qui eſt ſine fine, ſe dat vnicuique pro opere; quod eſt cum fine, Merces mea mecum eſt: dare vnicuique ſecundū opera ſua, & per opera ſua, ideſt per actus interiores: cogitationes: intentiones: & affectiones, & per actus exteriores: quibus adhibita: & adiuncta gratia: & deiformi habitu, quo ſpiritus rationalis eleuatur ſupra ſe: fit dignus deo, & æternam promeretur beatitudinem:

Coloſſ. 1. c.

Hæreditas fideliū ſors dicitur, & quare.

pro. 16. c.
pſal. 15.
pſal. 72.
pſalm. 141.
act. 26. c.

Corona non ſpinea Chriſtus ſanctorum ſuorū, ſed aurea.

pſal. 102
2. Tim. ult.

Coronat, Chriſtus in iuſtitia, & in miſericordia, et quat.

Matt. 5. & Luce 6. c.
gen. 15. c
Apoc. 22. c.
Iſai. 40. & 62. c.
Apoc. 22. c

nem : ſortem ſanctorum : coronam : præmium : & mercedem, quæ eſt ipſe met deus: *ò deus* igitur qui es *tuorum militum*, & militiã tuã exercentium *ſors: & corona : & præmium ; abſolue nexu*, idest vinculo: *criminis*, quo pro propria voluntate; non habentes vnde ſoluere poſſimus, addicti ſumus fænetatori, & creditori: cui animam, & corpus obligauimus: cui ſeruire debemus, & præſtare operas noſtras in ſeruitute quoad debitum perſoluamus. & quia non habemus Aes proprium, ſolue tu ære tuo præcioſo : à *nexu*, ideſt obligatione *criminis*, quia anima nedum, ſed & corpus etiam vt pignus efficitur, *canentes laudes martyris*, & militis huius tui, *Hic nempè mundi gaudia &c.* ſenſus eſt, *nempè*, ideſt certè (aduerbium, enim confirmantis eſt certè, vel nempè, quod & ſi quandoque cum interrogatione ponatur: hoc loci tamen ſine interrogatione ponitur. *Hic videlicet* martyr : teſtis: athleta: pugil: & miles, pro Chriſto certans: qui eſt athlotetes ; ideſt certaminum, & certantium iudex: *peruenit ad cæleſtia ritè*, ideſt iuſtè, & benè, (à ritu enim putant quidam dictum *ritè*, quia quæ ſecundum ritum fiunt, recta, & rata; ac firma ſunt) *deputans*, ideſt exiſtimans : cenſens : reputans, *gaudia mundi caduca*, ideſt tranſitoria, & non permanentia eſſe: ſed fragilia: mortalia: momentanea, & non ſolum quia facilè, cadunt, ſed quia cadere faciunt, qui enim labenti innititur, & inhæret, illo cadente labitur, & cum ipſo cadit, quem labentem tenet (ait D. Gregorius) *& noxia blandimenta*, ideſt ad impietatem allicientia, quibus blanditur, & allicit; vt decipiat, & vultu applaudit, & addulatur: vt fallat, & in interitum præcipitet, vnde non mirum ſi D. Ioan in can.

1. can. 2. c. (ait) nolite diligere mundum : neque ea quæ ſunt in mundo; mundus enim tranſit ; & concupiſcentia eius. Quare fugienda ſunt (vt ſanctus hic martyr dei) fugit, & ita vt nullo fœdere, & amicitia ſe

Amor dei, et mundi pugnãt inuicẽ.

coniunxerit. Qui enim fieri poteſt vt duo ex diametro contraria in idem coaleſcant? Pugnant inuicem (ò boni) amor dei, & amor mũdi, dei enim amor purus eſt, ſpiritualis, & viuificans : amor mundi impurus, carnalis, & mortem inferens. Quomodo igitur poſſumus his duobus ſeruire ſimul? ſtat firma ſententia: Aut vnum odio habebit, & alterum diliget. aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet:

Matt. 6. c. 2. cor. 6. c.

valdè enim diuerſa imperant: Quæ conuentio Chriſti ad belial? (ait ſanctus Paulus) Non poteſtis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum : non poteſtis menſæ domini eſſe participes, & menſæ idolorum. Quare ſi cum hoc ſancto martyre volumus peruenire etiam nos ad regna cœleſtia: curemus ne contra nos clamet Hælias, Vſquequo claudicatis in duas partes? attendamus & illud D. Iacobi

in can.

in eat. Qui vult amicus eſſe huius mundi inimicus dei conſtitui- *Iacobi 4. c.*
tur. Nam ſicut vxor alieno viro iuncta adultera eſt, ſic anima ad- *Adultera ē*
hærens mundo (qui nihil commune habet cum deo) adulteratur: *anima mū-*
à Chriſto enim duce, & imperatore ſuo ad caſtra mundi, & carnis, *do adhęrēs.*
defecit. Magis eligamus cum Moyſe affligi cum populo dei: quàm *Heb. 11. c.*
temporalis peccati habere iucunditatem, caduca enim hęc, & la-
bentia, & nocentes illecebras deputemus (ve*r*e tales ſunt) nam ſi
angustum, & arctum eſt, & tam breue pallium cordis noſtri, vt ip- *Pallium cor*
ſum etiam deum ſolum pro eo (vt debet) capere non poſſit, ad ope- *dis tam bre*
rire, quamobrem excidit e veſtigio is de ſtrato, & pallio cordis *ue eſt, vt ſi*
noſtri, ſimul vt alius admiſſus fuerit, ſicque fiet, vt & nos etiam tan- *alius à Chri*
dem poſt hanc peregrinationem, & poſt ex hac miſeriarum valle trā- *ſto in eo fue*
ſitum, *perueniamus ad cæleſtia*. *Pænas cucurrit fortiter &c*, ſenſus *rit admiſſus*
eſt: & hic martyr ſanctus *cucurrit fortiter*, ideſt animosè, & infra- *mox eyci-*
cto animo *pœnas*: & ſupplicia, quas, & quæ *viriliter*: ideſt magno *det ab eo*
animo, & viro digno, bonum certamen certando *ſuſtulit*, ideſt ſu- *Chriſtum.*
ſtinuit, tolerauit, paſſus eſt, & quia martyrem non facit pœna ſed
cauſſa: *pro te effundens ſanguinem* ô bone Ieſu non mirum ſi non ſo-
lùm martyr effectus eſt, ſed etiam *æterna dona poſſidet*. *ob preca-*
tu &c. ſenſus eſt, *ob hoc*. i. propter hoc *ſupplici*, ideſt humili, *pre-*
catu, ideſt prece, & oratione *poſcimus te o piiſſime deus*, *in hoc*
triumpho martyris, ideſt amore victoriæ, & triumphi huius marty-
ris, *dimitte noxam*, ideſt culpam nobis *ſeruulis tuis*, qui & ſi nomi-
ne, & ſacramento ſerui ſumus non profeſſione, & re, nam quan-
diu in peccato ſumus ſeruire, & effectu cui exhibuimus, nos ſer- *Rom. 6. c.*
uos ad obediendum (ait Diuus Paulus) cupimus tamen, & opta-
mus effici, & fieri ſerui tui profeſſione, re, & effectu: auxilio gra-
tiæ tuæ, cui ſit honor, & gloria. Amen. *Sap. 3. c.*

Hymnus ad laudes de vno martyre.

SEquitur expoſitio hymni. *Martyr dei qui vnicum &c*, qui dici-
tur ad laudes matutinas ī feſto vnius cuiuſuis martyris: in quo
auctor ſupplicem dirigit orationem ad quemuis martyrem Chriſti
commendans, & laudans illum de conſtantia in paſſione, & cru-
ciatu, & in ſequendo Chriſtum pugnando contra hoſtes fidei, tum
viſibiles, cùm inuiſibiles prælia domini: quos moriendo ſuperauit:
calcauit: ac de eis triumphum reportauit, & tādem preces ad eum
fundit, vt dono tuæ interceſſionis diluat noſtrum reatum: & amo-
te filij, ſoluat nos vinclis ſeculi. Ait ergo. *Martyr dei &c.* ſenſus:

eſt: ô *martyr dei* addidit hymni author. Ad id vt diſtinguat hūc: à martyribus mundi, & diaboli: habent enim mundus iſte, & diabolus etiam martyres ſuos, qui pro eis varia, & diuerſa ſuſtinent incommoda, & quandoque mortem, an non martyros dices hæreticos? an non phariſeos, & hypocritas? qui pro mundi gloria (quam vehementer appetunt) fortes, & conſtantes: tot & tanta perferunt, ſuſtinent, ac patiuntur? verè martyres ſunt, at non dei, & Chriſti; ſed mundi, & diaboli, digni vt damnatorum cathalogo, & tabulę aſcribantur: non ſanctorum; non ſic martyr tu almę noſter, dei martyr es, qui ſequendo in paupertate, in prædicationis inſtantia, & morte propter iuſtitiam *filium unicum patris*, Chriſtum dominū noſtrum, mundi lucem, quem qui ſequitur non ambulat in tenebris: (quem confitemur vnigenitum dei patris filium ſecundum diuinitatem, & eundem vnigenitum virginis matris filium ſecundū carnem, & humanitatem) qui pro nobis paſſus, nobis reliquit exēplum vt ſequamur veſtigia eius: quod didicit hic ſanctus martyr, vt pro veritate, iuſtitia, & pro fidei confeſſione: non ſolum tormenta, cruciatus: carceres: ignes: paſſiones, probra: irriſiones ſuſtineret, ſed & mortem ipſam, & quia perpendiſti: quòd non poſſit coronari, niſi qui legitimè certauerit: quòd non poſſit eſſe ſocius conſolationis & particeps lætitiæ, qui non fuerit ſocius paſſionum, & dolorum, & quòd non ſit iuſtum, quòd diſcipulus ſit ſupra magiſtrum, & quòd ſufficiat ſeruo ſi ſit ſicut dominus ſuus (vt euangeliſtę dicunt) contumelias crucis: & mortem didiciſti non timere, & magis, magiſque roboratus: inimicos viciſti: non reſiſtendo, ſed perferendo, vnde non mirum ſi nunc in manu dei, & Chriſti es, pro quibus paſſus, & mortuus es, & in loco pacis, & licet viſus fueris oculis inſipientium mori, & vanòi, tamen *victor inclytus fruens cæleſtibus*: ideſt fructum capiens cęleſtium, qui noluiſti frui præſentibus voluptatibus (eſt enim frui fructum capere: ali: & paſci) *triumphas victis hoſtibus*, in quo etiam ſequutus es Chriſtum nam ſicut ipſe ſuo occubitu per mortem triumphauit de principe mundi, ſic tuo obitu euaſiſti victor inclytus de tyrannis, & perſequutoribus qui tempore ſuo dicent: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij, nos inſenſati vitā illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore, ecce quomodo computati ſunt inter filios dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt, contra quos ſtabunt iuſti in magna conſtantia. *Tui precatus munere & cætera* ſenſus eſt, & ô martyr dei, *munere*, ideſt dono: officio: & exercitio tui precatus, ideſt orationis, & precis efficax

Sunt martyres demonſunt et martyres diaboli, & mundi.

Ioan. 8. c.

1. Pet. 2. D.

2 Tim. 2. c.

2. cor. 1. c.

Mat. 10. c.

Ioan. 15. c.

Sap. 3. c.

Sap. 5. c.

ſicut enim orator effectus es ad thronum patris, & quia potes tuis precibus nobis obtinere quod à te petimus: *Dilue*, ideſt dele, purga, extingue, *noſtrum reatum*, ideſt peccatum & crimen, quo in reorum ſtatu, & conditione ponimur, quamuis hęc interpretatio vt reatum pro crimine capiamus Budæo non placeat (vt Calepinus refert) *Arcens*, ideſt non ſolum compeſcens: & refrenans, ſed propulſans, & prohibens ne accedat; *contagium*, ideſt labem, putredinem, corruptionem mali culpæ, quæ ex ſua contagione corrumpit, & inficit, non ſecus ac contagioſus morbus, quo qui laborat contactu ſolo alios inficit, *& remouens*, ideſt expellens, *tedium vitæ*, & per vitæ tædium intelligit hymni auctor incommoda, erumnas, calamitates, paupertates, nuditates, orbitates, & his ſimilia, quæ ſi non ęquo animo ferantur: inferre ſolent vitæ præſentis tædium, quibus motus Iob ait: Tędet animam meam vitę meę: & Helias qui ægre ferens Iezabelis perſecutionem ſubter vnam iuniperum ſedens ait. Sufficit mihi domine, tolle quęſo animam meam, neque enim melior ſum quam patres mei. & Diuus Paulus ait. Supra modũ grauati ſumus: & ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. tale ergo tædium: quod apportare ſolet animi moleſtia, & anxietas ex incommodis, ærumnis, perſecutionibus conſurgens: petimus remoueri à nobis, aut per ſubtractionem materię, & occaſionis incommodorum, & ęrumnarum, aut per patientiam, quæ magnam habet remunerationem, qua acerbam vitæ præſentis, & miſeram ſortem leuiter feramus. Sunt qui ſecundum hunc verſum ſic exponũt, vt ly *precatus* non ſit gignendi caſus, ſed nominandi, & referatur non ad martyrem, ſed ad Chriſtum vt ſit ſenſus: o Chriſte *precatus*, ideſt rogatus, *dilue*. i. dele, extingue; *reatum noſtrum*, *munere tui* ſancti martyris, *arcens mali contagium*, ſed libenter horum lectionem, & interpretationem acciperem, ſi per totum hymnum ad ſacrum martyrem non dirigeretur ſermo per ſecundam perſonam, ideo expone (vt ſupra dictum eſt) ad cuius rei veritatem ſequitur hymni auctor. *ſoluta ſunt iam uincula &c.* ſenſus eſt, & ſicut *ſoluta ſunt iam uincula tui ſacrati corporis* per mortem, quæ carni tuæ inflicta eſt, qua anima ſeparata à corporeo carcere (cuius erat actus, forma: vita: eſſe: ac permanentia) deſijt informare: & dare eſſe, ac per hoc diſſoluit ligamina, nexus: coniunctiones: & iuncturas vitæ neceſſarias. Sic tu nunc, *amore filij dei*: pro quo mortem paſſus es, tuis precibus fac nobiſcum hanc miſericordiam, & *ſolue*. i. libera, & exime *nos uinclis*, ideſt nexibus & ligaminibus *ſeculi*, quibus in hanc vſque diem compediti ſumus, & implicamur: huic ſeca-

Budæo non placet vt reatum pro crimine capiamus.

Iob. 10. a

3. *Reg.* 19. a

2. *Cor.* 1. c.

Heb. 10. c.

Vincula quibus uinciuntur peccatores, quæ ſint *1. Ioan. 2. c.*

mur in deum, & ſi quæras, quę ſint iſta vincula, compedes, & catenæ, quibus vincimur: conſtringimur: & detinemur? Dicam breuibus ſunt concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitę ſunt loci, ludi, riſus, diſſolutiones, oſcula, & amplexus commeſſationes, potationes, laſciui contactus, & cætera vitia guſtus, & tactus, quæ pertinent ad concupiſcentiam carnis, ſunt cupiditates, auaritia, curioſitas, & cætera, quæ pertinent ad concupiſcentiam oculorum, ſunt ambitio ſeculi, deſiderium prælationis, excellentiæ appetitus famæ, laudis, honoris, & reputationis inordinata affectio, & cætera quæ pertinent ad ſuperbiam vitæ, his. n.

Vitia, et peccata cur mundi, & ſeculi vincula dicantur. *1. Ioan. 2. c.* *Dubium.* *Vitia, et peccata quomodo à deo ſint* *Solutio.*

omnibus conſtringimur ligamur & veluti quibuſdam laqueis detinemur ne ferri poſſimus in deum ideo oramus vt ſuis precibus ſanctus hic martyr ſoluat, liberet, eximat noſ à vinculis, & ligaminibus prædictis, quæ ſeculi, & mundi ligamina ſunt, & vincula dicuntur, tum quia illis vtitur mundus, vt nos decipiat, tum quia ex mundo ſunt, non ex patre deo (ait D. Ioan.) quòd ſi quis contendat, illa eſſe à deo? Reſpondeo vtique quo ad entitatem exiſtentem in eis, quo ad ſubſtantiam actus, vel quantum ad ſuum materiale, non quo ad deformitatē & quantum ad ſuum formale, quod eſt ipſa deordinatio actus, quæ non eſt aliquid poſitiuum, & reale, ſed priuatio ſpeciei, modi ac ordinis (vt dicunt ſcholaſtici doctores magni) Deo patri, ſit gloria &c.

Hymnus in feſto plurimorum martyrum ad veſperas.

SEQVITVR expoſitio hymni. *Sanctorum meritis inclyta gaudia &c.* qui dicitur ad veſperas in feſto plurimorum martyrum, in quo auctor quiſquis ille fuerit, celebrat egregia ſanctorum martyrum præconia, narrat de eis quòd contempto mundi faſtu ſequuti ſunt Chriſtum ob cuius amorem, & fidei ipſius confeſſionem: conſtanter omnia ſupplicia pertulerunt: & denique mortem perpeſſi; celebri triumpho cæleſtibus atrijs ſunt inuecti, vitam adepti perpetuam, in qua ditati ſunt, benè fulgidis laureis, & præmijs ampliſſimis coronati. Ait ergo. *Sanctorum meritis &c.* ſenſus eſt, ò *ſocij*, qui ita fœdere coniuncti ſumus vt belli, & pacis ſimus participes, & eiuſdem hæreditatis conſortes ſumus gratia tamen dei, qui dignos nos fecit in partē ſortis ſanctorum in lumine. *Pangamus*. i. cantemus (ad hoc enim linguam habemus dataque nobis eſt, vt ea vtamur ad loquendum ſermones dei, & ad cantandum (*inclyta*, ideſt præclara *gaudia*, ideſt

glo-

gloriosas ſolennitates atque triumphos, collatos, & communicatos: *meritis ſanctorum* martyrum Chriſti, & dei, *& geſta*, ideſt facta fortia eorundem, qui fortiter: viriliter: inuicté, & conſtanter omnia pertulerunt ſupplicia, & tormenta pro Chriſti nomine, & confeſſione fidei eiusdem: *Nam gliſcit animus*: ideſt ardet, & vehementer cupit, atque deſiderat: *promere*, ideſt exprimere: manifeſtare: declarare *cantibus*, ideſt hymnis, & laudibus. *Genus optimum victorum*, ideſt martyrum: qui victores omnium optimi dicuntur, quia patiendo, & moriendo vicerunt, & cum ſuas animas prodigerent, fundebant aduerſarios: non armis fidentes: ſed armaturę loco: pugnę cauſſam ſufficere ducentes, & non corporis viribus aut gladijs materialibus: ſed animo, & gladio ſpiritus, ideſt a ſpiritu ſancto ſpiritui illorum dato, quod eſt verbum dei, cui nō poterant reſiſtere omnes aduerſarij illorum, nam arma militię ipſorum non carnalia erant (neque enim carnaliter exercebantur ad prælium contra aduerſarios fidei, & nominis Chriſti) ſed ſpiritualia, puta virtutes, & dona ſpiritus, quibus induti in interioribus, ideſt in intellectu prudentia, in voluntate iuſtitia: in ſenſitiuo appetitu cęteris virtutibus moralibus, anima ipſorum contra omnia nocumenta muniebatur, vnde fortiter dimicantes præualebant: non ſolum aduerſus occultas diaboli machinationes, qui ſe frequenter transfigurat in angelum lucis, ſub ſpecie boni, multa mala proponens, qui omnium diſcutit mores: ventilat curas: ſcrutatur affectus, & ibi quærit cauſſas nocendi, vbi quemquam viderit ſtudioſius occupari, ſed dei virtute, cuius nomen turris fortiſſima ad quod currentes iuſti exaltabantur, efficaces erant ad deſtructionem munitionum, & virium, quibus dæmones, & impij homines, & tyranni, contra fidei veritatem armabantur. Quo loco annotandum quod genitiuus ille pluralis victorum, non deducitur à participio victus, neque paſſiuam habet acceptionem, ſed à nomine verbali victor, & actiuam habet ſignificationē. *Hi ſunt quos retinens etc.* ſenſus eſt. Hi de quibus nunc ſermo (o domine Ieſu) *ſunt quos retinens*, & continens in ſe *mundus* ſecundum corporis incolatum, *inhorruit*. ideſt cūm horrore fugit, propter nouam vitam, & inuictam patientiam in horrorem habuit, odio habuit, reputauit viles, & abiectos in deriſum habuit, & in ſimilitudinem improperij, & veluti inſenſatus viam illorum ſemper ęſtimauit inſaniam; & finem illorum ſine honore. propriè enim horret: qui tremit, & cuius pili rigeſcunt, & ſurſum eriguntur, ſed dicas, quare odio eos habuit mundus? Reſpondet hymni auctor, *ipſum nam ſterili &c.* ſenſus eſt, hęc

Marginal notes: *Victorū genus optimū ſancti, quia patiendo, et moriēdo vicerunt.* — *Eph. 6. c.* — *Luca. 2. c.* — *2. cor. 10. a.* — *2. cor. 11. c.* — *Pro. 12. c.* — *Sap. 5. c.*

eſt cauſſa, quare eos odio habuit mundus, nam ipſi ſancti dei mar-tyres, & aſſiduè Chriſto comitatum præſtantes, ipſum *ſpreuerunt penitus*, & omnino contemptui habuerunt: reputantes ipſum *penitus* idest valdè ſiccum, prorſus aridum, vanum, emarcidum, & *flore ſterili*, idest ſine fructu, addens cauſſam aliam, nam teſtimonium

Ioan. 7. c. perhibebant de mundo, quoniam opera eius mala ſunt, nam & ſi de mundo erant quoad corporis habitationem, vtebantur tamen

1. Cor. 7. d. hoc mundo, tamquam non vterentur, de mundo non erant quantū ad mores: & vitæ inſtitutum: nam ſi ſic fuiſſent de mundo, mundus

Ioan. 15. c. quod ſuum erat dilexiſſet, inquit Chriſtus, odio igitur eos habuit

Hebr. 11. e. mundus (quibus non erat dignus) quia ipſum mundum ſpreuerūt, & nihili faciebant, *teque ſecuti ſunt &c.* ſenſus eſt, & in hoc quod mundum, idest cœtum hominum ſecularium, & ſecularia, & carnalia deſideria ſectantium, ſpreuerunt, *ſecuti ſunt te ô Chriſte bo-*

Matt. 4. c. *ne* qui dixiſte Venite poſt me, qui adeò mundum aſpernatus es,

Ioan. 12. c. vt diceres de eo: Nunc iudicium eſt mundi, cuius rei gratia dixerūt

Sap. 2. c. de te impij. Circunueniamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, grauis eſt nobis etiam ad videndū, quoniam diſsimilis eſt alijs vita illius, & in veritate ſunt viæ eius, tamquam nugaces extimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe à vijs noſtris tamquam ab immunditijs. *cœlitus*, ſenſus eſt, & quòd ſecuti ſint te, tuique imitatores fuerint in ſpernendo mundū: *cœlitus* fuit,

Ioan. 6. c. idest è cœlo habuerunt, & à deo, ſine cuius tractu (ait Chriſtus) neque venit ad me, & nemo ſequitur me, *hi pro te furias &c.* ſenſus eſt, *hi pro te*, idest amore tui, gratia, & cauſſa tui (ò Chriſte ſanctiſſime) & propter te finaliter, vt te deum pro præmio acquirerent, *calcarunt*, compreſſerunt: ſuppreſſerunt: frenarunt, *furias, atque ferocia*, idest atrocia, aſpera, crudelia, dura, iniurioſa verba, & minas *hominum* impiorum, & tyrannorum, *& ſæua uerbera*, quibus etiā, nedum promiſſionibus, & blāditijs eos auellere nitebantur ab amo-

Heb. 11. c. re Chriſti: & à veræ fidei confeſſione, ita vt verè dixerit Diuus Paulus: alij vero ludibria: & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt: in occiſione gladij mortui ſunt, ſed nebulas diuerberarunt impij tyranni illi, nihilque profecerunt, nam non tribulatio corporis: non anguſtia mentis: non fames: non nuditas veſtimentorū: non inopia, non periculum. i. apparatus mortis, non pſequutio, non gladius poterat illos ſeparare à cha-

Rom. 8. e. ritate Chriſti, & dei: Vnde nec promiſſis emolliebantur, nec verberibus terrebantur, immo in tantis malis ſuperiores euadebant, quo fit vt rectè ſubdat hymni auctor, *ceſſit his lacerans &c.* vt ſit ſenſus,

vngula

ungula (quæ fuit apud gentiles tyrannorum tormentorum genus, sic di-
cta) martyrum quia carnes effodiebat; *fortiter illas lacerans, ceſſit*
his, ideſt locum dedit eis, non præualuit contra eos; nam licet la-
cerarct eos in membris, & viſcera corporis dilaniarentur in diuer-
ſas partes, vt ſic negacio fidei, & nominis Chriſti inueniretur in
eis: *non tamen carpſit*, ideſt extra violenter traxit, diſcerpſit, euulſit
penetralia, ideſt intima cordis; nam neque fidem chriſtianitatis po-
tuit diuellere ab eorum adamantino pectore, neque corda eorum à
ſede conſtantiæ, & fortitudinis remouere, & non mirum deum n.
ſecum habebant propugnatorem, quorum dux erat, pro quibus ipſe
pugnabat, cuius virtute illa omnia inuictiſſimè patiebantur, cuius
auxilium ſupernè inuocabant, quibus præſtò erat in tribulationi-
bus; & ſi deus pro eis quis contra eos? Pone me iuxta te (ait Iob *Rom.8 c*
exercitatiſſ. bellantium) & cuius vis manus pugnet contra me, etiã *Iob. 17.c.*
ſi ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala: quoniam *Pſal. 22.*
tu mecum es (ait ſanctus Dauid) *caduntur gladijs &c.* ſenſus eſt, ô *Oues quæ*
hi electi ſancti tui (ô domine Ieſu Chriſte) *caduntur*: ideſt inciduu *prius bien-*
tur, dilaniantur, dilacerantur, iugulantur *more bidentium*, ideſt ouiũ *tes, uel bien*
quę bidentes dicuntur, nam quum ex minore ætate in maiorem erã *nes diceban*
ſeunt, habent duos dentes cæteris altiores, quæ prius bientes, vel *tur: bidẽtes*
quaſi biennes dicebantur. More igitur, & conſuetudine ouium ma *dicuntur ex*
ctabantur ſancti tyrannorum tempore gladijs, quorum vox hæc erat *quare.*
ad deum Propter te mortificamur tota die, quaſi vna mactatio, & *Pſalm. 43.*
occiſio non ſatis eſſet, æſtimati ſumus, vt oues occiſionis, vnde & *Matt. 10.c.*
Chriſtus ait diſcipulis, ecce ego mitto vos ſicut oues in medio lupo *Philip. 2 c.*
rum, inter quos ſicut in medio nationis prauæ, & peruerſæ lucetis
Non murmur reſonat &c. ſenſus eſt, & quando occiduntur, & iugu-
lantur: *non murmur reſonat, nec querimonia*, vel lamentatio auditur;
ſed tacito corde mens bene conſcia eius rei, quę debebat illis euenire,
& ſupereſſe poſt mortem, *conſeruat patientiam*, Chriſti ſimiles facti,
de quo Eſaias, ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus co-
ram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum, de quo, & D. *Iſa. 53.c.*
Petrus, qui quum malediceretur non maledicebat, quum pateretur *1. Pet. 2.c.*
non comminabatur, *quæ vox: quæ poterit &c.* ſenſus eſt, *quæ vox*,
& *quæ lingua*, ideſt angelica, vel humana, *poterit retexere*, ideſt ex-
plicare, & referre *munera*, ideſt dona, & præmia, quę tu (ô domi-
ne) *præparas martyribus tuis*, à quibus cuncta aduerſantia, & mala
propitiatos excluſiſti, abſterſiſti omnem lachrymam ab oculis eo-
rum, & bona cuncta conceſſiſti, oculus non vidit, auris non audi- *Iſai. 64. &*
uit, in cor hominis non aſcenderunt, quæ præparauit deus diligen- *1 Cor. 2.c*

Iſai. 64. c. 1. cor. 2. c. — ſibi eſſe (ait Eſai. & D. Paulus): quæ autem lingua dicere (ait D. Gregorius) vel quis intellectus capere ſufficit, illa ſupernæ ciuitatis quanta ſint gaudia: angelorum choris intereſſe: cum beatiſ. ſpiritubus gloriæ conditoris aſſiſtere: præſentem dei vultum cernere: incircumſcriptum lumen videre: nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari. *rubri nam fluido &c.* ſenſus eſt, & quamuis mens humana capere, & lingua non valeat promere, quæ præparata ſunt à deo ſanctis tuis in cœleſti gloria, donec vitæ victoria commutet hæc mortalia, ideſt cum ſors mortalitatis fuerit in nobis finita per immortalitatis gloriam, ſcimus tamen quòd in illo ſupernæ ciuitatis feſto die: diſtribuuntur pro tranſactis laboribus præmia his: qui in labore huius vitæ legitimè certauerunt, nam & ſi qui doctrinam ſacræ fidei ſuo labore elucidarunt aurea inſigniuntur torque, & ſi eis qui incontaminatam ſeruauerunt, & corporis, & animi caſtitatem, candida detur corona, martyres tamen facti *rubri*, ideſt rubentis coloris: *fluido*, ideſt decurrenti, & fluenti *ſanguine*, quē fuderunt pro Chriſti nomine, & ſuæ fidei confeſſione: *ditantur* (ait hymni auctor) *benè fulgidis laureis*, ideſt ſplendentibus coronis, ex lauro: vel lauri folijs confectis, in quo oſtenditur victoria, quam habuerunt de tyrannis, nam laurus arborum genus, perpetua virens coma, apud antiquos victoriæ erat inſigne, triumphis dicata: & ea coronabantur: qui victores euaſerant: vnde quia ſancti martyres victoriam reportarunt de tyrannis, conuenientiſſimæ dicit hymni auctor: quòd ipſi in cœlo ditentur laureis coronis benè fulgidis, & ſplendentibus, quibus non ſecus ac potiti victoria, & triumphantes: caput ornatum habent. *Te ſumma deitas &c.* vt ſit ſenſus, ò *ſumma, & vna*, & eadem omnium diuinarum perſonarum, *deitas*, natura, eſſentia, & ſubſtantia, quæ græco nomine dicitur vſia, hinc filium dei homouſion, ideſt conſubſtantialem confitemur ſecundum orthodoxæ fidei traditionem, Deus pater, deus filius: deus ſpiritus ſanctus (ait ſanctus Athan. in ſymbolo) & tamen non tres dij, ſed vnus deus: vna in eis deitas, quæ vna dicitur, non ſolum quia in rei veritate vna eſt, ſed quia vna, & maxime omnium vna eſt cauſa: vnus deus: efficiens, forma, & finis, efficiens quia ab ipſo vt primo auctore ſunt omnia: forma, quia per ipſum ſubſiſtunt omnia (dat enim eſſe rebus, & conſeruat eas in eſſe) finis vero: quia in ipſum vt optimum finem referuntur omnia: & ipſius gratia aguntur omnia. *Poſcimus*, ideſt ſupplici prece petimus à te, *vt abluas*, ideſt laues, deleas: *culpas* noſtras, & *ſubtrahas*, ideſt remoueas, *noxia*, ideſt nocentia, & nocumentum nobis præſtantia. *Des pacem famulis*

Laurus arbor ꝑpetua virēs coma triūphis dicata olim erat.

ideſt

ideſt ſeruis tuis intrinſecam, & extrinſecam, quam mundus dare nequit, ſic enim fiet, vt, & nos etiam tibi poſthac demus gloriam cui ſoli debetur, non nobis, per cuncta ſeculorum ſecula. Amen.

Hymnus Æterna Chriſti munera in feſto plurimorum martyrum ad matutinum.

SEquitur expoſitio hymni *Æterna Chriſti munera &c.* qui dicitur ad matutinum in feſto plurimorum martyrum, in quo auctor depromit: profert: & explicat inuictam animi conſtantiã martyrum Chriſti, in perferendis tormentis pro confeſſione veræ fidæi, pro qua traditos illos fuiſſe dicit igni, & dentibus beſtiarum, quas pænas (& mortem etiam perpeſſi ſunt gratia vitæ perẽnis, & æternæ, Ait ergo *ęterna Chriſti munera &c.* vt ſit ſenſus: nos *canentes laudes debitas*, in ſolennijs martyrum, & electorum Chriſti *lætis mentibus canamus*, *æterna Chriſti munera*, ideſt dona collata ſanctis martyribus, & eorundem *victorias*, atque triumphos: quibus triumphum reportarunt de principe tenebrarum, de mundo: carne, & cæteris aduerſarijs. *Terrore victo ſeculi &c.* ſenſus eſt, qui martyres, *victo* iam, & ſuperato: *terrore*, ideſt terribili metu, qui mentis eſt trepidatio de inſtanti, vel futuro periculo à *ſeculi* hominibus ſibi illato: quem conſequitur pallor: & tremor: & dentium crepitus, *& ſpretis*, ideſt contemptis, & deſpectis *pęnis corporis*; eiuſdemque tormentis, atque ſupplicijs, *poßident vitam beatam*: quæ ſtatus eſt omnium bonorum agregatione perfectus. *compedio ſacræ mortis*, per viam breuem, atque ſuccintam, *ſacra*, ideſt venerabilis, deoquæ dicatæ, ac conſecratæ: *mortis*, quam tyranni reputabant ſacram, ideſt execrandam, atque ſceleſtam, Mors enim illa corporalis, quam martyres pro Chriſti nomine perpeſſi ſunt, adeò compẽdioſa fuit: & breuis: collatione facta ad vitam illam perennem: atq; perpetuam, quam per temporalem mortem aſſecuti ſunt; vt verè dixerit D. Paulus non eſſe condingnas, ſufficientibus ac proportionatas: paſſiones huius tẽporis, ideſt quod in hoc breui vitę huius curriculo ſuſtinentur, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, ideſt prædeſtinatis, & electis præſtabitur claré: & coràm omnibus, & verum eſt quod dicitur: de paſſionibus: tentationibus: perſecutionibus, laboribus. & morte, ſecundum quod procedunt à libero arbitrio, vel acceptantur ab eo: ſic enim non merentur vitam æternam de condigno, etiam charitatis habitu adiuncto, non autem pro vt ſpiritus.s. liberum arbitrium mouens: eſt huius proceſſio-

De quibus paßionibus verũ eſt dicere quòd non ſint condignæ ad futuram gloriam.

nis, vel acceptationis initium, nam ita eſt meritum de condignó, eo quòd principium meriti eſt eiuſdem rationis cum præmio, de
2. *cor.* 4. *c.* quo ait D. Paulus, id quod in præſenti, ſuppl. [illegible] exilio, & momentaneum, & leue tribulationis noſtræ (quod enim patimur breuiſſimum eſt, & leue comparatione futuræ iucunditatis, & æternitatis) ſupramodum in ſublimitate æternum gloriæ pondus meretur in nobis. *Traduntur ingni martyres*, inter quos beatus Polycarpus D. Ioan. apoſtoli, diſcipulus, & beatus Laurentius leuita: in quo charitas Chriſti, quæ intus ardebat, non potuit ſuperari flamma ignis, qui foris vrebat, *Et beſtiarum dentibus*; inter quos Ignatius beatiſſ. Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus, poſt D. Petrū, tertius qui Traiani tempore damnatus ad beſtias, quum audiret leones rugientes (ait) frumentum Chriſti ſum: dentibus beſtiarum molar, vt panis mundus inueniar, *& manus armata tortoris*, ideſt carnificis. *inſani*, ideſt ſtulti, cuius officium eſt tormenta admouere veritatis extorquēdæ gratia, *ſæuit*, ideſt crudelitatem exercet: *vngulis*, quæ erant inſtrumentum ferreum, & tormentorum genus, quo dilacerabantur corpora hominum, & carnes martyrum, à tyrannorum miniſtris *Nudata pendent viſcera*, & per viſcera intelligere poſſumus non tantū animalium exta, & interiora (cuiuſmodi ſunt iecur: cor: pulmo: & lien, in qua ſignificatione propriè accipiuntur apud medicos, ex quibus aruſpices futura prænoſcebant, quę extra, dicuntur ſecundum Feſtum, quia ea dijs proſecentur, quæ maxime extant, eminentque) ſed etiam carnem ipſam: quæ eſt inter oſſa, & cutem: quo modo ſumpſit Virgilius quum ait, Tergora diripiunt coſtis, & viſcere nudant. *Sanguis ſacratus funditur*, ideſt hominum deo conſecratorum *sanguis*: quia intra venas, per venas in omne corpus diffunditur, & ſpargitur, nec ob id dimouebantur à propoſitio (cor enim eorum à conſtantiæ, & fortitudinis ſuæ ſede nunquā mouebatur) vnde ſubdit hymni auctor, quòd *gratia vita perennis*, & perpetuæ, ideſt pro
Pſal. 118. pter retributionem ad quam reſpiciens Dauid, inclinabat cor ſuum ad faciendas iuſtificationes domini in æternum, & propter remunerationem, ad quam reſpiciens .s. Moyſes magis elegit affligi cum populo dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores
Heb. 11. *c.* diuitias æſtimans theſauro ægyptiorum improperium Chriſti. *Permanſerunt immobiles*, nec veriti ſunt animoſitatem tyrannorum, qui nitebantur euellere, atque diſcerpere animi virtutem, in penitiſſimo eorum ſinu, & abditis mentis receſſibus munere dei conditam, ac deſtribntam, & nequis iudicet eos fuiſſe mercenarios, non ſer-
Mercenarij uos fideles, atque amicos (mercenarij enim ſunt: qui mentis oculos

Nos conuerunt magis ad propriam mercedem, quàm ad dei hono- *qui ſint, &*
rem, & magis ad benè agendum; & patiendum inducuntur remu- *an intuitu æ-*
nerationis deſiderio, quàm dei amore) adde tu quòd permanſerint *ternæ vitæ,*
immobiles in paſſionibus, tormentis: igne: dentibus beſtiarum, & *qui opera-*
morte, non ſolum gratia perennis vitæ, pro qua bonum certamen *tur peccet.*
certabant, cuius intuitu: dum benè operatur iuſtus non ob id pec-
care ipſum dicimus (anathemate enim feriuntur contrarium dicẽ
tes à ſacro Concilio Trident. ſeſſ. 6. can. 31.) abſit enim vt dica-
mus primos illos operarios, qui in vineam miſſi conuentione facta
ex denario diurno: portatunt pondus diei & æſtus: peccaſſe: nam
quia fieri poteſt, vt peccatũ remuneretur ab eo, qui dicit, Voca ope- *Matt. 20. c.*
rarios, & redde illis mercedem? Sed primo, & principaliter gratia
honoris dei, & propter deum, pro cuius amore ſanguinem ſuum fu
derunt: & fundendum decreuiſſent: etiam ſi nulla propoſita fuiſſet
retributio: remuneratio: merces: & corona certantibus, de quorũ
numero fuerunt operarij illi vltimi circa vndecimam horam in vi-
neam miſſi, quibus cum nulla facta eſt conuentio, vnde non mirum,
ſi cum Chriſto exultant ſine fine, & parta victoria cum eodem in re
gnis cœleſtibus in quibus ſanctorum habitatio eſt, triumphant. Ad
quæ nos producat diuina ſua gratia Ieſus Chriſtus dominus noſter,
qui cũ patre, & ſpiritu. s. viuit, & regnat in ſecula ſeculorũ. Amẽ.

Hymnus in feſto plurimorum martyrum ad laudes.

SEquitur expoſitio hymni *Rex glorioſe martirum &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto plurimorum martyrum: in quo auctor orat Chriſtum, vt propter merita: & pręclaras martyrum virtutes: benignam aurem apponat noſtris precibus: & peccata noſtra quibus deum offendimus dimittat, & tandem quòd vitæ æternæ præmia largiatur. Ait ergo. *Rex glorioſe &c.* vt ſit ſenſus, ò Chriſte *martyrum glorioſe*, qui diceris rex glorioſus omnium martyrum, ideſt tam eorũ, qui fuerunt martyres loquendo, & moriendo, quàm eorum, qui fuerunt martyres, & Chriſtum confeſſi ſunt moriendo tantum, vt innocentes, quia reuera excellentiſſimus, omnium martyrum fuiſti, & nullus ita glorioſe triumphauit de tyrannis, diabolo, peccato, morte, & inferno vnquam vt tu, cuius gratia, & alij de eiſdem triumpharũt, *Rex marty-*
qui rectè diceris rex martyrum, quia nullus fuit ſic plenus angu- *rum conue-*
ſtijs, & ſaturatus opprobrijs, & afflictionib⁹ vt tu, qui dixiſti Reple *nienter dici*
ta eſt malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit, qui di- *tur Chriſtus*

Pſal. 87. xiſti, ſaluũ me fac deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animã
pſal. 68. meam, quem Eſai. appellauit vitum dolorum, cuius rei gratia con-
Iſai. 53. c. uenerunt ad te, non ſecus ac ad alterum Dauid (cuius filius etiam
diceris ob hanc cauſſam) in ſpelunca odolla omnes, qui in anguſtia
1. Reg. 22. c erant conſtituti, & oppreſſi ære alieno, & amaro animo, & factus es eorum princeps, ***corona confitentium***, ideſt & non ſolum diceris rex glorioſus martyrum, ſed etiam ***corona***, & præmium: ***confitentium***, ideſt vſque ad mortem, vel violentã, vel debitam, & placidam perſeuerantium in confeſſione veræ fidei, & nominis Chriſti, vt genitiuus pluralis: ***confitentium***: explicet, & amplectatur tam eos qui in confeſſione fidei, & nominis Chriſti ſanguinem fuderunt, & gladijs impiorum occubuerunt, quàm qui in eiuſdem confeſſione, placida, dulci: ac tranquilla morte defuncti ſunt, & quieuerunt, ***qui reſpuentes terrena***, ideſt aulam regiam, diuitias, carnales affectus & cætera alia mundi oblectamenta, volup‑tates, & illecebras contẽptui habentes, & hoc propter fidem tuam, & euangelicæ prędicationis tubam, ***Perducit ad cœleſtia*** ſupple tu regna, vt ibi centuplũ recipiant, iuſtum eſt enim vt qui carnalia, momentanea, & terrena pro ſaluatore dimiſerit, ſpiritualia æterna, & cœleſtia recipiat, quæ comparatione carnalium, momentaneorum, & temporalium, ac terrenorum, ita erunt, quaſi ſi paruo numero centenarius numerus cõparetur ſecundũ D. Hieronymum. ***Aurem benignam protinus &c.*** ſenſus eſt, ò Chriſte, ***appone***, ideſt prębe ***noſtris vocibus aurem benignam***, ideſt audi benignus noſtras preces, ***protinus***, ideſt ſubbito, & ſtatim, vel iugiter, frequenter, & continuè, ***Trophæa ſacra pangimus ignoſce***, ideſt parce: & indulge nobis, ***quod deliquimus***, ideſt peccauimus, & delinquendo commiſimus, qui ***pangimus trophęa ſacra*** martyrum. Vbi notandum, quòd licet nomen trophæi, quandoque ſumatur pro monumentis à victore erectis in loco vbi hoſtes in fugam conuertit, ſiue eſſent facta ex arboribus, ſiue ex lapide, quæ in locis, & montibus eminentioribus collocabantur, quandoque pro ſpolijs, & fixibus in ſtipitibus (vt Nonio placuit) quandoq; pro exultatione, lætitia, honore, qui dabatur alicui propter hoſtem in fugam conuerſum, hoc loci tamen pro victoria ſumitur vt ſit ſenſus. ***Dimitte quod peccauimus nobis, qui pangimus***, ideſt cantamus celebramus, manifeſtamus, ***ſacra trophæa***, ideſt ſacras martyrum victorias, atque triumphos, quos de tyrannis reportauerunt, & honores, qui martyribus debentur, propter hoſtes nedum in fugam conuerſos, ſed perfligatos, & penitus confractos: ac perditos, ***Tu vincis in martyribus &c.*** ſenſus eſt, & tu ò Chriſte qui ***vincis in martyribus***,

bus ſæuitiam, ac crudelitatem tyrannorum, neque enim ipſi pugnabant; ſed deus in illis; quod benè ſenſerunt ægyptij, ideo dixerunt Fugiamus yſraelem, dominus enim pugnat pro eis contra nos; neque enim ipſi vincebant, ſed deus in illis, & quid poſſent ſine ipſo, qui ait, Sine me nihil poteſtis facere? quod benè ſentit Dauid ideo in perſona dei ait, Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum, quod benè ſentit Diuus Paulus ideo ait: Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum, qui pugnandi, & vincendi vires præſtitit, illique animum inchoandi, proſequendi, & conficiendi miniſtrauit, pro cuius ſola gratia certabãt, & non pro ſua ipſorum. *Parcendo confeſſoribus,* in hoc vt non deſiſterent, ſed in confeſſione tui nominis perſeuerarent ad vltimum, vſque vitæ ſuſpirium. *vince noſtra* crimina, quæ noſtra dicuntur; nomini enim noſtro, non tuo, qui non es volens iniquitatem, aſcribenda ſunt errata, quæ facimus, deo enim auctore non fit homo deterior (ait ſanctus Auguſtinus) noſtra ſunt, quia à voluntate noſtra deficiente dependent, neque enim habent cauſſam efficientem, ſed benè deficientem, *vince* igitur *noſtra crimina:* quæ coràm hominibus erubuimus facere, & non coràm te, qui omnia vides: & quem nullum latet ſecretũ *Donando indulgentiam,* debitores enim ſumus; & quia non habemus vnde reddere poſſimus, *Dona,* ideſt indulge remitte nobis debita noſtra, ſicque iuſtificaberis .i. verax, ac iuſtus inuenieris in ſermonibus, & verbis tuis: quibus promiſiſti veniam pænitentibus, & condonationem peccatorum omnium, etiam grauiſſimorum, & omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miſerando manifeſtabis, cui ſit gloria, & imperium in perpetuum. Amen.

Exo. 24 c.
Ioan. 15. c.
pſal. 90.
1. cor. 15. c.
pſal. 5.
Crimina cur noſtra dicãtur.
pſal. 50.

Hymnus in feſto confeſſorum ad veſperas, & ad nocturnum.

SEquitur expoſitio hymni *Iſte confeſſor &c.* qui dicitur ad veſperas, & ad matutinum nocturnum in feſto cuiuſuis confeſſoris, In quo auctor prædicat virtutes, & excellentias cuiuſuis ſancti confeſſoris non modo attinentes ad vitæ ſanctitatem, ſed ad miraculorum oſtenſionem, quæ ad ſepulchrum eius fiunt (deo ſic diſponente) ſopra membra grauata morbis: ob quod chriſtianorũ & eccleſiaſticorum plebs, & chorus in ipſius honorem, laudem, & hymnum canit, vt pijs ſuis precibus, & meritis adiuuetur. Ait ergo. *Iſte domini confeſſor,* qui Chriſtum confeſſus eſt coràm hominibus, vt eum confiteretur Chriſtus coram patre ſuo; qui mundum aſpernatus eſt, carnem frenauit, inſidias dæmonum, illiuſque illuſiones

Matt. 10. c.

lusiones

luſiones declinauit, *ſacratus*, ideſt deo dicatus, & conſecratus propter aſperitatem vitæ, & fit de eo demonſtratio pronominis illo, *Iſte* vel ad oculum, quum miracula fiunt, & ad tumulum eius membra languentium redduntur ſanitati, vel ad intellectum & mentem, quum proponitur nobis vt imitemur ipſum in pietate, prudentia, humilitate, ſobrietate, caſtitate, & cæteris virtutibus. *Feſta plebs cuius &c.* vt ordo verborum ſit, *cuius* videlicet confeſſoris: *feſta*, & natalitia, tunc enim in vitam nouam naſcuntur ſancti, quum moriuntur. *Plebs*, ideſt chriſtianus populus *celebrat per orbem*; & intelligit per orbem: non circularem cæleſtium corporum motum, neque cæleſtes ipſas ſphæras, ſed vel vniuerſum mundum, & totum vniuerſæ terræ globum, quem ſphæricæ figuræ eſſe ſeniores philoſophi conſentiunt, vel ſeriem continuam, & circundationem annuæ reuolutionis, vel annum ipſum: eo modo quo ſumpſit Virgilius quum ait, triginta magnos voluendis menſibus orbes, imperio explebit: ſecundum quam vltimam ſignificationem ſumendi, *orbem*, ſenſus erit, *Per orbem*, ideſt per annum, & in ſingulo quoque anno, iam reuolutis menſibus completo: *Hodie lætus*, ideſt qui confeſſor domini ſacratus ſicut hodie in domino gaudentes, & lætanter mortuus eſt, & per vitæ ſuſpirium vltimum a mundo receſſit, ſic lætus, eadem die *meruit ſcandere*, ideſt aſcendere *ſecreta* cœli, ideſt abdi-

2. Cor. 12. c. ta, abſcondita, & ſeparata ab oculis mortalium, vbi videntur archana, nedum audiuntur: quæ non licet homini loqui; Poſſet etiã legi ſic: *Meruit ſecretum ſcandere cælum*, & ſenſus verborum erit, Hodie meruit lætus ſcandere *ſecretum cælum*, ideſt empyreum, dei & beatorum omnium locum, & ſedem ab omni corruptione alienum, & ab ethnicis philoſophis ignoratum, quod non colore, ſed ſplendore, & claritate cæteris antecellit, in quo numeris om-

Dubium. nibus felix eſt vna ſtola decoratus, & cum Chriſto exultat ſine fine,

Matt. 20 c. Quod ſi dices quomodo verum eſt quòd cum Chriſto gaudeat in

Solutio. cœlis, cum merces illa, & præmium, quæ, & quod pro labore, & ſtipendio datur, reddatur operarijs cum factum erit ſero? Reſpondeo quòd gaudent ſancti in cœlo nunc decorati (vt dictum eſt) vna ſtola, ideſt beatitudine, & gloria animæ (error enim eſſet, in quem quidam dilapſi ſunt) dicere animas non accepiſſe mercedem, ſed expectare vſque ad iudicium; vt deum videant at ſecuri ſunt de reliqua, ideſt de ſtola corporis; quam tamen non habebunt niſi in die iudicij, tunc enim integra merces animæ, videlicet & corpori reddenda eſt per procuratorem domini vineæ. *Qui pius prudens &c* ſenſus eſt, qui videlicet confeſſor domini non mirum ſi meruit, mox vt

vita

vita functus eſt ingredi cœlum, nam *dum vita præſens vegetauit*.i.
fouit, in vita conſeruauit; ſuſtentauit, ac per animam viuificauit,
artus, ideſt membra corporis eius; *vel vegetauit*, ideſt conſolidauit
artus corporis, ideſt nodos in corpore, ex duorum oſſium coeuntibus
extremitatibus reſultantes, dictos ab arctandis, & colligandis oſſi-
bus: fuit his virtutibus decoratus; quibus iuſtitiæ corona redditur;
nam fuit *pius*, d cum enim parentes, & eos qui parentum loco ſunt,
iuſto cultu proſequutus eſt, *prudens* prudentia; quæ eſt recta ratio
agendarum rerum, & prouidus futurarum rerum, *humilis* humili-
tate: Quã remunerat deus gratia ſua quam reſpicit, Quia reſpexit *1. Pet. 5. c.*
(ait beata virgo) humilitatem ancillæ ſuæ, *pudicus* mente .ſ. & cor- *Luc. 1. c.*
pore, *ſobrius*, quales voluit eſſe chriſtianos D. Petrus, quum ait, So- *1. Pet. 5. c.*
brij eſtote, ideſt non ebrius, ſed ſanæ mentis, *caſtus*, ideſt à libidi-
nis labe immunis: continẽs: & purus: vel religioſus, ſecundum quẽ
ſenſum ait Virgilius, quique ſacerdotes caſti dum vita manebat; *&*
quietus: ideſt tranquillus, & placidus, ita vt nec ventis, nec turbini-
bus, agitaretur vnquam. *Ad ſacrum cuius &c.* ſenſus eſt, & vt oſten
deret deus quòd magni eſſet valoris apud ipſum, voluit vt *ad ſacrũ*
tumulum, ideſt ſepulchrum terreum, *cuius* videlicet confeſſoris al-
mi *frequenter reſtituuntur ſanitati membra languentum*, ideſt infirmo-
rum *quolibet modo*, ideſt quocunque modo *fuerint grauata*, morbo:
infirmitate, & ægritudine aliqua particulari: quæcunque ſit illa, ne-
que enim omnes vniuerſaliter morbi ſanati ſunt in tumulo quoq;
ſanctorum, ſed aliqui in hoc, aliqui in illo (deo ſic iubente, & vo-
lente) quod addidi, ne quis cæco iudicio colligat (eo quia legit au-
ctorẽ hymni dicere: ad ſacrũ tumulũ ſanctorum membra languen
tium fuiſſe reſtituta ſanitati, quòd alibi ſcriptum reperiat: quòd ad
Petri ſancti preces rogantis pro ſocru ſua: magna febri laborante;
dominus febri increpauerit, & priſtinæ ſanitati ſocrum Petri reſti-
tuerit, vel quòd ad ſanctorum reliquias, & memorias ad fidelium
preces, certas quaſdam infirmitates ablatas acceperit, vel quòd au-
diat eccleſia eã ſupplicia recolere: quæ ſancti pro Chriſti nominis
gloria perpeſſi ſunt: quorum ſuppliciorum ſimilibus morbis vulgus
uexatur) ſanctis ob id curam certorum morborum aſcribendam pe *Morborum*
culiater, ſeu quoſdam ob id ſanctos ſanandi morbos poteſtatem ob *certorum cu*
tinuiſſe: nam alienum eſt hoc à pietate, ab eccleſiæ ſententia, & à *ra non eſt a-*
ſupplicationis vſu: & ſi interim nõ abhorreat eccleſia admonere ex *ſcribenda sã*
citandæ fidei, & ſpei in deum gratia: vt ſiquit olim ad preces D. Pe *ctis peculia-*
tri, & aliorum ſanctorum, dominis morbos quoſdam pepulit: ſic & *riter.*
eoſdem nunc pellat, vbi ſpes ſanitatis conſequendæ non in Diuum

Petrum, & alios, ſed in Chriſtum conijciatur, per quem ſanitatis
pſal. 102. donum conſequuntur, ipſe enim eſt, qui (vt ſanctus Dauid ait) propitiatur omnibus iniquitatibus noſtris, qui ſanat omnes infirmitates noſtras, ac per hoc non ſanctus ſanitatem confert, ſed benè deus hoc facit ad preces ſancti, & ad ſepulchra ſanctorum, vt & mi-
pſal. 67. rabilis etiam appareat in ſanctis ſuis. Lege hiſtoriam beatæ Agnetis à beato Ambroſio ſcriptam, & inuenies: Conſtantiam Conſtantini Auguſti filiam: precibus, Agneſem pulſaſſe, non vt illa vulneribus ſuis mederetur, ſed vt pro ſe ad Chriſtum ſuum ſponſum intercederet: inuenies etiam eidem reſpondiſſe, conſtanter age conſtantia, & crede in dominum Ieſum Chriſtum, per quem modo conſequeris omnium vulnerum: quæ in corpore tuo fateris ſanitatem: vbi non ſibi, ſed Chriſto Ieſu donum ſanitatis apertè tribuit. *vnde nunc noſter chorus &c.* ſenſus eſt: *vnde*, ideſt propter hoc, quia ad ſacrũ ipſius ſepulchrum dominus dignatus eſt facere mira: quæ auribus noſtris audiuimus, & fratres noſtri narrauerunt nobis, & ad memo-
pſal. 43. riam, & apud reliquias eiuſdem reſtituta ſunt ſanitati membra languentum, *nunc chorus noſter libenter canit*, & animo valenti, atque placenti, *hymnum hunc*, ideſt laudem cum cantico: *in honore ipſius*, confeſſoris, *vt pijs meritis*: & precibus ipſius *iuuemur omne per æuũ*; ideſt per omne ſeculum, tempus, omnem ętatem, & præſentariũ ſtatum omnium, quæ ſunt, & fuerunt, & futura ſunt, eſt enim æuũ tempus, & ætas longa, ſine perpetua, & præſentarius ſtatus omniũ eorũ: quæ fuerunt, & futura ſunt, ideſt in cuius præſentia ſunt omnia futura, & pręterita tamquam præſentia, *ſit ſalus illi &c.* ſenſus eſt, *illi* videlicet deo *ſit ſalus*, ideſt ſumma, æterna, & infinita felicitas, omniſque gloria ei attribuatur, à quo ſalus omnis noſtra profluxit, & in quo poſita eſt, & quum hoc dicimus non imprecamur illi ſalutem, quaſi vnquam eſſe poſſit, aut fuerit ſine ſalute, & incolumitate, ſine felicitate, & gloria, ſine decore, & virtute, neque.n. orando dicimus hoc vt ſit, ſed congratulando, quia ſit eſt. Vel ſenſus eſſe poteſt talis verborũ, oramus, *vt ſit ſalus illi*, ideſt vt cognoſcatur, & commendetur quòd in illo ſit ſita ſalus noſtra, *decus, & virtus*, cum ſit omnis ſalutis, decoris, & virtutis origo, & cauſſa eminentiſſima, & prima non inſtrumentalis, & meritoria (ſic enim ſalus noſtra Chriſtus eſt, decus, & virtus) ſed effectiua, *decus, & virtus*, ideſt poteſtas, & omnis virtutis perfectio, *qui reſidens ſuper cacumen*, ideſt altitudinem, & ſummitatem *cœli*, trinus, & vnus, *gubernat machinam*, totius mundi compoſitionem, formationem, ac fabricationem. Amen.

Hymnus

Hymnus in confeſſoribus pontificibus ad laudes.

SEQVITVR expoſitio hymni. *Ieſu redemptor omnium*
perpes corona &c. qui dicitur ad laudes matutinas in fe
ſto confeſſorum pontificum, in quo auctor dirigit ora
tionem ad Chriſtum: precaturque vt precibus ſancti
confeſſoris: cuius plebs deuota celebrat ſolennia, benignus præ-
ſtet ſeruulis ſuis ſequi ipſius veſtigia, & imitari præclaram illius
vitæ ſanctitatem, & tandem concedat eiſdem veniam peccatorum.
Ait ergo. ò *Ieſu* qui es *redemptor omnium*: quo ad ſufficientiam (vt
pluries dictum eſt) & maximè fidelium: quo ad efficientiam, *&*
perpes, ideſt perpetua, & perennis, & æterna *corona præſulum*. i.
præſidentium, & antiſtitum: Præſul à veteribus dicebatur primus *Præſul olim*
inter ſalios martis ſacerdotes, at modo præſul apud nos dicitur qui *dicebatur*
cunque præſidens, & antiſtes, à verbo antiquo antiſto, ideſt anti- *prim⁹ inter*
ſtans, & excellens, quo nomine donabantur olim primarij ſacer- *ſalios ſacer*
dotes ſingulorum templorum, qui ſacris præerant, *oramus te vt cle* *dotes Mar-*
mentius ſolito *faueas*, fauorem præbeas, conſentias *noſtris vel pre-* *tis, nunc au*
cibus, vel vocibus, illaſque miſericordia plus ſolita, qua nulla de *temquicun-*
tuis infinitis virtutibus gratior eſt, aut certè admirabilior, exaudias *que antiſtes*
in hac die; *qua almus*, & ſanctus *confeſſor ſacri nominis tui*, *claruit*. i.
clarus apparuit: Quidam volunt, quòd loco relatiui. *qua*: legatur.
quam vt ſit non relatiuum, ſed aduerbium quantitatis, & iungatur,
ſacri: vt ſit ſenſus: *claruit confeſſor almus nominis tui: quam ſacri*, ideſt
multum ſacri, ſed rectio eſt (meo quidem iudicio) ſenſus, & le-
ctura prima: *cuius* videlicet confeſſoris *nominis tui quam ſacri*, *cele-*
brat plebs deuota, & veneratur, *ſolennia annua*, ideſt feſta, & ſollen-
nitates: quæ ſingulo quoque anno fiunt. *Qui rite mundi &c.* ſenſus
eſt: *qui* confeſſor *rite reſpuens*, ideſt contemnens, ſpernens, & vt
ſtercora reputans *mundi huius gaudia caduca*, quorum extrema lu- *Pro. 14.c.*
ctus occupabit, & valefaciens riſui, quem reputauit errorem, ex quo *Luca. 6 c.*
audiuit Væh vobis qui nunc ridetis; quia flebitis, & gaudio dicens, *Eccle. 2.c.*
quid fruſtra deciperis? *cum angelis*, *lætus ponitur*, ideſt fruitur: *cæ-*
leſtibus præmijs, ideſt deo, qui eſt præmium, merces, & corona
ſanctorum omnium. *Huius benignus &c.* ſenſus eſt, o Chriſte ora-
mus *benignus*, ideſt placatus, propitius *annue nobis*, ideſt concede,
& præſta nobis, *ſequi*, ideſt imitari *veſtigia*, ideſt præclaram vitæ
confeſſoris *huius* tui ſanctitatem, & ſicut ipſe, ſic & nos ſeruemus
in ſimplicitate innocentiam, in charitate concordiam, in humili-

tate modeſtiam, in adiuuandis laborantibus vigilantiam, in fouendis pauperibus miſericordiam, & in diſciplinæ ſeueritate cēſuram, hæc ſunt veſtigia, quę nobis ſanctus hic in patriam rediens: reliquit, vt illius ſemitis inhærentes: ſequeremur ad gaudia: da igitur o domine gratiam huius ſancti ſequi veſtigia, ideſt imitari vitam multis adornatam virtutibus, *& dimitte ſeruulis tuis noxam criminis.* i. tribue peccatorum veniam, & remiſſionem *precatu*, ideſt oratione, interceſſione, & prece eiuſdem, ſicque erit tibi o Chriſte piiſſime: & patri tuo, cum ſpiritu paraclito: gloria: in ſempiterna ſecula, vbi nota primum facere de Chriſto ſermonem, & poſtea de patre, vt è medio tollat errorem eorum, qui omnino, & modis omnibus filium minorem patre fecerunt, & patrem omnino, abſolutè, & penitus: maiorem eſſe filio, mentiti ſunt. Amen.

Hymni auctor cur de Chriſto primum ſermonem faciat, et poſtea de patre?

Hymnus in confeſſoribus non pontificibus ad laudes.

SEquitur expoſitio hymni. *Ieſu corona celſior &c.* qui dicitur ad laudes matutinas in feſto confeſſorum non pontificum, & ſimplicium, in quo auctor orationem, & ſermonem dirigit ad Chriſtum, precaturque, vt meritis, & interceſſione ſancti confeſſoris, qui deputauit cuncta gaudia terræ vana eſſe, & cuncta prędia luculenta: eſſe polluta, det nobis remiſſionem criminum, & remittat debita. Ait ergo. ò *Ieſu* qui es *celſior*, ideſt altior excellentior *corona* tuorum fidelium, & *ſublimior veritas* omnium veritatum creatarum, cuiuſmodi ſunt veritas vitæ, veritas doctrinæ, veritas iuſtitiæ, de qua triplici veritate intelligitur dictum D. Gregorii ſi de veritate ſcandalum ſumitur, vtilius permittitur naſci ſcandalum, quam quod veritas relinquatur, quæ non niſi ratione tui, qui veritas increata diceris, & qui dixiſti ego ſum veritas, veritatis nomen ſortiuntur, *quique reddis perenne*, & perpetuum *præmium ſeruulo confitenti*, ideſt confeſſori, qui in confeſſione ſanctæ fidei, moribus, & vita pręclarus, placida morte in Chriſto quieuit. *Da ſupplicanti cœtui &c.* ſenſus eſt, quęſumus, precamur, & oramus. *Da*, ideſt concede *cœtui*. i. multitudini, & plebi *ſupplicanti*, ideſt oranti, *remiſſionem*, ideſt indulgentiam: & veniam: *criminum*, ideſt peccatorum non venialiū, ſed mortalium: *rumpendo nexum*, ideſt ligamen, & nodum: *vinculi* peccatorum, quo non ſecus, ac fune conſtringimur, vt verè poſſimus dicere. Dirupiſti domine vincula noſtra, & hoc petimus concedas, & preſtes *obtentu*: ideſt interuentu, & interceſsione, & impetratione, & prętextu *huius optimi* confeſſoris tui. *Amu receſſo &c.* ſenſus

Veritas vitæ doctrinę, & iuſtitiæ. veritatis nomen ſortiūtur ab eo q dixit ego ſū veritas. Ioan. 14. c.

Pſal. 115.

ſenſus eſt : cuius hodie *recurſo tempore anni*, qui eſt duodecim mē-ſium : *Dies reluxit*, ideſt mundum illuſtrauit, lucem diffudit : *limine*, vel *limine*, ideſt ingreſſu ſuo, *quo* quidem die *ſanctus hic prapotens*, ideſt valdè potens meritis, & virtutibus. *De corpore* exiens *migrauit polum*, ibique (relicta priore habitatione) ad habitandum ſe contulit : *Hic uana terra &c.* ſenſus eſt, *hic deputans cuncta gaudia terræ uana eſſe*, & vanitati ſubdita maximè cum dicat ſanctus Dauid Vniuerſa vanitas omnis ratio viuens, & *prædia*: tam vrbana: quā ruſtica *luculenta* (vt quidam legunt) ideſt magna ſplendentia, illuſtria, ornata, perſpicua, aperta, optima, & opima deputans eſſe *ſorde polluta*, ideſt immunditia immunda, ideſt poſſeſsiones omnes etiam opimas, & fructuoſas, ſorde & immunditia pollutas eſſe deputans, ſordidas, & immundas, & hoc comparatione facta illarum (quas mundus tanti ęſtimat) ad cœleſtia ſupernæ patrię bona, quorum comparatione quidquid in mundo eſt : etiam aurum: nedum arena eſt exigua, ſed fex reputatur. Vel (vt alij legunt) *deputans prædia tam* urbana, quam ruſticana eſſe *lutulenta*, ideſt luto plena, quę neque arare, neque fodere oporteat, *& ſorde polluta*, vbi nota quòd prędiorum nomine veniant, tam vrbanæ, quàm ruſticæ poſſeſsiones, & ſub vrbanæ, ideſt vrbi proximę, *ouans* : ideſt gaudens, & lætitia geſtiens *tenet*, poſsidet, ideſt re ipſa, & ſpe non amplius, ſed ſpecie : *cæleſtia* regna, & cum gaudio ingreſſus ciuitatem illam ſupernam, in quam non intrat pollutus, de qua glorioſa dicta ſunt per prophætas, dicuntur, & dicentur per Chriſti paſsiones, honore exceptus eſt ab omnibus illius ciuibus publico, in qua ſicut audiuit, in lege, & prophætis, & in euangelio, ſic videt. *Te Chriſte rex pijſſime &c.* ſenſus eſt: *& hic* ò Chriſte *pijſſime confitendo te iugiter*, ideſt frequenter, & continuè, *calcauit fortiter*, & pede compreſsit *hoſtem ſuperbum*; ideſt diabolum qui à principio hoſtis fuit, inimicus, & aduerſarius hominis, Cuius ſuperbia aſcendit ſemper, eſtque rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, *ac ſatellitem*, ideſt tyrannū & per ſatellitem, & tyrannum puto quod intelligat ſenſuum blandimenta, carnem, & carnis concupiſcentiam, quæ dominationem ſæuam, & violentum imperium exercet contra ſpiritum, eique dominatur animi libidine, non iure, & æquis legibus, licet ſit data animę, rationi, & ſpiritui in miniſterium, ſicut ancilla in ſeruitium dominę, at ipſa ſemper concupiſcit aduerſus ſpiritum, eique aduerſatur, quæ niſi caſtigetur, & in ſeruitutem redigatur reprobos nos efficiet, hinc caſtigo corpus meum (ait D. Paulus) & in ſeruitutē redigo &c. mors in olla eſt (inquit ille) at nos dicimus mors eſt in

pſal. 38. *Sap. 9. c* *Eſai. 36. c. et Ap. 21. c* *pſal. 86.* *pſal. 47.* *pſal. 73.* *Iob 41. b.* *Per ſatellitem quid debemus intelligere nota.* *Gal. 5. c.* *1. Cor. 9. c.* *4. Reg. 4. c.* *Rom. 7. c.*

carne noſtra: in qua non habitat bonum in oculis noſtris, per quorum feneſtras intrat mors, in auditu, manibus, & pedibus, quis vidit aſpidem, aut baſiliſcum adeò venenatum, vt in ſe ſuum effundat pus, atque venenum? quam ſemper edomuit ſanctus hic noſter confeſſor, non ſolum cibi, & potus parſimonia, ſed alijs modis innumeris, vt legere eſt de beato Benedicto, qui libidinis incendit extinguebat ſpinis, vepribus, ac vrdicis, quibus ſe nudum inijciebat, *Virtutum actu &c.* ſenſus eſt: qui *actu virtutum*, ſupple tu, clarus, & vitæ meritis coruſcãs, *& fide:* ſupple non abſque ſpe tamen, & charitate, bonorum omnium matre: ſine qua, etſi fides eſſe poſſit, non tamen pia eſſe poteſt ſine ea, qua aurigante, & duce mentum ſemper ad patientiam præparauit, erectus per iuſtitia de perceptis contu melijs exultauit: afflictis ex corde compaſſus eſt: & de bonorũ proſperitatibus, quaſi de proprijs lætatus eſt, clarus etiam *ordine confeſſionis*, ideſt in ſtatu, gradu, & ordinis ſanctorum confeſſorum, *Deferens*, ideſt afferens, portans, *ieiuna membra*, quæ ieiunijs, & abſtinentia eſcæ, & potus: edomabat quũ adhuc viueret, & quia in loco peregrinationis huius ſitiuit, & eſuriuit iuſtitiam, non mirum ſi nunc eſurio, cœleſte regnum ingreſſus, *dapes ſupernas*, ideſt eſcas, magnificos, & opiperos apparatus, *obtinet*, quibus indefeſsè ſaturatur, & ſine faſtidio ſatiatur. Et quæ ſunt iſtæ dapes, & eſcæ, quibus ſine faſtidio ſatiatur ſanctus hic noſter? Reſpondeo, nõ ſunt aliud quàm præſentem dei vultum cernere: incircumſcriptum lumen videre: nullo mortis metu affici: incorruptionis perpetuæ munere lætari, hæc ſunt eſcæ: quibus veſcuntur ſemper in cœlo ſancti: quibus ſatiantur: & ſine faſtidio ſatiantur etiam angeli, quorum vnus ad Thobiam (ait) Videbar quidem vobiſcum manducare, & bibere, ſed ego cibo inuiſibili, & potu: qui ab hominibus videri nõ poteſt: vtor: quo ſatiantur, & quia ſacietas iſta faſtidium neſcit: adhuc deſiderant ſatiari, in quem deſiderant angeli proſpicere (ait D. Petrus) non deſiderio tamen, quod includit appetitum futuri boni, ſed reſpũ habiti, vt continuetur, & tollatur faſtidium, inter corporales enim delitias, & ſpirituales hoc intereſt (inquit D. Gregorius) quia illæ quum non habentur: graue in ſe deſiderium accẽdunt: quum autem habentur, protinus per ſatietatem in faſtidium vertunt, ſpirituales autem quum non habentur in faſtidium ſunt: quum vero habentur in deſiderium, ſicque in eis appetitus ſaturitatem: & ſaturitas appetitum parit, augent enim ſpirituales delitiæ deſiderium in mente dum ſatiant. *Proinde te pijßime &c.* ſenſus eſt: idcirco, & propterea *precamur te omnes nos ſupplices &c.* ideſt humiles

Dapes quibus ſancti in cęlo ſine faſtidio ſatiantur q̃ ſint.

Tob. 12. c.

1. Pet. 1. c.

miles, & demiſſi, *vt gratia*, amore, & fauore, *huius almi*. ideſt ſan
cti & pulchri confeſſoris: cuius hodie ſolennia celebramus *nobis re*
mittas, debita quęcunque ſint illa: ſiue quingentorum, ſiue quinqua
ginta denariorum, ſiue maiora, & grauia, ſiue minora, & leuia, qui
bus debbitores ſumus, & nō habemus vnde reddere poſſimus. Amē.

Hymnus in feſto virginum communi ad veſperas, & ad laudes.

SEquitur expoſitio hymni *Ieſu corona virginum &c.* qui dicitur ad veſperas, & ad laudes matutinas in feſto virginū. In quo auctor laudat Chriſtum puriſſimū, & nitidiſſimū electum ex millibus virginum ſponſum, qui ſeptus choreis virginum, quas gloria, honore, & præmijs coronauit in cœleſtibus regnis, audit poſt ſe illas laudantes ſe, & hymnos dulces perſonantes, Ait ergo: ò *Ieſu corona virginum*, & nedum virginum, ſed & ſanctorum, & ſanctarum omnium, cui tendunt coronæ obſidionales: Ciuicæ: Murales: Caſtrenſes: Nauales: Ouales: gemmatæ. Laureæ, Myrtheæ, & Triumphales, *quem mater illa* fabro deſponſata Ioſepho, cui nomen Maria: *concipit*, ſic enim legenda eſt particula hæc, non concepit (vt quidam legunt) vt præſens tempus pro præterito ponatur, quod fit frequenter in hymnicis carminibus, & verbum *parturit* ſequens oſtendit, quemue ſola inter mulieres *virgo* poſt partum permanens *parturit hæc vota*, ideſt deſideria noſtra, præces, & orationes noſtras, & ſupplicantis populi tui, cœleſti pietate, *& clemens accipe*, ideſt proſequere pius, & benigno fauore comitare, vt verè dici poſſit, Et deſiderium eorum attulit eis, non ſunt fraudati à deſiderio ſuo, & quod alibi. Deſiderium pauperum exaudiuit dominus: maximè cum vota noſtra: non ſecularia, ſint nec carnalia, à quibus abſtinere nos docuit D. Petrus, illaque abnegare monuit D. Paulus. *Qui paſcis inter lilia &c.* ſenſus eſt, *qui ſeptus*, ideſt circundatus *choreis*, ideſt vel ordinibus virginum, vel choreis virginū decantantium, vel ſaltantium, & choreas ducentium ſpirituali tripudio, in quorum medio exiſtens, *paſcis inter lilia*, vbi per lilia intelligit hymni auctor cætum virginum, quæ lilia dicuntur, tum ob candidiſſimam vitæ puritatem, tum quia lilia, & præſertim alba, ſunt virginitatis inſignia, inter quas, ac inter lilia, quæ quidem flores ſunt notiſſimi, proxima à roſa nobilitatem obtinentes, ſtans *Paſcis*, ideſt cibum eis præbes, regens illas, & deducens eas ad fontes aquarum vitæ, ad quos quum peruenerint potas, & reficis eas, ita ſine fine plenitudine ſapientiæ, exuberantia

gaudio-

pſal. 77.
pſal. 9.
1. Pet. 2. c.
Tit. 2. c.
Virgines liliis dicuntur & quare.
Apoc. 2. c.

gaudiorum inundantia æternarum diuitiarũ, & inebriatæ ab vber-
Pſal.35. tate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potatæ, cuius impetus
pſal.45. lætificat ciuitatem dei, experimento vero, & ſenſato comprobant,
Iſai.49.c. verum eſſe, quod dixerat olim Eſai.& D. Ioan. non eſurient, neque
& Apoc.7 ſitient amplius, & non percutiet eos æſtus & ſol: quia miſerator eo-
cap. rum reget eos: & ad fontes aquarum potabit eos. Locus iſte aucto-
Cant.2.c. ris hymni deſumptus eſt ex canticis cant. vbi ſponſa de ſponſo dile-
cto ſuo ait, dilectus meus mihi, & ego illi: qui paſcitur inter lilia,
quamuis ille verbo actiuo vtatur: *Paſcis* & ſponſa verbo deponenti
paſſiue ſignificationis, vt ſit ſenſus, *qui paſcitur inter lilia*: ideſt ve-
ſcitur, comedit, creſcit, alitur, fruitur, delectatur, diuerſatur, & de-
Prou.8.c. litiæ ſuæ ſunt eſſe cum filijs hominum, ad quorum hoſtium cordis:
Apoc.3.c. etiam quum adhuc viuerent, pulſans, aperta ianua intrauit, cœna-
uit cum illis, & ipſi ſecum: quos paſcis cibum hunc præbens eis,
quia es *decorans illas gloria, & ſponſis reddens præmia*: non terrena,
ſicut lex promiſit obſeruatoribus ſuis, ſed æterna, lac & mel pro-
miſit militibus ſuis Moyſes: Palmas cum fructibus Ioſue, tripodas
& mulas acchylles, at Chriſtus ſuis fidelibus promiſit, & ſponſis
æterna bona, coronas incorruptibiles, omnimodam illam, & in
angelicam formam mutationem, quæ nullis verbis exponi poteſt:
ſecundum D. Auguſtinum, & hæc illis præmia reddit in cæleſtibus,
poſt hanc vitam agnus in medio throni, ideſt inter beatos ſtans, &
inter lilia paſcens: Alij legunt *ſponſus decorus gloria*, & ſenſus eſt,
qui *ſponſus gloria decorus*, ideſt pulcher, & ornatus; es *ſponſis*, ideſt
puellis, quæ deſponſatæ ſunt vni viro, quem apprehenderunt ſep-
Eſai.4.c. tem mulieres, *reddẽs premia*, quæ præparaſti diligentibus te, quæ
Eſai.64 & oculus non vidit, auris non audiuit, in cor hominis non aſcenderũt,
1.cor.2.c. ſed guſtando videntur audiuntur, & in cor hominis aſcendunt. *Quo-
cunque pergis &c.* ſenſus eſt, & tanta lætitia, & gaudio perfruun-
tur virgines hæ benedictæ: quas paſcis, gloria: & præmijs vltra cõ-
dignum decoras, quaſue cum alijs fidelibus beatis tuis confirma-
tas adeò in bono tenes, quod amplius errare, peccare, labi, aut pati
non poterunt: quod *ſequuntur* te agnum ſine macula cum *laudibus
quocuque pergis*, quem ſi ſequutæ ſunt in præſenti per viam præce-
ptorum, & conſiliorum, in patria cur ſingulari quadam familia-
ritate non adhęrebunt: & quocunque ſe verterit: & ad quodcunque
ſe extenderit: ſpeciali eum non proſequentur feruore? neque enim
ibi (ò boni) ocioſus quieſcit Chriſtus noſter, qui ait beati ſerui
Luc.12.c quos quum venerit dominus inuenerit vigilantes, amen dico vobis,
quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtra-

bit

bit illis. *Et curſitant*; ideſt frequenter curſant (*frequentatiuum* & verbum eſt curſito) *Poſt te canentes*; *& perſonant* tota die, & nocte; & abſque requie perfectè ſonant, valdeque ſonant *hymnos*, & cantus *dulces* cordialiſſimè ipſi gratias agentes de omni victoria; & virtute illarum, & de vniuerſis beneficijs eius: ideſt de bonis gratię & dotibus gloriæ ſibi collatis à deo, cuius excellentiam attonitè mirantur. Cātabant (ait ſcriptura de ſanctis) canticum nouum ante ſedem dei, & agni, & reſonabat terra in voces eorum: quibus (ſequentes agnum quocunque ierit) ſemper dicunt gloria tibi domine, nec vnquam tacent laudare nomen domini; & dicere dū angelis alter ad alterum Sanctus Sanctus Sanctus dominus deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius, & cum animalibus quatuor quæ vidit D. Ioan: & audiuit clamantia Sanctus Sanctus Sanctus dominus deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt: Nec mireris lector verba adductæ ſententiæ virgines maſculos circumplecti, neque enim hæc ſcripta ſunt: vt putes, quòd tantum maſculis dominus continentiæ gratiam repromiſerit, & fœminas præterierit, ſed quoniā fœmina viri portio eſt, & ex eo ſumpta, atque formata eſt; in maſculo ſimul ſignificatur, & fœmina; vnde cum legis virgines ſequi Chriſtum quocunque ierit, intelligenda eſt ſententia de virginibus vtriuſque ſexus: & quum legis: hi ſunt: qui cum mulieribus non ſunt coinquinati; in maſculis intelliguntur etiam fœminæ. *Te deprecamur &c.* ſenſus eſt, & quia ſcimus quòd longè placeant tibi laudes, & cantica virginum, mente & corpore, vnde in Apoc. dicitur: quòd nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum quadraginta quattuor milia, ideſt vniuerſitas virginum mente, & corpore, quæ præfato numero deſignantur; nam, & ſubdit præ cęteris dilectus a Chriſto D. Ioan. qui empti ſunt de terra: hi ſunt: qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum quocunq; ierit, idcirco o Chriſte *largius*, ideſt abundantius, copioſius, & plus ſolito *deprecamur te*, *Adauge* vel (vt alij legunt) *largire noſtris ſenſibus*, vtrumque.n. a domino petendum eſt, nam vtrumque donum ipſius eſt, at primo petendum eſt vt largiatur noſtris ſenſibus: *Neſcire prorſus*, omnino, & totaliter: *omnia vulnera corruptionis*, ideſt vt corruptrices peccatorum plagas non ſuſtineant, nec approbent: deinde vt quod largitum eſt, conceſſum, & iam adeptum eſt nedum conſeruetur, ſed augeatur, & creſcat in noſtris ſenſibus, ſic enim cantabimus veluti deuoti, & amoroſi in eccleſia dei militantes: canticum nouum per euangelicæ legis verba, & operā te deum veris nouis laudibus laudando

Apoc. 14. c.

Eſai. 6. c.

Apoc. 14. c

Ibi.

ſando dulcius, quem cogitamus vberius, in reſpectabimus felicius, cui ſeruimus, inſtantius, & amabimus ardentius, cui placere deſideramus attentius, nec patiemur à ſeculi amatoribus ſuperari, qui frequenter carmina componunt, & recentia cantant de re ſibi dilecta, & quum de via ad patriam cœleſtem ingrediemur præclarioribus te extollemus præconijs, quem incomparabiliter clarius cernemus, profundius noſcemus, ardentius diligemus: immobilius tenebimus: cui ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Apoc. 14. c.

Hymnus ad matutinum in communi virginum, & martyrum.

Eſai. 6. c.

Apoc. 14. c. SEquitur expoſitio hymni. *Virginis proles &c.* qui dicitur ad matutinum nocturnum in feſto virginum, & martyrum. In quo auctor laudat Chriſtum de virgine matre natum, quod munere, & dono ſuo virgo ſancta, hęc cuius feſtum celebramus carnem vicerit per virginitatis puritatem, & de mundo triumphauerit per glorioſum martyrium; & tandem ad eundem dirigit orationem, vt huius virginis oratione, ac prece clementer donet, ac tribuat veniam peccatorum. Ait ergo, *virginis proles opifexque matris &c.* ſenſus eſt, ò *proles*, & generoſa, & pulchra ſoboles, & progenies *virginis*, ideſt ò Chriſte fili ſanctiſſimæ virginis, ſecundum humanam naturam, ab ea enim carnis ſubſtantiam accepit, quæ virgo dicitur vel à vir, quia ignorauit paſſionem fœmineam, & quaſi vir fuit, virum egit, & repræſentauit, vel à vireo, quia viruit ætatæ, Ibi. & flore virginitatis, Et ò *opifex*, ideſt factor, conditor *matris* ſecundum diuinam naturam, de qua verum dixit pius quidam: quòd fuerit mater patris, & filia nati, prole poſterior, contento minor, mater, & virgo, *quem* ſupple tu Chriſtum virginis filium, & matris ſuę opificem, artificem, conditorem, factorem, creatorem, ac patrem, *virgo* mater, & filia: *geſſit*, ideſt portauit in vtero, non ſecus ac ſtella ſolem, palmes vitem, riuus fontem, filia patrem, creatura creatorem, fuitque ſine pudore fœcunda, & ſine grauamine grauida, & quem etiam *virgo*, & ſine dolore *peperit* intacta, ſicut enim ſpeculum non rumpit radius ſolis, ſic nec integritatem virginis ingreſſus, & egreſſus dei viciarie potuit, acciddit enim ei, vt ſexto in cœlo ſigno, cui nomen virgo, ad quod cum ſol peruenerit, terra nihil noui parit: ſic virgo ſanctiſſima quum ad eam venit ſol iuſtitiæ, terra corporis ſui nullum alium peperit. & virgo permanſit, in qua cum integritate mentis, ſemper fuit integritas carnis, virgo concepit: virgo peperit: & poſt partum virgo in eum permanſit, *virginis*

feſtum

feſtum canimus trophæum &c. vt ſit ſenſus: *Accipe uotum*, ideſt deſi derium noſtri omnium, qui *canimus feſtum trophæum*, ideſt feſtiuã victoriam, vel laudem in teſtificationem victoriæ, quam habuit hæc beata virgo contra hoſtes ſuos: carnem videlicet, & mundum, vel vt ſit ſenſus ſecundum alios: *accipe uotum*, ideſt orationem quam fun dit hæc virgo pro nobis, *qui canimus feſtum trophæum ipſius*, vel ſe cundum alios, vt ſit ſenſus, *accipe uotum trophæum*, ideſt laudem in teſtificationem victoriæ huius virginis deſtinatam: & dedicatam vo to, & deſiderio à nobis, qui *canimus feſtum*, ideſt feſtiuam ſolennita tem, & feſtiuum natalitium eiuſdem, vbi nota hos vltimos ordina- re *uotum* cum ſubſtantiuo *trophæum*, trophæi, & velle votum, ter- tiã adiectiui, & participij vocẽ eſſe votus. a. um. *Hæc tua uirgo &c.* ſenſus eſt *hæc uirgo* ſancta tua ò domine Ieſu fuit *beata duplici ſorte* ideſt vel parte, vel præmio, vel palma, vel fortuito euentu rei, *ideſt uirginitatis*, quia virgo, & martyrij, quia martyr quæ omnia ſortem appellat hymni autor: nam & ſi meritis detur ſorte tamen, ideſt dei nutu, ex voluntate dantur, vnde quia duplicem deuicit, ac ſu- perauit hoſtem: carnem videlicet, & mundum (in pugna enim quã habuit contra carnem victoriam obtinuit, quia à delectationibus ve nereis: quæ ſunt præcipuæ in hoc genere, omnino ſe abſtinuit, & à carnali concupiſcentia recedens, tam carne, quam mente ſe deo vo uit, & in pugna quã contra mundum pugnauit, victoriam obtinuit, quia à mundo perſequutionem vſque ad mortem ſuſtinuit) duplici corona, vel aureola eſt ornata, & decorata, Et quæ debetur virgini- bus, & quæ debetur martyribus. Dico duplici aureola, non dupli- ci aurea, nam differt aureola, ab aurea, Aurea enim præmium eſ- ſentiale eſt: quod conſiſtit in diuina viſione, Aureola autem præmiũ quoddam accidentale eſt, & priuilegiatum præmium, priuilegia- tæ perſonæ reſpondens, quod debetur virginibus, martyribus, & doctoribus, vel prædicatoribus ſacræ ſcripturæ, ſecundum priuile- giatas victorias in tribus pugnis, in pugna contra carnem; contra mundum, & contra diabolum, Duplici igitur ſorte, palma, & au- reola beata fuit, ornata, & decorata hæc virgo tua ò Chriſte ſanctiſ ſime, & illa. quæ virginibus debetur, quia virgo (carnem enim hoſtem domeſticum ſuperauit per pudicitiam intactam) & illa: quę debetur martyribus, quia martyr (mundum enim hoſtem teterri- mum deuicit per paſſionem, & mortis tollerantiam) & hoc eſt quod dicit hymni autor: quum infert: *Dum geſtit fragilem &c.* vt ſit ſen ſus: *dum geſtit*, ideſt cupit deſiderat, & affectat: *domare* fortiter pu- gnando *fragilem ſexum corporis*, & carnis, propoſitum inuiolabiliter

Aureola ab aurea dif-fert: et quid ſit vtrumq;

ſeruans perpetuò virginitatem ſeruandi, & nec per ſomnium vlli actui, & delectationi venereæ conſentire, Quod dico: vt ex hoc colligas, quòd ſi aliqua virgo per violentiã oppreſſa fuerit modo hoc pro fide ſuſtineat, & propoſitum inuiolabiliter ſeruet perpetuò virginitatem ſeruandi, & illi actioni nullo modo conſentiat, non propter hoc dicendnm eſt illam virginitatem perdidiſſe, & ſi virginitas carnis recuperari nequeat, vel amiſiſſe aureolam, ſed hoc illi eſſe ad meritum, quod vt verum eſſe fatearis, audi beatam Luciam (eius enim verba ſunt iſta) ſi inuitam (ad tyrannum paſcaſium Romanorum præfectum ait) violari iuſſeris, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam, ideſt præmium duplex reportabit, vnum pro virginitatis cuſtodia: alterũ pro iniuria, quam patiar, non quòd ſit duplex virginitatis aureola, aut duas habeat aureolas ipſam virginitas. *&* *Dum domuit cruentum corpore ſeclum.* ideſt ſanguine inquinatum mundum, vel magis amantem ſanguinis effuſionem, in hoc enim differt cruentatus, à cruento, nam cruentatus propriè dicitur ſanguine inquinatus, At cruentus: qui amat ſanguinis effuſionem. *Domuit* igitur virgo hæc *corpore* ſuo, quod martyrio ſuppoſuit, *ſeclum cruentum*, ideſt ſanguinis effuſionem amans, vel ſanguineum, vel certè crudele, & ſæuum, quandoque enim nomen hoc cruentus.a. videlicet ſumitur pro crudeli, quo modo ſumpſit Cicero quum de Marco Antonio (ait) Antonius cruentus ſanguine ciuium Romanorum, Quidam legunt. *Dum geſſit fragilem donare corporis ſexũ*: ſed inemendatè, Quidam &c. legunt: *Domuit cruenta corpore ſeclũ*, & bona eſt horum lectio, & qui ſic legunt: putant. quòd imperitè, & incongruè cruentum accomodetur, & inconueniens ſit epythetũ ad ſeclum, quod additur mihi non placet, nam ſi congruè ſeclum dicitur aureum: & ferreum, cui inconcinnè, & incongruè dicetur, cruentum, ideſt ſanguinis effuſionem amans, vel ſanguineum, vel crudele, & ſæuum? *Vnde nec mortem &c.* ſenſus eſt: *unde*, ideſt propter hoc quia ſperabat hæc beata virgo duplici palma coronari, virginitatis videlicet, & martyrij (Puto enim quòd melius ſit vt ly *unde* referatur ad ſpem eius, quod expectabat, quàm ad id quod domuit fragilem corporis ſexum, & mundum ſæuum) *non paueſcens*, ideſt timens *mortem, nec ſæua genera pœnarum*, ideſt ſuppliciorum diuerſa genera qualia ſunt, iniectio in ignem, aut aquam bullientem, diſtenſio membrorum in æquuleo, excarnificatio vngularum, tortura mammillarum, traditio, & damnatio ad beſtias, expeditiones rotarum crebris, & acutis gladijs præfixarũ, & cætera huiuſmodi, quæ hymni auctor appellat *amica mortis*, quia apta

Virgo per vim oppreſſa, ſi hoc pro fide ſuſtineat, & actui non conſentiat, virginitatem non amittit.

Cruentatus a cruento in quo differt.

apta nata ſunt mortem inferre, & ad hunc finem admonebantur, vt corporibus electorum Chriſti crudeliſſimè dilaceratis: vitæ vltimum ſuſpirium darent, *ſanguine fuſo* non abſolutè, ſed propter *Chriſtū meruit ſcandere*, ideſt aſcendere, *ſacratum*, ideſt ſanctum *cælum*, vel (vt alij legunt) *ſecreta cæli*: ad quæ ingreſſus non datur, niſi per viam tribulationum, vel paſſionum, quas qui patitur propter iuſtitiam: huius eſt regnum cœlorum (ait Chriſtus) Oportebat pati Chriſtum (ait D. Lucas) & ita intrare in gloriam ſuam. *Huius obtentu deus alme &c.* vt ſit ſenſus, ò *alme* & ſancte *deus* oramus, vt *huius* virginis *obtentu*, ideſt interuentu: interceſſione: impetratione: & prece. *Parce*, ideſt parcas, *iam culpis* noſtris, *remittens vitia*, *quo*, ideſt vt *tibi* nos *puri* pectoris, ideſt puro, & caſto corde, *reſonemus*, ideſt cantemus *almum*, ideſt ſanctum hymnū *Gloria patri &c.* vt ſit ſenſus: ſit gloria patri: *& proli genitæ*, ideſt filio per modum generationis procedenti: *& tibi* etiam ò alme *ſpiritus utriuſque*, ideſt patris, & filij, à quorum vtroque procedis, non à patre tantū (vt perperam græci) quia non ſolum patris ſpiritus diceris, ſed & filij, ſit ſemper gloria *compar*, ideſt æqualis cum eis, cum quibus es *unus Deus, omni tempore ſecli*. Amen.

Matt. 5.c.
Luce 24.c.
Matt. 10.c.
Rom. 8. c.
Gal. 4.c.

Hymnus in feſto dedicationis eccleſiæ ad veſperas, & ad nocturnum.

SEquitur expoſitio hymni. *Vrbs beata Hieruſalem &c.* qui dicitur ad veſperas, & ad matutinum in feſto Dedicationis Eccleſiæ, in quo auctor deſcribit ciuitatem ſupernam Hier. in cæleſti regno triumphantem, miro decore ornatam, & ſpirituali fabrica conſtructam, dicitque illam habere plateas, & muros ex auro puriſſimo, & portas eius margaritis nitere, ad quam nullus introducitur niſi qui clarus meritis, & qui in hoc mundo premitur ob Chriſti nomen. Ait ergo. *Vrbs beata Hier. &c.* vbi notandum primo loco quoſdam dicere, quòd cum nominet hymni auctor Hieruſalem beatam, & illam in cœlis conſtrui &c. planum eſt (inquiunt) ipſum non facere ſermonem de Hier. illa iudeæ totius orientis terræ chariſſima, quæ antea dicta eſt Salem ſecundum Yſidorum. licet D. Hieronymus velit Salem oppidum regionis ſichem, cuius ciuitatis rex fuit Melchiſedech, vt in epi. ad Heb. legitur, & in Gen. qui ſecundum Hebræos fuit primogenitus Noe, & alio nomine dictus Sem, qui ſecundum aliquos fuit primus dei ſacerdos, primus qui dei templa condidit, & Hieruſa-

Heb 7.c. et Gen. 14.c.

ſem rex, à quo ſecundum yſidorum primo eſt ædificata, quem di-
cunt quidam vixiſſe vſque ad tempora yſaac, & tempore natiuita-
tis Abrahæ habuiſſe annos trecentos nonaginta, ad quem pro con-
Gen. 25. c. ſilio iuit rebecca ſuper filijs, quos in vtero habuit: vel quæ antea di
cta eſt ſolyma, at cum templum ei addidiſſet ſolymorum conditor
rex Cananeus cognomento iuſtus, appellari cepit ſecundum Hege
ſippum hieroſolyme, vel hieroſolyma dicta eſt ſecundum Euſebiũ
lib. 9. de præparatione euangelica, quaſi Hieron. i. templum, vel
ędem Solomonis, à templo quod hieroſolymis Salomon extruxit,
quæ quidem ciuitas Tropologicè typus eſt animæ fidelis, allego-
ricè figura eſt militantis eccleſiæ in terris, anagogicè typum gerit
eccleſiæ triumphantis in cœlis: Nec ſermonem facere de eccleſia
militante in terris, cuius illa allegoricè figura fuit (vt dictum eſt)
ſed de eccleſia triumphante in cœlis, cuius illa terreſtris anagogicè
typum geſſit: At nos dicimus (ſub aliorum cenſura tamen) quod
cum modo pro hac, modo pro illa in ſcripturis ſumatur eiuſmodi
Pſalm. 121. nomen, nam cum dicitur in Pſalm. ſtantes erant pedes nr̃i in atrijs
tuis Hier. quæ ædificatur vt ciuitas, non de terrena illa Hieruſalē,
quæ (quum hęc diceret Dauid non ædificabatur, ſed perfecta erat)
Matt. 23. c. de qua Chriſtus, quę occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te
miſſi ſunt, ſed de eccleſia militante in terris intelligitur, ſicut & ſen
tentia illa: quæ ſequitur Rogate, quæ ad pacem ſunt Hier. ideſt
vt habeat pacem Hieruſ. inferior, & vt habeat ea, quæ requiruntur
ad pacem obtinendam cæleſtis Hier. quę viſio pacis dicitur: Et cum
Gal. 4. c. dicitur quæ ſurſum eſt Hier. libera eſt, quę eſt mater noſtra de ec-
cleſia triumphante in cœlis intelligitur, dicimus (inquam) quod
de vtraque poſſit intelligi hymnus, quamuis quidam vtramque p̃-
narratam ſententiam de triumphante tantum eccleſia intelligant,
quę ædificatur vt ciuitas, ideſt ad ſimilitudinē ciuitatis: ob id quia
diuerſos habet vicos, ideſt diuerſas, & multas manſiones, in domo
Ioan. 14 c. patris mei (ait Chriſtus) manſiones multę ſunt, habet vnam legem,
Eſai. 33. c. ideſt charitatem, vel vnitatem, vnum regem Chriſtum de quo le-
gitur regem in decore ſuo videbunt, vnum fontem, ideſt beatā vir
Cant. 4. c. ginem, quæ & puteus dicitur, iuxta illud ſons hortorum, puteus a-
quarum viuentium, habet duodecim portas, & ſunt duodecim apo
Eſai. 26. c. ſtoli, cuius murus Chriſtus eſt, ſaluator ponetur in ea murus, &
antemurale, Chriſtus enim murus eſt ſecundum deitatem ego ero
Zach. 2. c. ei murus in circuitu, & antemurale ſecundum humanitatem, ciues
autem ſunt ſancti iam non eſtis hoſpites, & aduenę, ſed eſtis ciues
Eph. 2. c. ſanctorum ſed quis negaret hæc de militāte eccleſia etiam poſſe ve-
rificari,

tificari, immo de facto verificari? præter illud vltimum quod ſubinfertur cuius participatio in idipſum, quod de nulla alia ciuitate poteſt verè dici, nec militanti eccleſiæ in terris congruit, ſicut nec illud quod in Apoc. legitur non intrabit in eam aliquid inquinatū, & nox ibi non erit, & ciuitas non eget ſole, neque luna, & templū non vidi in ea, quæ omnia de ſuperna tantum Hier. verificantur, ſicut, & quod in hoc hymno dicitur, & virtute meritorum illuc introducitur, ibi enim bonum ſingulorum vnum erit, & idipſum omnium, nec modo hoc, & modo illud: ſed ſemper in idipſum: tu autem idem ipſe es, (ait Dauid) apud quem non eſt transmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio (ait D. Iacobus) quia igitur quædā de vna eccleſia dicuntur, & quædam de alia, quædam de vna dicuntur, quæ non de alia, & quædam de ambabus verificantur, & vtrique conueniunt, vt eſt dici pacis viſio: vt eſt habere montem altum, cui innituntur, vt eſt eſſe ſponſam, & vxorem agni, vt eſt habere murum magnum, & altum, & cætera alia de quibus apud Ezech. & apud D. Ioan. in Apoc. quamuis quæ in Ezech. leguntur à patribus catholicis de militante eccleſia exponantur: non erit abſurdum dicere de vtraque verificari poſſe: quaſi omnia hic dicit hymni auctor & ſi magis ad plenum de triumphante dicantur: Ait ergo. *Vrbs beata hier.* vnde ſi de Hieruſalem quæ in terris militans eſt hoc exponere volumus, *beata dicitur* à beatis, & ſanctis quos cōtinet, *& beata* dicitur non re, ſed ſpe, per fidē enim hic deum ſpeculatur acſi de Hier. quæ in cœlis eſt triumphans, *beata* dicitur nō ſpe, ſed re, per ſpeciem enim deum in ęternum ſpeculatur quarum vtraque dicitur *vrbs* quia hæc ſupple militans ędificatur vt ciuitas, & de ea in viſione illa ſua Ezech. aſſerit ſanctus ſe in montem altum ad ductum: In quo erat quaſi ædificium ciuitatis, & illa triumphās dicitur ciuitas dei, de qua Dauid: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei, & de qua D. Ioan. oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Hier. deſcendentem de cœlo in hoc tamen differunt, quia illa viatorum tātum eſt habitatio, & parua ciuitas eſt, nam ciues puſillus grex dicitur à Chriſto at hæc quæ comprehenſorum, & beatorum patria eſt, omnem locum viatorum tranſcendit, quaſi imcomparabili capacitate, & mole, & omnium bonorum affluentia gaudio, & decore, hinc propheta ò yſrael (ait) quam magna eſt domus dei, & ingens locus poſſeſſionis eius, magnus & non habens finem, excelſus, & immenſus, illius ciuitatis ciues in præſſura ſunt, in mundo præſſuram habebitis ait chriſtus de his ciuibus: & plorabitis, & flebitis vos, huius verò ciues in gaudio ſunt: abſtergit enim deus omnem

Apoc. 21. c.
Pſal. 101.
Iac. 1. c.
Ezec. 40. c
Apoc. 21. c
Eccleſia tū militans, cū triumphans poteſt dici urbs beata Hyer. & viſio pacis, differenter tamen.
Ezec. 40. c
Pſal. 86.
Apoc. 21. c.
Luca. 12. c.
Baruc. 3. c.
Ioan. 15. c.
Apoc. 21. c

empeto lachrymam ab oculis eorum. Vtraque etiam *Hier.* dicitur quo oſtenditur excellentia ipſarum, nam ſicut deus terrena hieroſolyma cæteris omnibus locis longè prætulerat, feceratque, vt ibi domicilium eſſet ampliſſimi ſacerdotij, & regiæ dignitatis, ſic rex: & ſacerdos à deo conſtitutus Chriſtus hieroſolymorum militantium, & triumphantium, terrenorum, & cæleſtium, has duabus ciuitates cęteris alijs quibuſcumque prætulit, illaſque (vt Dauid ait) diligit ſuper omnia tabernacula Iacob, ideſt habet illas chariores: quàm vnquam habuerit vniuerſam Moſis ſynagogam: vtraque etiã dicitur *viſio pacis*, at in hoc differunt: quia militans eccleſia hic in terris, per fidem eſt *viſio pacis* internę ad deum, ad ſeipſum, & ad proximum: at in cœlis triumphans, eſt *viſio pacis* veræ, & perpetuæ, quæ nullo bellorum turbine imperturbabitur, per apertam ſpeculationem, ſpeculatur enim ibi, & contemplatur deum faciẽ ad faciẽ, quem nunc videmus per ſpeculum in enygmate, & (vt D. Ioan. ait) videt deum ſicuti eſt: *Quæ conſtruitur in cęlis &c* & hęc etiam pars de vtraque poteſt intelligi, quamuis magis de militante in terris, de hac enim verè dicitur, quòd conſtruatur, & ædificetur, vt in fine ſeculi dedicetur, in labore enim eſt: & ædificium, immo ædificatio ſecundum D. Auguſtinũ laborem habet: hæc igitur modo ædificatur: ad quam currunt in fide lapides viui, de quibus D. Petrus, Et vos tamquam lapides viui coædificamini in domum ſpiritualem, ideſt templum ſanctum dei, cuius ſtructurę lapis angularis reprobatus iam ab ædificantibus, dominus eſt, & Chriſti fides, vnde D. Paulus Ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino, in quo & vos coædificeamini &c. quod fit credendo, credendo enim quaſi de ſyluis, & montibus ligna præciduntur, & lapides, quum verò cathechizantur, baptizantur: & formantur: tamquam inter manus fabrorum, & artificum dolantur, cenquadrantur: colliniantur: cõplanantur & domum dei faciunt, quum charitate compaginantur: ſic enim vrbs beata hęc Hier. conſtruitur, & ædificatur, & benè ait hymni auctor: quòd in cœlis conſtruatur, & ædificetur, nam & ſi de lapidibus: qui per manus prædicantium veritatem præcidũtur de montibus, & ſyluis, & lignis viatorum, & in terris militantium ædificetur, in cœlis tamen dicitur conſtrui, tũ quia conquadrantur: vt intrent in ſtructuram ſempiternam, tum quia & ſi boni, & mali piſces congregentur in hac ſagena, oues, & hœdi in hoc ouili, virgines prudentes, & fatuæ in hoc regno cœlorum, bonum ſemen, & zizania in hoc agro, ex viuis: & mortuis lapidibus: & ex viri-

Pſal. 86.
1. *Cor.* 13. c.
1. *Ioan.* 3. c.
1. *Pet.* 2. c.
Pſalm. 117.
Eph. 2. c
Eccleſia militans quomodo poſſit dici q᷑ conſtruatur in cælis.
Matt. 13. c.
Matt. 25. c.
Ibi.
Matt. 13. c.

viridibus, & aridis lignis: conſtruatur, & ædificetur hæc dei ciui-
tas, præcipuè tamen conſtruitur ex viuis lapidibus: quorum con-
uerſatio in cœlis, vbi habitant: & ſi non per fruitionem: per fidem, *Philip.2.c.*
tamen; ſpem: deſiderium: contemplationem, & amorem: quo ma-
gis eſt anima vbi amat: quàm vbi animat. Tum quia fundamentũ
eius poſitum ita: vt præter id, aliud non poſſit poni, pro fundamé- *1.Cor.3.c.*
to videlicet vniuerſali, primo, & principali, & pro fundamento fun-
dante, non fundato; quod eſt Chriſtus Ieſus, qui ſecundum quod
homo: eſt fundamentum inſtrumentale, ſecundum autem quod
deus: eſt fundamentum per authoritatem, cui innituntur, & mi-
litans eccleſia & triumphans, qui ſecundum D. Ioan. dicitur mons *Apoc.21.c.*
magnus, & altus, qui reuerà: nedum ſecundum quòd deus: ma-
gnus eſt, & altus, ideſt immenſus: incomprehenſibilis, ac ſuper-
exaltatus: ſed etiam de eo ſecũdum quod homo prędictum eſt, Hic *Iac.1.c.*
erit magnus: Non in imo eſt, neque enim corporaliter ædificatur,
ſed ſpiritualiter, quare in cœlo, & in ſummo poſitum eſt, ergo il-
luc currendum eſt; vt ædificetur, & ideo dicitur, quòd conſtruatur
in cœlis: *Et angelis coronata &c.* hæc pars etiam de vtraque eccle-
ſia exponi poteſt, quod ſi de hac, quæ in terris eſt, Hũc ſenſum ha-
bet, & hæc non ſolum habet inexpugnabilem dei protectionem, ſe-
curiſſimam ipſius cuſtodiam, habitatque in adiutorio altiſſimi: qui *Pſalm. 90.*
eſt illi pro muro alto, & magno, pro muro, & antemurali, non ſo- *Apoc.21.c.*
lum habet protectionem humanam, qua eget, quàque defenditur *Eſai. 26. c.*
per prælatos, & principes eius, ſed eſt coronata, vel coornata an-
gelis, quibus mandat deus, vt cuſtodiant eam in omnibus vijs ſuis, *Pſalm. 90.*
de quibus dicitur, quòd immittãt ſe in circuitu timentium dominũ,
& eripiunt eos, templũ enim illud eſt, Ezechieli oſtenſum quod
triplici cingebatur muro, nam eccleſia militans triplici eget pro- *Pſal.33.*
tectione, diuina, angelica, & humana, De angelica dicit pſalmiſta, *Eccleſia mi-*
Montes in circuitu eius: qui vnà cum cęteris beatorum ſpiritibus, *litans tripli-*
muniunt, & defendunt eccleſiam exemplis, miraculis, & orationi- *ci eget pro-*
bus, De diuina ſequitur, & dominus in circuitu populi, ex hoc, *tectione.*
nunc, & vſque in ſeculum: Ego vobiſcum ſum (inquit Chriſtus) *Pſal.124.*
vſque ad conſummationem ſeculi, quaſi murus ex omni parte vos *Ibi.*
protegens, De humana eſt ſcriptum in prophetis. Dabo te in mu- *Matt. 28.c.*
rum æreum fortem, & bellabunt aduerſum te, & non præua- *Hier.15.c.*
lebunt, & in Eſaia. Super muros tuos conſtitui cuſtodes, to- *Eſai.62.c.*
ta die, & nocte non tacebunt. At ſi de eccleſia, quę in cœlis, hunc
ſenſum habet. Et ſupple illa: quæ in cœlis eſt eccleſia, & Hie-
ruſalem: quæ diuina tantum eget protectione: eſt angelis corona-

ta,

ta, vel coronata, adornatur enim multitudine numeroſa angelicorum ſpirituum, *vt*, ideſt tamquam ſponſata *comite*; ideſt viro ſocio, atque conſorte, ſicut enim Salomonis templum multis fuit ornatum lapidibus ſic templum veri Salomonis in cœlo ornatur varijs lapidibus viuis, & præcioſis apoſtolis: martyribus: confeſſoribus: virginibus: viduis, electis omnibus: quibus etiam adornata eſt (veluti ſplendidiſſimis ſtellis fulgorem ſapientiæ, ardoremque charitatis mittentibus) eccleſia hæc in terris, quorum doctrina, ac imitatione: decoratę ſunt animę chriſtianæ in mēte, hinc in Apoc. habetur, quod in capite huius mulieris erat corona ſtellarum duodecim, ideſt vniuerſitatis electorum, qui viui lapides dicuntur, quia ſuſcitati de lapidibus in filios Abrahæ, & angelis, qui ſunt veluti lapides præcioſiſſimi, & præcioſitate ſua excedunt omnes alios (excipio tantum beatiſſimam virginem, vas auri ſolidum, ornatū omni lapide pręcioſo) hinc in Ezech. de lucifero ſub typo principis tyri legitur, omnis lapis prętioſus operimentum tuum: Sardius: Topatius: Iaſpis: Chryſolitus: Onix: Berillus: Saphyrus: Carbunculus: Smaragdus: Chriſopaſſus, Hyacintus, Amethiſtus: vnde ſicut ſponſa, ornatur viro ſuo, & in fine ornamenti ornatur corona, ſic ciuitas ſuperna Hyeruſ. ornatur à domino ſuo corona angelorum, & corona omniū electorum hinc (ſapiens ait) circa ipſum videlicet Chriſtum corona fratrum. *noua ueniens &c.* hæc pars & ſi in aliquibus de militante eccleſia poſſit etiam legi, & exponi, quia tamen tota ferè deſumpta eſt ex reuelationibus diui Ioan. & quæ ibi narrantur, non niſi de ciuitate ſancta Hyeruſ. interpretentur omnes catholici tractatores, & nos etiam hanc hymni partem de triumphante eccleſia interpretabimur, quam deſcribit non ſicut ipſa in ſe eſt, ſed ſub ſimilitudinibus corporalium rerum, & quod ſit vrbs: & ciuitas ſancta, & beata: & quod ſit ſponſa: & vxor domini Ieſu Chriſti: cuius ſtatum etiam, excellentiam, pulchritudinem, & dignitatem explicat, & ortum: emanationem: ac dependentiam, vnde ait. *noua ueniens de cœlo* hæc videlicet triumphans eccleſia ex angelis, & hominibus vtriuſque ſexus conſtans, in qua eſt ciuium perfectiſſima vnio, & conſummata guſtatio, increatę, & æternæ pacis dei ſummi, & benedicti. Pacificè enim ſe ſe innectunt lapides, & ligna, ex quibus conſtruitur hæc domus, certo ſibi ordine cohærent, & cohærendo ſibi quoddammodo amant, alioqui domum domini non feciſſent, nec illuc intraſſent, *è cœlo veniens*, & ab eo qui cœlo pręſidet deſcendens, emanans, & dependens, *noua*, ideſt eruta à ruinæ vetuſtate, in qua iacebat antea ob quod domum domino facere

Apoc. 12. c.
Eccl. 50. c.
Ezec. 28. c.
Eccl. 50. c.
Apoc. 21. c.

facere non valebant, ſed benè ex quo ceperunt mandatum nouum exequi, quod dedit eis Chriſtus, vt ſe inuicem diligerent, *noua* (in quam) cantico nouo, mandato nouo, quod non habet niſi amorem nouum: *Præparata thalamo: nuptiali, vt ſponſata domino copuletur*, coniugatur, ſocietur per coniugium; à deo enim parata eſt (vt in Apoc. legitur) ideſt donis gratiæ in præſenti decorata eſt, atque diſpoſita ad beatificos diuinitatis amplexus, & ſicut ſponſa ornata viro ſuo, ſicut enim ſponſa ſponſo, ſeu viro ornatur, ſic eccleſia Chriſto ornabitur, ei ad ſocietatem vſque iūgetur per felices amplexus, & ab eo ſummè implebitur, & fecundiſſima reddetur, quæ, & ſi nūc ſponſa eſt per fidem, & dilectionem illi coniunctam, tunc verò vxor erit, & verificabitur quod in Apoc. dī demus gloriā deo, quia venerunt nuptię agni, ideſt plena, & conſummata coniunctio Chriſti cum eccleſia, quando in nuptijs illis internis, & ſpiritualibus per beatificam viſionem, & ſuauiſſimam fruitionem, & per gloriæ dona, & munera, electorum mentes in thalamo regni cœleſtis iungentur, & electi in anima, & corpore glorificabuntur, ad quas pręparauit ſe, ideſt aptam, ac dignam ſe fecit in via iſta: vniri ſponſo ſuo in patria, quarum nuptiarum ſponſalia contracta fuerunt in prophætarum ſponſione, perfectum eſt matrimonium per verba de præſenti i collocutione mutua angeli, & beatæ Mariæ, conſummatum fuit in carnis, & verbi vnione, ſolennitas cepit celebrari in aſcenſione, nunc verò paulatim introducitur ſponſa in domum ſpōſi, & totaliter introducetur in fine mundi, & tunc fiet conuiuium grande, cui nullum aliud ſuccedet, faxit deus vt eius continuo gratioſo auxilio ad cænam nuptiarum iſtarum pertingere valeamus, in quibus eccleſia triumphans per gloriæ dona Chriſto copulabitur inammiſſibiliter, verificabiturque quod in cant. canticorum dicit ſponſa, inueni quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittā. *Platea, & muri eius &c.* ſenſus eſt: cuius videlicet ciuitatis (ad eam enim ſermonem dirigit, & de eadem eccleſia ſub ciuitatis typo) *plateæ, & muri ſunt ex auro puriſsimo*. Nam ſi ciuitas ipſa (vt in Apoc.) non de auro eſt, ſed aurum mundum ſimile vitro, & hæc vniuerſitas electorum, & beatorum: ſequitur, quòd & beati: qui ſunt huius ciuitatis, & vniuerſitatis plateæ, & parietes, non ſolum ſint ex auro puriſſimo: ſed omni lapide pręcioſo ornatæ, & ornati, & aurum ipſum mundum tamquam vitrum perlucidum, qui aurum dicuntur: quia in omnibus dominatur charitatis feruor ſine omni peccati macula, & aurum ſimile vitro, tum propter præclariſſimum ſapientiæ ſplendorē feruori charitatis admixtum,

Ioan. 13. c. *Apoc. 21. c* *Apoc. 19. c.* *Cant. 3. c.* *Apoc. 21. c.* *Per plateas et muros q̄d intelligere debeamus.*

tum quia ſicut vitrum lumine penetratur, ſic ſancti in patria intus, & foris diuinæ lucis participatione implentur. Et per plateas poſſumus intelligere hominis inferioris gradus, ac meriti, qui per vias aliqualiter latiores ambulauerunt contenti obſeruantia mandatorum, ingreſſi ſemitas ſtrictiores conſiliorum, & per muros in plurali numero intelligere poſſumus apoſtolos, & cæteros eccleſiæ proceres altioris gradus, ac meriti, qui tanquam muri, & excelſi parietes: alios ſuper ſe portauerunt, & illorum imbecillitatem ſuſten-
Ioſue 6. c. tauerunt, Nec vt muri hierico vnquam corruerunt, Dixit muros in plurali, quia in ſingulari murus huius ciuitatis Chriſtus eſt (vt ſupra diximus) qui inexpugnabilis eſt, iuxta illud, Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos domine &c. Quidam hæc verba ad eccleſiam, quæ in terris militans eſt, referentes, per plateas intelligunt ſacras ſcripturas, & per muros fortiſſimos: quibus defenditur, intelligunt ſanctos martyres, & ſecundum eos: iſte verborum eſt ſenſus; ſicut ciuitas materialis laudatur propter pulchritudinem platearũ, & defenditur per murum, ſic ſancta eccleſia in terris militans, & ex viatoribus conſtituta, laudatur propter pulchritudinem ſacrarũ ſcripturarum, per quas, veluti per plateas diſcurrunt, & ſpatiantur catholici tractatores, & defenditur per muros fortiſſimos, ideſt per apoſtolos, & martyres: qui fortes fuerunt in paſſione, & viri ex auro pu-
Rom. 8. c. riſſimo per ardorem charitatis Chriſti, & dei, A qua non potuit eos ſeparare perſequutio, anguſtia, fames, nuditas, periculum, tribulatio, gladius, mors, vita, & cætera, quæ D. Paulus enumerat, Cuius
Sap. 3. & fulgore fulgebunt ſicut ſol in conſpectu dei. *Porta nitent margari-*
Matt. 13. c. *tis &c.* ſenſus eſt: cuius eccleſiæ videlicet triumphantis, & supernæ: *Porta nitent*, ideſt ſplendent, & lucent *margaritis*, vnde ſi per portas intelligere volumus prophætas, & apoſtolos: Portæ huius ciuitatis non ſolũ 12. erunt, ſed & viginti quatuor, de quibus in Apoc.
Apoc. 21. c dicitur: quòd in vnaquaque duodecim ſunt margaritæ, & quòd ſingulæ ſint ex ſingulis margaritis, quod quomodo verum hoc poſſit eſſe, & his cognoſces, ſunt enim margaritæ lapilli candidi, & precioſi, quos Romani vnionem vocarunt, quòd nulli duo reperiantur indiſcreti, & per has intelligimus ornamenta virtutum, quarũ vniuerſitas numero duodenario deſignata, & ſi reperiatur in vnoquoq; ſanctorũ: in quolibet tamen aliqua emicat virtus, a qua, & ſpecialiter commendatur, & nominatur: iuxta illud, quod de eorum quolibet
Eccl. 44 c. cantatur, Non eſt inuentus ſimilis illi. *Portę* igitur huius ciuitatis, ſiue intelligamus per portas, prophætas, ſiue apoſtolos, ſiue eoſdem ſimul: *nitent*, ideſt ſplendent, & lucent *magaritis*, ideſt ſpecioſis virtutibus

tutibus (ijs enim ornantur) *Adytis patentibus*, ideſt introitibus apertis, licet enim communiter adytus nomen ſit quartæ inflexionis & maſculini generis, hoc loci tamen ſecundę declinationis eſt, & neutri generis. *Et adytis patentibus* legendum eſt, *non abditis potentibus*. (vt quidam legunt) vult enim hymni auctor adyta dictarum portarum eſſe patentia, & aperta, hinc D. Ioan. (è quo loco ſumpſit hymni auctor hymnum hunc ferè totum) ait, & portæ eius nō claudentur. Verū ſi per portas intelligere volumus veras portas, non myſticas, vel ſpirituales, hæc litera hūc ſenſum patitur. *Portæ* huius ciuitatis, & eccleſiæ triumphantis, & cœli, *Nitent* & ſplendent *margaritis*, cuius adyta non ſunt occluſa, & clauſa (vt olim ex quo peccauit Adam) ſed patentia: & aperta per diem, ideſt per Chriſtum: qui portas cœli nobis aperuit, ex quo cepit illum, qui captiuum tenebat primum hominem, & portas mortis, & ſeras pariter diſrupit. *Et uirtute meritorum &c.* ſenſus eſt: illam tam ſplendidam ciuitatem in plateis, & muris ex auro puriſſimo; & in portis quæ nitent margaritis: nullus ingreditur: niſi qui *uirtute meritorum*, & bonorū operum: *illuc introducitur*, & *omnis*: Is ingredi illam permittitur: *qui ob nomen Chriſti*, preſſuris *premitur in hoc mundo*, & cruciatur, & perſecutionem patitur propter iuſtitiam, Nam ipſorum eſt regnum cœlorū, afferent. n. gloriā ſuā, & honorem in illā (vt in Apoc.) i. ſpirituales ſuas diuitias, merita, & magnificentiam, virtutū ſuarū ſecū in cœleſtē illam Hyer. ſine quibus nec in illā ingredi valerent, Sed dices, ſi gratis hæc dantur, dicēte domino, Ego ſitienti, dabo de fonte vitæ, & aquæ viuæ gratis, quomodo dicit hymni auctor: quòd virtute meritorum illuc introducatur? Reſpondeo quòd vtique gratis, ac non ſic gratis: quòd ſine meritis, ſed gratis, quantum ad radicem meritorum, quoniam gratiam gratum facientem; quæ merēdi cauſſa eſt. ſine meritis dat deus, & quia vltra condignum remunerat, & quia omnium electorum merita ſua ſunt dona; quòd autem non ſine meritis, & bonis operibus iſtud pręſtetur adultis, docet idem dominus ibi, quum infert, Qui vicerit poſſidebit hęc, ideſt cęleſte hoc tantum præmium conſequetur, nam non coronabitur niſi qui legitimè certauerit (ait D. Paulus) Lege candide lector in Apoc. & inuenies vxori Chriſti, ideſt eccleſiæ, quæ ſe pręparauit, & aptam fecit in via iſta: vniti ſponſo in patria, datum, vt cooperiat ſe byſſino candido, ſplendenti, vnde ſicut byſſus lini tenuiſſimi genus: quod circa helim Achaiæ naſci credidit Plynius, vel in AEgypto (vt alij referūt) multis tunſionibus perducitur ad candorē, ſic electi per varias tribulationes pringūt ad gloriā: an neſcis deū vlim collocaſſe,

Apoc. 21. c.
Matt. 5. c.
Apoc. 21. c.
Ibi.
Dubium.
Solutio.
Ingreſſus datur in cœlum gratis, & non ſine meritis, & quomodo.
2. Tim. 2. c.
Apoc. 19. c.
Gen. 3. c.

ante paradiſum ad cuſtodiendam viam ligni vitæ Cherubim,& flā-meum gladium,atque verſatilem,ſiue rōphæam? & quare hoc? niſi ad oſtendendum, q̄ ad vitam non reditur niſi per Cherubim. i. per plenitudinem ſcientiæ.i. charitatem, nam plenitudo legis eſt dile-ctio,& per gladium verſatilem , ideſt tolerantiam temporaliū paſ-ſionum,atque pœnarum,quæ verſatiles ſunt,volubiles,& momenta-neæ,& q̄ hoc ſit verum videlicet : quòd per tribulationes, & crucia-tus pro Chriſto ſit ingreſſus ad vitam, audi quia ſubdit hymni au-ctor. *Tunſionibus preſſuris &c.* vt ſit ſenſus, ſimilitudine mutuata ædificij materialis, ſicut in extruenda materiali domo exciduntur lapides,dolantur,complanantur:ſculpuntur:expoliuntur:& tundū-tur malleis,eorumque percuſſionibus, antequam ædificio adapten-tur : ſic animæ electorum (quos ſupra appellauit lapides viuos : ac-commodandæ,& aptandæ conſtructioni,& ędificio ſpirituali cæle-ſtis Hieruſalem premuntur,expoliuntur in hoc mundo *tunſionibus* pulſationibus,& malleorum percuſſionibus, & comminutionibus, *preßuris* .i. tribulationibus: afflictionibus: anguſtijs : & perſequu-tionibus , vt *expolitæ per manus artificis dei , ſuis locis coaptentur,* & manſionibus diſponantur,& ordinentur ſecundum merita eorum, vt lapides aptātur muro,*permanſuræ ſacris ædificijs* illis, ita vt ab eis nunquam auelli poſſint , ac dimoueri : in beata enim illa patria ſic erunt diſpoſiti , & in gratia confirmati , vt nec peccare, nec cadere nec illam amittere vnquā poſſint deo enim tota mente integerrimè inherebunt, inceſſanter eum adorabunt: colent : laudabunt : eritq; ab eis perfectè dilectus, atque poſſeſſus, & ipſe erit per dona gloriæ cum eis in ęternum , & manebit in eis , ſicut patet cum filijs : Do-minus cum ſeruis : Magiſter cum diſcipulis : cui ſit laus , & gloria , honor , & imperium , in ſecula ſeculorum. Amen.

Hymnus ad laudes in feſto Dedicationis Eccleſiæ.

SEquitur expoſitio hymni . *Angularis fundamentum &c.* qui dicitur ad laudes matutinas i feſto dedicationis Ec-cleſię ſecundum ritum Rom. curiæ, in quo auctor expli-cat Chriſtum miſſum lapidem angularem,qui duos po-pulos coniungeret in vnum ædificium eccleſiæ catholicę, quæ no-mine Syonis ſanctæ ſuſcepit illum , quem alij reprobarunt, non co-gnoſcentes hunc eſſe deum, quem ſic cum fauore prædicat, ciuitas illa ſuperna plena modulis, laude, & canore iubilo cuius imago, & fi-gura eſt hæc in terris eccleſia ſub Chriſto militans , quæ cum in tē-plo

plo materiali ſingulis annis, in ipſo præſertim dedicationis die conueniat, vt ibi diuinam veneretur maieſtatẽ, facit hymni auctor, vt oret, & precetur deum, vt in tẽplo hoc aduenięns exoratus, precantibus largam infundat benedictionem, & tandem concedat illis introire paradiſum. Ait ergo. *Angularis fundamentum &c.* ſenſus ẽ, *Chriſtus miſſus eſt*, nõ ſolũ vt eſſet fundamentum primum & principale eccleſiæ q̃ ex iudæis, & gentibus collecta eſt, ſed vt eſſet *lapis angularis*, & ſummus, ſic enim vocat eum D. Paulus ipſo ſummo angulari lapide Chr̃o Ieſu, lapis quidem qm̃ fortiter, & firmiter ſuſtinet, & conſeruat credentes in ſe, vel lapis dr̃ propter ſoliditatem, & immobilitatẽm; cuius ſoliditas, & firmitas, reliquis (ſi quę ſint) maior eſt, & ideo ſummus .i. excellentiſſimus, vel ſummus qm̃ perficit eos, Angularis, quia in ipſo ſicut in capite vniuntur duo populi diſiuncti iudæi, & gentiles: ad conſtruendam vnam eccleſiam ſicut duo parietes diſiuncti in lapide materiali in angulo poſito: coniunguntur, concurrunt, atque cohærent, vnde (D. Paulus ait) Chriſtus eſt pax noſtra .i. pacificator noſter, qui fecit vtraq; vnum, vt duos cõdat in ſemetipſo, de quo prædixit propheta, Ecce vir oriens nomen eius, & ædificabit templum dñ̃o, & conſilium pacis erit inter duos illos, de quo ait Dauid, lapidem quem reprobauerunt ædificantes factus eſt in caput anguli, & Iſa. vtrumq; complectens, & q̃ ſit fundamentum, & lapis angularis, ait in perſona dñ̃i dei, ecce ego mittam in fundamentis ſyon lapidem angularem probatum, & precioſum in fundamento fundatum, quæ ſententia citatur à D. Petro in hunc modum. Propter quod continet ſcriptura, ecce pono in ſyon lapidem ſummum angularem, probatum miraculis, & virtute electum ex millibus, precioſum, & quid illo p̃cioſius eſſe poteſt, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientię dei abſconditi: qui credentibus honor vtique eſt bonus, firmus, & ſuauis, & in reſurrectionem poſitus, at non credentibus lapis offenſionis, & petra ſcandali & in laqueum, & in ruinam eſt (vt Simeon vir ille inſignis, & iuſtus aiebat & Eſaias propheta) qui *lapis* ſupple angularis credentibus, & pijs, in honore habitus, *nectitur*, ligatur, inſeritur, nodatur, adiungitur: *Compage*, .i. iunctura, & coniunctione ſpiritnali: *in vtroque* parietum, duos .n. parietes, & diuerſos .i. duos populos iudæos, & gentiles, coniunxit, & fecit vnam eccleſiam lapis hic viuus Chriſtus noſter, angularis, & ſummus, *Quem ſyon ſancta* .i. eccleſia catholica credentium viatorum in terris militans, cuius portas diligit dñ̃s ſuper omnia tabernacula Iacob, *Suſcepit* & honorificẽ amplexa eſt, nec curauit q̃ à legis doctoribus ſcribis: & phariſæis: qui populi dei

Eph. 2. c.
Chriſtus dr̃ lapis eccleſię ſummus, & angularis, et q̃uo.
Eph. 2. c.
Zach. 6. c.
Pſal. 117.
Eſai. 28. c.
1. Pet. 2. c.
Coloſſ. 2. c.
Luc. 2. c. & Eſai. 8. c.
pſal. 86.

vide-

videbantur eſſe doctores; & præfecti: reprobatus fuerit tamquam impoſtor, ſeditioſus, & ædificio dei non aptus, primum è ſynagoga eiectus, deinde in crucem adactus, *in quo ſancta* hæc eccleſia *credens permanet*, ita vt nullo ventorum flatu: fluminum; ac pluuiarum impetu dimoueri poſſit à ſtabilitate ſua, Fundata eſt enim ſupra firmã pe-
Matt. 7. c. tram cui: qui innititur credendo, non feſtinat (vt Eſai. ait) ideſt nõ
Eſai. 28. c. cadit, vel (vt D. Petrus ait) Eſaiæ ſententiam, & ſenſum, bona fide ex-
1. Pet. 2. c. primens, non verba recenſens) non confunditur. Et benè appellat militantem eccleſiam ſanctam Syon; nam cum ſyon interpretetur ſpeculatio, benè illi hoc conuenit, nam ſpeculatur, & cognoſcit hic deum per fidem. Sunt qui per ſyon ſanctam intelligunt eccleſiam triumphantem, voluntque ſic exponere verſum, *quem* ſupple Chriſtum, *ſancta Syon* .i. eccleſia triumphans, *ſuſcepit* in die aſcenſionis, *in quo* quicunque eſt hac in via, *credens, permanet*.i. firmatur in dicta ſancta ſyon: & ſenſus iſte etiam ſtare poteſt, *omnis illa deo ſacra &c.* Poteſt exponi verſus iſte, & de triumphante, & de militante eccleſia, quod ſi de triumphante, ſenſus eſt *omnis illa ciuitas* ſuperna Hieruſ. *ſacra deo, & ab eodem dilecta, plena modulis*.i. dulcibus cantilenis, *& laude, & canore iubilo*.i. cantu gaudioſo, & ineffabili, vel cantu iubilatorio, & exultatorio, *prædicat cum fauore* .i. voluntate, ſtudio, & voce benè cupientis, vel cum applauſu laudat, & confitetur *deum trinum* in perſonis, *& unicum* in ſubſtantia, & in eſſentia
Apoc. 7. c. dicens: quod in Apoc. Benedictio, & claritas & ſapientia, & gratiarum actio &c. at ſi de militante eccleſia, ſenſus eſt; ꝙ & iſta ad imitationem ciuitatis cæleſtis, iugiter in timore ſeruit domino: cultũ diuinæ maieſtati debitum exoluens, inclinationibus: genuflexionibus: oblatione thuris: & cærimonijs alijs, & exultat illi cum tremore: perſonans illi laudes, pſalmorum cantica, hymnos, & lectiones in ipſius præconium, de quo etiam prædicat, & confitetur, ꝙ ſit deus trinus, & vnus, & veriſſima eſt illius confeſſio, quamuis hoc ipſum reipſa non intueatur, ſed fide cognoſcat, ac teneat, Videmus
1. Cor. 13. c. nunc per ſpeculum in enygmate (ait D. Paulus) tunc autem (in ci-
pſal. 47. uitate videlicet domini virtutum, ĩ qua dicemus, ſicut audiuimus ita & videmus) facie ad faciem. *Hoc in templo &c.* cum in præcedentibus de vtraq; eccleſia ſermonem fecerit hymni auctor, ideſt de militante, & triumphante, illaſque dignis celebrauerit præconijs, reliquum erat vt de materiali, quæ domus dei etiam eſt, & orationis: quam decet ſanctitudo, ſermonem haberet, de illa igitur loquens ait, *hoc in templo &c.* vt ſit ſenſus, ò *ſumme deus, tu exoratus*, ideſt rogatus à nobis *in hoc templo*, in quo ſacramenta adminiſtrantur,

neque

neque enim baptiſmus, neque ſacrificium miſſæ, neque pœnitendæ
remedium extra templi ſepta) niſi id neceſſitas, quæ nulla lege liga-
tur: Efflagitet) decenter, & honeſtè hominibus adminiſtrari poſ-
ſunt, in quo animæ peccatricis crimina pereunt, quum per confeſſio
nem ſacramentalem abolentur, *in hoc igitur templo* : cuius hodie de-
dicationem, vel anniuerſariam conſecrationem celebramus. *Adue-
ni*, ideſt præſentiam tuæ maieſtatis exhibe vel virtutem, & fauorem
tuæ benignitatis oſtende, *& ſuſcipe clementi bonitate tua vota*, ideſt
deſideria, orationes, & preces *precum*, ideſt precantium, & ſuppli
cum, *& infunde iugiter*, ideſt continuè, & ſemper *hic*.i. in loco iſto
nomini tuo, & ſanctorum tuorum electorum dedicato, *largam be-
nedictionem tuam*, qua diuites facti omni benedictione ſpirituali re-
miſſionem peccatorum omnium conſequamur. Nec diſſimilis eſt
precatio hęc auctoris hymni, illi, quam fudit rex Salomon poſt ex
tructum à ſe templum, in hunc enim modum flexis ad terram po-
plitibus orauit, Audi hymnum, & orationem, quam ſeruus tuus
orat coràm te hodie, vt ſint oculi tui aperti ſuper domum hanc no-
cte, & dic, & exaudias deprecationẽ ſerui tui, & populi tui yſrael,
& quum exaudieris propitius eris, cui addidit hymni auctor. *Hic* 3. Reg. 8. c.
promereātur omnes &c. vt ſit ſenſus *Hic*.i. in hoc templo ò domine
deus, *omnes promereantur petita* iuſtè, & benè, & competenter ſup-
ple (quod addidi) nam ſi malè petierimus, non accipiemus D. Iac. Iacc. 4. c.
dicente. Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis, & malè pe-
tunt, qui non in nomine Chriſti petunt, nec ſalutaria: & æterna,
vel temporalia, & tranſitoria, & non in ordine ad hæc, *Acquirere
& adæpta poſſidere perenniter*, ideſt in perpetuum, & in æternum
cum ſanctis. *Et tranſlati* de labore *in requiem*, de miſeria in fe
licitatem; de paupertate ad diuitias, de morte in vitam,
introire paradiſum, vbi moleſta vitę non cruciabunt Apoc. 21. c.
nos, à quorum oculis abſterget deus omnem
lachrymam, & mors vltra non erit, ne-
que luctus: neque clamor: quæ
prima abierũt, ad quem nos
conducat: qui viuit; &
regnat: in ſecula
ſeculorum.
Amen.

F I N I S.

F. TARQVINIVS DVLCIDVLVS APPVLVS ASCVLANVS EIVSDEM ORDINIS CVRSOR (LICET indignus) Lectori Salutem.

ET ſi (mi humaniſsime lector) quia alijs vexabar negocijs: opuſculum hoc locupletiſsimum, omnibus impreſſoris erroribus haudquaquam completè purgatum tibi præbeo (quod profectò auctoris eloquentia, dicendi copia, rerum ſcientia, animi ſapientia, & eiuſdem doctrinæ excellentia, fateor indignum) errores tamen, quos in legendo reperies, aut pauci, aut nullius videbuntur eſſe momenti. Læto igitur animo lege: nam tibi legenti, plurimum erit vtilitati: obuiabunt enim ſententiæ vſquequaquè ſecuriſsimæ: opiniones ſubtiliſsimæ, & omni ex parte tutiſsimæ: verba dulcia ori tuo, immò eloquia dulciora ſuper mel, & fauum. Et vt ſine tuo labore, qui in ipſo habentur, hymnos ſcire valeas: ſecundum alphabeticũ ordinem, placuit illos apponere. Adnotauit etiam auctor ſecundum eundem ordinem, quæ in hoc continentur volumine, omnia ſcitu digna. Benè in domino vale: & ſiquid inuenies (quamuis hoc non exiſtimem) quod tibi non libeat: recordare illius adagij: Difficile eſt omnibus placere poſſe: et hoc ex eo, quia non volo uinitur uno. Datum Neapoli Kalendis Ianuarij. 1578.

REGISTRVM.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

AAa BBb CCc DDd EEe FFf GGg HHh IIi KKk LLl MMm NNn OOo PPp QQq RRr SSſ TTt.

Imprimatur.

Gaſpar Sillingardus Vic. Gen. Neap.

Io. Franciſcus Lombardus.

Impreſſ. Neap. Apud Horatium Saluianum, Anno 1578.

ELENCHVS: SEV INDEX ALPHABETICVS NOTABILIVM RERVM OMNIVM, quæ in frugiferis his hymnorum expoſitionibus continentur.

A.

ABVSVS in orando. Fol. 45
A deo principaliter opera naturæ fieri dicuntur. 29
Ad prælationem D. Petri conuenit tota trinitas. 195
Ad quid fuerit inſtitutum corporis ieiunium. 97
Ad quid bis acceperũt ſp. s. apoſtoli. 156
Ad doctrinam D. Thomæ tamquam ad lydium lapidem examinantur cæteræ aliorum doctrinę. 107
Ad quæ fortia manum miſit B. Dominicus. 197
Ad ſolos ſacerdotes pertinet conſecrare, et uide quomodo omnes chriſtiani ſint ſacerdotes. 170
Adultera eſt aĩa mundo adhęrens. 241
Ad uigeſimum quintum vſque ætatis ſuę annum, nullus in his, quæ dei ſunt: frãciſco fuit inferior. 224
Aer quãque dicitur cœlũ in ſcriptura. 61
Ambroſius baptizat D. Auguſtinum, et Simplicianus dat ei habitum, cucullum nigrum, & cingulũ ex corio. 159.
Amor dei, & mundi pugnant inuicem, & ex diametro contraria ſunt. 246
Angeli non aſſumunt vera corpora humana. 161
Angelici doctoris nomen adeptus eſt D. Thomas, & qua de cauſa. 107
Angelus non ſtatim cecidit vt conditus eſt, ſed longa intercedente mora. 24
Angelum poſt primum inſtans ſuę creationis peccaſſe cõmuniter dicitur. eod.
Animæ glorificatę dotęs quæ, et quot ſint & quibus reſpondeant. 213
Annis decem pugnauit D. Dominicus contra hoſtes fidei. 197
Ante lucem illam, quę ſolis uicem tenebat, nec dies fuit, nec lux. 30
Ante diluuium cibus hominũ herba fuit, at poſt, additus eſt piſcium, & auiũ & carnium paſtus. 47
Annus iubileus quid ſignificabat. 162
A pænitentia nos reuocare conantur inimici noſtri. 6
Apparitiones cur appellentur phantaſmata. 32
Appellatione noxę delicta veniunt, & quare. 33
Apollo vnde ſit dictus clarius. 112
Apoſtoli poſt acceptum ſpiritum ſanctũ mortaliter peccare non potuerũt. 156
Apoſtoli vere ebrij erant, ſed vide quo vino. 158
Apoſtoli quid faciant quum vidẽt Chriſtum rediuiuum 125
Apud Romanos templum virtutis cum

ædе honoris coniunctum erat. 76
Aqua in decuplo maior eſt terra, et quare non cooperiat terram. 46
Aquarum faciem appellat Moyſes faciẽ abyſſi. 45
Aqua eſt materia ſacramẽti baptiſmi. 62
Aquæ corporales ſupra cœlos ſunt, non tamen quales iſte ſenſibiles. 40
Aquæ ſuper cœli ſpheram glaciali ſoliditate ſuſpenduntur, & quomodo poſſint dici glaciales, frigidę, ponderoſæ, & vaporabiles. 39
Aquæ mandato dei vtique congregatæ ſunt in locum vnum, non tamen eius iuſſu tenentur ne labant, ſed earum natura. 46
A quibus doloribus exemerit Chriſtus noſter ſanctos patres vide. 133
A quibus condita fuerit Bethleem, & quomodo primum vocata. 92
A quibus habuit ortum carmelitarum ordo. 93
Arma clericorum lachrymæ ſunt, de quibus multa præclara dicuntur. 48
Armentum à grege differt. 88
Arrha quid ſit, & pro quo ſumatur. 176
Ars pro iuſtitia in virtute, & uitio poteſt ſumi. 119
Artificioſa mundi conſtructio, trina machina dicitur, & quare. 207
Aſſumptio humanę naturę in Chriſto formata, non fuit formata miniſterio Angelorum. 160
A Sancto Simpliciano inſtructus fuit D. Auguſtinus vide. 138
Aſylum quid ſit, et unde dicatur. 136
Aſylum gracè, latinè verò templum dicitur. eod.
Auctores hymni numerantur. 1
Auctor hymni priſco more vtitur verbo patrare pro perficere, atque complere. 161
Auctor validiſſimis rationibus explodit illorum ſententiam, qui putant Chriſtum apud inferos, & quandiu manſit cũ patribus in lymbo, quo ad aĩam ſuſtinuiſſe aliquas pœnalitates. 132
Auctor ordinis carmelitarum quõ poſſit dici beatus Andreas. 93
Aues non pertinent ad ornatum totius aeris. 60
Aues ſuper illam partem, in qua uolitãt, non poſſunt uiuere. eod.
Aues factæ ſunt ex aqua, tñ pertinent ad ornatum aeris, & quomodo vide. 61
Aues aliquomodo pertinent ad ornatum aquæ. eod.
Aues, & piſces ex aqua prodierunt, in quadrageſima tamen, & alijs ieiunij temporibus interdicitur nobis ab eccleſia vſus, & eſus auium, ſed non piſcium, vide cauſſam. eod.
Aureola ab aurea differt, & quid dicat vtrumque vide. 253
Aurora cur lucis aurora dicatur. 18
Aurora cur dicatur aurea lux. 59
Auroræ: & caſtitatis ſimilitudo. 37

B.

BAPTISMVS ſignificatur per tranſitum maris rubri vide. 124
Baptiſmus multiplex, & quomodo differant. 228
Baptiſmus gerit uicem crucis, & reſurrectionis Ieſu Chriſti. 62
Baptizati baptiſmo Ioannis baptizandi erant baptiſmo Chriſti uide cauſſam. eodem.
Beata virgo ſideri comparatur, et uerè ſtella

ſtella dicitur,non erratica tamen. 204
Beata virgo quomõ poſſit dici mater dei contra hæreticos oſtenditur. 204
Beata virgo cœli porta dicitur, non iuſtitiæ, ſed miſericordiæ, & gratiæ, quia commiſit illi deus dare literas gratiæ, & miſericordię. 205
Beatus Franciſcus appellare conſueuerat paupertatem, dilectam ſororem ſuam. 214
Beatus Fräciſcus Chriſto conformis fuit in conſtitutione trium ordinum. 215
Beatus Franciſcus martyr fuit non deſiderio tantum, ſed corpore. 217
Beati quare dicuntur cœli. 18
Beatorum locus non ſunt omnes cœli. 19
Benè conuenit Chriſto dextera. 142
Bona quæ poſcenda ſunt à deo per beatã virginem vide. 206
Bellum quotuplex ſit. 174
Boni viri eſt non mentiri, & prudentis non dicere mendacium. 59
Budeo non placet vt reatum pro crimine capiamus vide. 242
Beatorum locum appellat hymni auctor arcem, & quare. 111

C.

CANTANDVM in mundo, & lugendum, & quomodo. 4
Caro noſtra ſimilis Agar. 96
Caſus hominis fuit reparabilis, diaboli verò irreparabilis, vide. 82
Caſſiodorus quæ in laudem ſancti Auguſtini prodat vide. 211
Caſtitas differt à pudicitia. 184
Cæcitas dicitur pallens, & cur. 59
Cæcitas mentis abſcedit à nobis virtute ſpiritualis lucis. eod.
Cæcus Beatus Franciſcus factus eſt ob lacbrymarum abundantiam, quas fundebat deplorando Dominicam paſſionem vide. 216
Cælitus quid ſignificet, & ſi nomen ſit, an aduerbium vide. 162
Coelum prius ornatum eſt cæteris elementis. 54
Coelum empyreum eſt locus beatorum. 19
Coelum repletum dicitur ſanctis angelis non quo ad occupationem, ſed ornatum. eod.
Coelum dicitur polus, quia ſtellis politum. 12
Cœna non fuit facta de nocte. 165
Centri, & poli nomen licet multipliciter dicatur, hoc loco tamen ſumitur centrum pro coeli ſpatio, & polus pro coelo. 59
Charitas eſt fortis vt mors, & vt infernus. 191
Charitas virtutum omnium maxima, et finis, & quomodo finis. 239
Charitas eſt maior omnibus virtutibus, & quomodo. 66
Charitas eſſe non poteſt ſine fide & ſpe, hæ tamen ſine illa poſſunt. eod.
Charitas eſt forma virtutum, & quomodo ſine ea, & quomõ cum ea. 101
Charitas mira operatur vbique. eod.
Charitas non poteſt minui. 105
Chriſtus dicitur noſtrum paſcha. 125
Chriſtus ante inſtitutionem ſacramenti eucbariſtiæ lauit pedes diſcipulorum, & quare. 124
Chriſtus à ſepulchro cum captiuata plebe ſurrexit, & quare. 126
Chriſtus non ligauit omnes dæmones in inferno. 126

Chriſtus propter homines tantum mortuus eſt, & hoc non angelo nec diabolo conceſſum eſt. 129
Chriſtus non dicitur emptor humani generis ſed reemptor. 140
Chriſtus dicitur rex æternus rex altiſſimus, & quare. 144
Chriſtus, & caro Chriſti fuit pſalteriū, & cythara. 129
Chriſtus volens aſſumpſit, non contraxit defectus corporales, totam naturā humanam ex peccato primi hominis conſequentes, & pœnalitates corporales mortem præcedentes, non autem ſequentes. 132
Chriſtus eſt ſemper nobiſcum, & quomodo 143
Chriſtus dicitur gallus à quibuſdam, & quomodo, 11
Chriſtus ſanctorum angelorum decus eſt & malorum punitor vide. 221
Chriſti nomen commune olim regibus, et ſacerdotibus, uide. 230
Chriſtus quomodo dicitur redemptor omnium, & quomodo trinitas. eod.
Chriſtus corona dicitur ſanctorum non ſpinea, ſed aurea. 240
Chriſtus dicitur eccleſiæ lapis ſummus, & angularis. 259
Chriſtus ales, & velox mentium dormientium excitator eſt. 42
Chriſtum plus fugit diabolus, quàm columba accipitrem, & puer ſerpentem. 51
Chriſtus lux, & rex ſolis dicitur, et quomodo. 52
Chriſtus ſecundum deitatem, & aſſumptam humanitatem dicitur lux: magis tamen ſecundum humanitatem dicitur lucerna. 72
Chriſtus ab exordio mundi, & in tempore plenitudinis fuit redemptor humani generis. 73
Chriſtus eſt redemptor omnium, & electorum, & quomodo. eod.
Chriſtus, et eccleſia vniti ſunt, & quomodo. 74
Chriſtus dicitur ſidus nouū, & quare. 78
Chriſtus debitum mortis non habuit, ſed voluntariè illam ſubijt, & quare. 141
Chriſtus plures fecit filios. 145
Chriſti pectora dicuntur apoſtoli, & diſcipuli. 156
Chriſtus reſidet ad dexteram patris, & quomodo hoc ſit accipiendum. 142
Chriſtus dicitur natus ineffabiliter, & quare. 79
Chriſtus fuit lapis exciſus de monte ſine manibus. 82
Chriſtus verè eſt filius virginis. 84
Chriſtus à iudæis, & gentilibus crucifixus eſt, differenter tamen. 121
Chriſtus per crucē ad ſe traxit oīa. 122
Chriſtus dicitur pratum. 123
Chriſtus figulus eſt, et eccleſia ager. eod.
Chriſtus venit per aquam et ſanguinem, & cur. 62
Chriſt⁹ lux fulgens opaco ſeculo per Antonium. 177
Cibi tantum, & non potus fit mentio, et quare. 165
Claues quando promiſit Chriſtus D. Petro, et quādo dedit, et quid per claues intelligere debeamus exponitur. 187
Clauium officium ſanctitatis, & iuſtitiæ hominis non eſt datum, ſed homini cōmiſſum. 13
Clerici qui ſint. 138
Columba, quæ deſcendit ſuper Chriſtum baptizatum fuit vera columba, et uerum

rum animal ex ſententia D. Auguſtini, & D. Thomæ. 160

Columba in qua deſcendit ſpiritus s. ſuper Chriſtum, non fuit formata miniſterio angelorum. 160

Columbæ veritas, & realitas non excluditur per hoc, quod dicunt euangeliſtæ ſpiritum ſanctum deſcendiſſe in ſpecie columbæ, ſicut columba. tanquã columba: & quaſi columba: nam hoc dicunt ad oſtendendum quod non apparuerit in illa, in ſpecie ſuæ ſubſtantiæ, & vt vniret ſibi illam in vnitate ſuppoſiti: & perſonæ. 160

Compoſuit hymnos, & totum officium de ſacramento corporis Chriſti D.nus Thomas aquinas. 163

Conceptio Chriſti miraculoſa, & naturalis, ſicut & eius natiuitas. 209

Concilia approbauerunt hymnos, qui horis ſingulis dicuntur. 1

Conciliantur D. Hieronymus, & Auguſtinus. 85

Cõcupiſcentia dicitur peccatũ vetus. 44

Confeſſio triplex eſt. 49

Congruè Chriſtus prius quàm cæteris, fit palàm paſtoribus. 84

Conſcientiæ, & corda noſtra lampades dicuntur. 103

Cõtagium quid ſit, quidue ſignificet. 64

Cõtentum pro continente ſumitur quum dicitur, exultet cœlum laudibus, reſultet terra gaudijs. 236

Contubernium quid ſignificet, & vnde dicatur. 127

Coronat Chriſtus in iuſtitia, & miſericordia, & quare. 240

Corporis glorificati docet quæ, & quot ſunt, & quibus correſpondent. 213

Corporum, & animarum Chriſtus eſt reformator. 128

Corpora noſtra lectuli agri dicuntur, & quomodo. 42

Corpus Chriſti non ex carne, ſed ex puris uirginis ſanguinibꝰ formatũ eſt. 82

Corpus Chriſti aptè dicitur glorioſum multis de cauſſis. 163

Cor cõcupiſcentiæ ſedes eſt, principium venarum, & generandi ſanguinis inſtrumentum. 70

Crapula, & ebrietas, radix multorum criminum. 100

Creatura à creatore plus pendet, quàm radius à ſole. 207

Creatura irrationalis, & quælibet ab homine, non propriè dicitur laudare deum, ſed hominibus laudandi deum ſubminiſtrare cauſſam. 5

Creaturæ proceſſerũt à deo per modum intellectus, & voluntatis & quomodo diſtinguatur huiuſmodi proceſſio, à proceſſione filij, & ſpiritus s. 10

Creaturæ potius producunt, & faciunt quàm creent. 30

Crimina cur noſtra dicantur. 247

Crimina non poſſunt ſtare cum gratia, & charitate 158

Crucis lignum figuratum eſt per lignum miſſum in aquas Marath. 122

Crucis lignum congruè dici poteſt piſtor dulciarius. 123

Crucis myſteriũ mundi prudentibus occultum, reuelatum fuit pauperculo, & paruulo Franciſco. 218

Cruentatus à cruento in quo differt. 253

Crux dicitur Beata, & quomodo. 117

Crux fuit ſtatera corporis Chriſti, & cur. 117

Crux dicitur fidelis, & quomodo 122

Crux Chriſti inter omnes arbores ſola nobilis.

nobilis. 122
Cur baptizari uoluit Chriſtus? 91
Cur eccleſia inſtituerit quadrageſimale ieiunium? 99
Cur Chriſtus quadraginta diebus, & totidem noctibus ieiunauerit? 99
Cur gaudij nomine vtatur hymni auctor magisquàm lętitiæ. 107
Cur prophetę dicuntur uates æterni iudicis. 231
Cur appellat hymni auctor iudęos ſeruos. 134

D.

DAMASVS pontifex inſtituit ut in fine cuiuslibet pſalmi diceretur gloria patri &c. 72
Damnatur differentia quam quidam ponunt inter trahor, & ducor. 104
Dapes, quibus ſancti in coelo ſatiantur ſine faſtidio quæ ſint. 250
Datus eſt ſpiritus. s. in linguis igneis, & cur. 152
Dauid in plurali cur dicit aperite mihi portas iuſtitiæ, & quid per portas iuſtitiæ intelligat. 206
Dauid cur mentes beatas vocat ſpiritus. 231
Debemus amare, honorare, vereri, & timere deum et quare. 60
Decem annis natus ingreſſus eſt ordinem prędicatorum D. Thomas aquinas. 108
Decet ut omne genu conuertetur potentiæ Chriſti, vide cauſſam. 75
De Chriſto quatuor prędicantur. 64
De latere Chriſti exiuit ſanguis, & aqua. 116
Dæmon tribus vocabulis appellatur in ſacris eloquijs, & quare. 20
Dæmon dicitur hoſtis noſter per anthonomaſiam. 153
Dęmon dicitur perfidus hoſtis. 75
Dæmon quę mala nobis inferat. 76
Dæmones inuiti flectunt genu Chriſto. 75
De quo homine intelligitur quum dicitur qui mundi in primordio Adam plaſmaſti hominem. 127
De quibus paſſionibus verum ſit dicere, quòd non ſint condignæ ad futuram gloriam. 245
De quibus habitibus ſit fides. 104
De qua luce intelligatur quū dicitur lux ecce ſurgit aurea. 58
Deus non eſt dominus ſempiternus, ſed ex tempore. 127
Deus quō plasmauit hominem ad imaginem ſuā, et quō ad ſimilitudinem 127
Deus principiorum dictus eſt ianus, cui omne principium conſecrarunt antiqui. 210
Deus non poteſt actus incompletę potentiæ. 18
Deus quomodo poteſt praua agere. eod.
Deus oīa format, & nihil informat. 28
Deus dicitur amor noſter, & cur. 140
Deus impropriè dicitur moueri, & oībus motibus myſticè mouetur, et quō. eod.
Deus, pater noſter eſt, & iudex, & quomodo. 101
Diabolus dicitur nox ſeculi. 65
Dictio hæc, ſuperne, poteſt legi nominaliter, & aduerbialiter. 94
Diei reſurrectionis Ieſu Chriſti præconia. 130
Diem dñicum peculiariter fecit dñs. 5
Dies apoſtolis Petro, & Paulo dicata: quomodo dat veniam reis. 187
Dies dominicus dicitur dies panis, ſolis, ac lucis, & quomodo. 6

Dies iudicij cur dies dicatur. 237
Dies epiphaniæ non deberet dici epiphaniæ, ſed epiphaniarum, & quare. 89
Dies iudicij dies domini dicitur in ſcriptura, & dies magna, & quare. 102
Dies paſchalis dr̃ dies dñi, et quare. eod.
Dies pro præſentia ſolis, & pro toto uitę noſtrę tempore poteſt intelligi. 59
Differentia inter hoſtiã, & uictimã. 125
Differentia inter amorem, dilectionem, & charitatem. 140
Differentia inter Salue, & Aue. 204
Differentia inter creare, generare, & facere. 30
Differẽtia magna eſt inter accingere præcingere, & ſubcingere. 70
Differentia inter auem, & volucrem explicatur. 84
Differentia inter libram, & ſtateram explicatur. 117
Differentia huius nominis aſylum in neutro genere: & huius nominis aſylus in maſculino. 136
Differentia inter album, et candidũ. eod.
Dilexit Magdalena Chriſtum multis modis. 191
Diſcrimen inter gaudium, lętitiam, & exultationem. 143
Diſcrimen inter canticum: pſalmum, & hymnum. 3
Diſcrimen inter temporale, ſempiternũ, perpetuum, & æternum. 9
Diſcrimen inter iocum, et ludum. 100
Diſcrimen inter uigilias, et excubias. 63
Doctrinam D. Auguſtini vocat S. Gregorius pabulum delitioſum, & ſaginatum, & quare. 211
Dolere quomodo conueniat deo. 73
Dñici nomen quid nobis ſignificet. 196
Domus qualibet eccleſia eſt, etſi tantum uir, et mulier ſit, multitudo tamen angelorum adeſt, ſi in nomine Chriſti cõgregati fuerint. 17
Duæ oliuę, & duo candelabra dicuntur apoſtoli S. Petrus, & Paulus. 186
Dulcis eſt dominus noſter. 123
Duo ſunt oculi mentis. 76

E.

EBRIETATIS *carnis, & ſpiritus differentia.* 37
Eccleſia ſupra petram ideſt Petrum ædificata eſt, et hunc monſtrauit Chriſtus quum ait & ſuper hanc petram. 13
Eccleſia tum militans in terris, cũ triũphans in cælis dici poteſt urbs: Beata: Hieruſalem, & uiſio pacis, differenter tamen. 255
Eccleſia militans triplici eget protectione. 256
Eccleſia militans quomodo poſſit dici cõſtrui in cęlis. 255
Eccleſiæ & D. Petro datę ſunt claues, & quomodo. 188
Eccleſię multa ſunt fundamenta, & principale, & primum Chriſtus eſt. 13
Eccleſiam materialẽ reparauit B. Franciſcus, et quid pręnouerit ex hoc. 218
Elementata cur mixta dicantur. 39
Emanatio perſonarum diuinarum quomodo dicitur fluuius. 108
Enumerat auctor aliquas operationes ſpiritus ſancti. 150
En aduerbio demonſtrandi utitur hymni auctor in re lęta, non vt aliquod repẽtinum, et inſperatum ſignificet. 171
Epialtbes vnde dicatur. 32
Eremi amantiſſimus fuit, & bis Hieroſolymã petijt, & ſemel limina B. Iacobi

beatus

Beatus Guilelmus. 95
Ergaſtuli nomen quid ſignificet. 137
Eripuit Chriſtus ſanctos padres à poena damni, non autem ſenſus. 131
Error. Ariſt. & Platonis circa ſtellas, & planetas. 72
Euolatio in coelum pertinet ad ſanctos: Aſſumptio ad B. Virginem Aſcenſio ad Chriſtum. 146
Exardeſcere, & ardere quomodo differant. 15
Excitandi ſunt ēt de nocte filij ad orandum, etiam ſi teneri ſint. 17
Explicatur numerus cęcorum, mutorum claudorum, à dęmonio vexatorum, & mortuorum, quos liberauit, & ad vitam reuocauit B. Nicolaus. 214
Exponitur verſus, à ſagitta volante in die &c. 75
Exponitur ſententia illa, charitas eſt fortis ut mors vide. 191
Exponitur verbum pſalm. 118. Hec facta eſt mibi &c. vide. 7
Exponitur quomodo ſit diligendus deus ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente. 105
Expoſcere magis eſt quàm poſcere. 49
Expoſitio duplex ſuper illa verba, oſtenſa ſibi vulnera, at ſecunda magis placet auctori. 135
Expreſſo patre, & filio in diuinis, intelligitur expreſſus etiam ſpiritus. s. 38
Extinguere propriè dicitur de his, quę incenſa ſunt, et in plus ſe habet quàm opprimere. 16
Exultauit Ioannes Baptiſta in vētre matris, & cur vide. 181
Exultatio, qua ſupra modū corporis geſtibus exultimus iuncta iubilo mentis, placet deo. 106

F.

Fascia quid nobis ſignificet. 120
Feces rerum omnium in inferno. 9
Fides nihil mundum curat modo placeat Deo. 191
Fide, ſpe, & charitate veluti tribus portis ad gaudia ſecreta peruenitur. 65
Fides quomodo dicatur ab apoſtolo ſubſtantia. eod.
Fides prima eſt inter virtutes theologicas eod.
Fides, & ſpes, charitatem tempore non pręcedunt nec cauſa. 66
Fides ſine charitate informis eſt, & non virtus theologica, nec pia. eod.
Fides duplex, formata, & informis. 105
Fides per culpam nō omnino defenditur vt charitas vide. 161
Fides, & charitas augeri poſſunt. eod.
Figura miſſionis ſpir. s. quę fuerit in veteri teſtamento. 154
Filius dei dicitur dextera et brachiū. 151
Firmamentum quare firmamentum dicatur. 39
Firmamentum continet ſupra ſe aquas, ſed quam ob cauſſam, deus nouit. eod.
Flamen verbale nomen quid nobis ſignificet. 95
Fletu omne peccatum deletur, de quo multa pręclara dicuntur. 78
Floruit D. Tho innocentia vitæ, & libidinis ſenſu caruit ex quo ab angelis conſtrictus eſt circa lumbos. 107
Flos, germen, & folium arboris crucis Chriſtus, eſt uide. 122
Flumina ſunt hæreticorū eloquentia, & hęreſes & antiquorū patrū dicta. 108
Fons luminis D. Tho. & benè illi hoc nomen competit vide. 107

Fortu-

Fortunatus epiſcopus auctor fuit hymni quem terra, pontus, æthera. 207
Fruimur deo, beatitudine, potentijs, & virtutibus & quomodo. 69
Fucus mellificia abſumit, & naſcitur ex mulorum excrementis uide. 52

G.

GABRIEL *dicitur fortitudo dei, & quare.* 182
Galli quare ante lucem canant. 12
Galli cantu non ſolum ad opera ſeruilia, ſed etiam ad ſpiritualia excitantur homines. 14
Galli cantu ad ſpem ueniæ currunt deſperantes de ſalute ob perpetrata ſcelera. eod.
Gallus in profundioribus noctis horis valentiores, & in matutinis leniores cantus emittens quid ſignet. 12
Gaudendum in mundo, & exultandum, et quomodo. 4
Gaudia cæleſtia magna ſunt, multa, copioſa, & precioſa vide. 110
Geſtire quid ſit. 58
Gigantes ſunt hoſtes noſtri nos autem locuſtæ. 126
Gloriæ ſuę plura pignora accepit Beatus Antonius quum adhuc viueret. 176
Gratia ſpiritus ſancti dicitur nouum lumen, & quare vide. 44
Gratiæ quę de cælo fluunt per B. Mariæ manus tranſeunt tamquam per aqueductum. 206

H.

HAEREDITAS *fidelium ſors dicitur, & quare.* 240
Hęreticorum dogmata fuci dicuntur. 52
Hoc verbo fuſus cur vtatur hymni auctor. 209
Hoc nomen ſobrius vnde veniat, et quid ſignet. 65
Homines in Chriſti exaltatione facti ſunt Angelis longè excellentiores. 146
Homo nouiſſimè factus, & quare. 67
Homo factus ad cælum, & propter coelum. 68
Homo in ſcripturis dicitur caro. 115
Homo dicitur mundus minor & cur. 155
Homo dicitur mundi creatura: & omnis creatura. 127
Hora tertia deſcendit ſpiritus ſanctus ſuper apoſtolos: ideo hac hora cantitur hymnus nunc ſancta nobis ſpiritus. 24
Hoſtium multiplex diſtinctio. 20
Humilis videtur poteſtas D. Petri, & ſucceſſorum, ſed timenda pluſquam cæteræ, nam quos ligat, & damnat Petrus etiam à deo ligatur, ac damnatur. 195
Hymni auctor cur de Chriſto primum ſermonem facit, & poſtea de patre? 249
Hymni auctor tres eccleſias quas erexit B. Franc. hoſpitia uocat, et quare. 225

I.

IESVS *Chriſtus dicitur noſter amor & cur.* 140
Ieiunium, abſtinentia, & ſobrietas dicuntur frena carnis. 23
Ignis ſpiritus s. benè infixus oſſibus noſtris non ceſſat ardere. 25
In baptiſmo non ſolum ſunt aqua, & ſanguis, ſed ſpiritus. 62
Incarnatio filij dei dr̃ fluuius: et quõ. 109
Incentiua libidinis dicuntur illuſiones, et quare. 70

In Chriſto eſt una perſona, & tres eſſentiæ. 81
In exprobratione incredulitatis diſcipulorũ a Chriſto, nõ includitur Petrus. 14
Infernus dicitur barathrum, & quomodo cur. 126
Infernus cur dicatur auernus, & unde dicatur auernus. 9
In fine pſalmorum, & hymnorum quare fiat commemoratio non unius perſonæ tantum in trinitate ſed oĩum triũ. 153
Ingreſſus datur in coelum gratis, & non ſine meritis, & quomodo uide. 258
In hymnorum carmine qui floruerunt. 1
In mundi initio dies præceſſit noctem, at in Dominica Reſurrectione nox cepit præcedere diem, & quare. 7
Innocẽtes dicuntur martyrum flores. 87
Innocentes dicuntur martyres, et quõ. 87
Innocentes dicuntur prima uictima Chriſti, & quare. 88
In parte rationali, ſiue intellectiua eſt accipienda imago ſiue trinitas. 67
In principio ſemina ex herbis, non contra fuerunt, & perfecta facta ſunt omnia. 48
In quo conſiſtat præmium eſſentiale, & accidentale. 174
In ſe permanens dicitur deus: & immotus, & quomodo uide. 28
In ſpecie ſeraph. apparuit Chriſtus beato Franciſco, & quare uide. 217
Inſignia q̃ olim uictorib⁹ dari ſolebãt. 88
Intellectus propoſitionis illius: omnis homo mendax. 25
Interflere, plorare, plangere, lugere et moerere quid interſit. 43
Inter ſtellas: & ſidera, & aſtra diſcrimen. 55
In trina euangelici libri apertione, cum ſemper occurreret paſſionis memoria, & ſacratæ crucis lectio, quid intellexerit D. Franciſcus. 218
Inuehitur in herodem auctor lepidiſſimè. 89
Inuehitur in iudæos auctor. 121
Inuehitur libri auctor contra mores ætatis noſtræ. 214
In vita ſpeculum virtutum omnium, & poenitentiæ præſertim fuit Beatus Nicolaus, & quomodo. eod.
Ioannes Baptiſta non fuit maior Beata virgine, ſed maior omnibus qui ceciderunt, & ſurrexerunt. 180
Ioannes Baptiſta à deo nomen accepit (ut plerique alij ſancti) eod.
Ioan. Bapt. à teneris annis antra deſerti petijt & cur. 181
Ioannes Baptiſta in vtero matris habuit uſum liberi arb. et potuit mereri. 181
Io. Bap. comedit locuſtas, & mel ſilueſtre, & cur. 182
Ioannes Baptiſta in vtero, & ventre matris matrem ſolam illuminauit, at paulo poſt totum mundum. 181
Ioannes baptiſta venialiter peccare poterat, & ſi non mortaliter confirmatus cum eſſet in gratia. 182
Ioannes Baptiſta habuit omnia ſignificata huius nominis felix 184
Ioannes Baptiſta à quibuſdã dicitur gallus, & quomodo. 11
Iudæi increduli quare vtantur muſti potius vocabulo quam uini uide. 161
Iudex ordinarius Chriſtus, qui ex iuriſdictione propria ius habet cauſſas uiuorum, & mortuorum cognoſcendi, apoſtoli verò iudices erunt delegati, qui ex delegata iurisdictione cauſſas iudicandorum cognoſcent. 195

L.

LARVAE nomen quid nobis ſignet. 201
Laruis ſuis nullus deum fallere poteſt 60
Latex quid ſignificet. 182
Laudant deum uiatores, & comprehenſores attamen diuerſimode, vide. 4
Laudes charitatis multæ enarrantur. 66
Laurus arbor perpetua uirens coma victoriæ olim eret inſigne, qua victores coronabantur. 244
Leproſorum cruſta ſquama dicuntur, et quare. 202
Libido multiplex, vide. 8
Libido quęlibet licet ſordidans dici poſſit, venerea tamen ſordidare precipuè dicitur. 8
Licet Chriſtus debilis appareret foris, intus tamen fortis erat, & fortior diabolo. 75
Lingua mala quæ incommoda afferat 21
Lingua ignis, & peccati uniuerſitas dicitur, & quare. eod.
Lingua Chriſti dictus eſt D. Auguſt. 139
Linguæ refrenatio dei donum eſt. 21
Limbus patrum quomodo poterat dici infernus, & quomodo non. 125
Limus profundi factus eſt homo per peccatū. q antea limus erat paradiſi. 127
Locuſta quid ſit. 183
Locus, in quo iuſſu dei congregatæ ſunt aquæ matrix eſt quam communi nomine vocamus oceanum vbi eſt mare magnum. 46
Locus beatorū cur curia appellatur. 196
Lōge maior fuit mora inter creationem, & lapſum primi hominis, quàm angeli uide progreſſum. 24
Lucifer Iouis filius, & auroræ. 12
Lumina mundi dicti ſunt apoſtoli, non terræ, uel hominum, & quare. 238
Luna non dicitur maior quantitate poſt ſolem, ſed benè maius luminare quo ad lumen. 55
Lupum pro homine peperiſſe in ſomnis vidit mater Diui Andreę epiſcopi feſulani. 98
Lux à lumine differt. 51

M.

MAGDALENAM ab incepto bono non remouerunt phariſeorū terror, non apoſtolorum murmuratio, nec phariſei Chriſtum inuitantis irriſio, & indignatio. 191
Magi ſiccis pedib⁹ calcauerūt mare. 80
Magi obtulerunt domino aurum, tus, & myrram, & quomodo vide. 90
Magi opere confitentur Chriſtum eſſe deum. 90
Magnus D. Auguſtinus qui ueluti magnes ferrea hominum corda ad Chriſtum traxit. 210
Magnus & paruus mundus machina dici poteſt 69
Malè ſenſit zeno philoſophus qui ſolitus erat dicere illum eſſe beatum qui præſentibus voluptatibus frueretur, & vide. 215
Mala quæ ex oculis proueniunt. 22
Manus Moyſi ſana, & leproſa quid ſignificauerit. 64
Manum et pedum Chriſti confiſſio in cruce valdè pœnalis fuit. 115
Mare cur creſcendo non operit terrā. 47
Martyrum tria genera. 232 235
Mater ſancti Dominici quid de eo uidit in ſomnis. 196

Materia prima terra, inanis, uacua, & abyſſus appellatur à Moyſe. 36
Mendacium multiplex. 25
Mens differt ab animo, quæ & ſi quandoque pro animo ſumatur hoc loci tamen pro intellectu &c ſumitur. 36
Mercenarÿ qui ſint, & an intuitu æternæ vitæ qui operatur peccet. 245
Meſſana ciuitas dicitur etiam & mamertina, & quare. 203
Michael quomodo dignior cæteris ſit angelis. 220
Mil tum tria genera. 239
Minima poena Chriſti ſufficiebat ad liberandum genus humanum, debuit tamen eſſe maxima vide cauſſam. 117
Mira per Chriſtum fiunt 126
Mira horę tertiæ deſcribuntur. 23
Mira ſextæ horæ explicantur. 25
Mirabilia facta ſunt die dñico, et fient 5
Mirabilia fecit Deus in natiuitate Chriſti. 80
Miracula B. Antonÿ ĩ vita narrant. 177
Miſericordia à miſeratione differt. 18
Miſericors deus non abſtulit Adę totum principatum ſuper beſtias uide. 68
Miſſio viſibilis ſpiritus ſancti apparet aſtantibus, & uide cauſſam. 160
Moderatè utendum iocis, & ludis conceſſis, & non prohibitis. 100
Monarcha merito dici debet Beatus Benedictus. 112
Mons aluernæ donatus fuit Beato Franciſco. 216
Morborum certorum cura non eſt aſcribenda ſanctis peculiariter uide. 248
Mors Chriſti fuit amara, crudelis, & acerba, cuius mortis debitum non habuit Chriſtus, ſed voluntariè, ſubÿt & quare. 140
Mors Chriſti operata eſt ad ſalutem noſtram, ſiue ſumamus aut loquamur de ea in fieri, aut in facto eſſe: & quomodo vide 141
Mors duplex. 62
Mortificatio noſtra debet eſſe moderata, & rationabilis. 97
Mulieres cur utrumque pedem Chriſti, non vnum amplexæ ſint uide. 134
Mulieres non poſſunt publicè docere licet priuatè poſſint. 170
Multa miracula Beati Thom. aquinatis numerantur. 107
Multi dicti ſunt Herodes. 89
Multis nominibus nominatur dęmõ. 126
Multis modis diabolus decepit primos parentes. 119
Multiplex prædicatorum exhortandi ratio. 12
Multiplex cælum. 19
Multiplex amor cum ſit, petimus tamen amorem gratuitum, & ſanctum, qui eſt habitus inhęrens tantum, quod mõſtrat verbum inſere. 104
Mundum perditionis, & ſaluationis quomodo iudicabunt apoſtoli, & quomodo apoſtatas angelos, & bonos. 187
Mundus quid erat antequam apoſtolica luce dignus inueniretur vide. 238
Munus ſacerdotum ab epiſcopo ordinatorum quod nam ſit. 170

N.

NATVRA humana ſe habet ad uerbum ſicut ueſtis ad hoĩem. 81
Naturam quidã putarunt eſſe deũ. 123
Nedum placet deo contritio, ſed & cõfeſſio imperfectionis noſtræ. 97
Nicolaus victoria populi dicitur. 214

Nihil

Nihil deeſt ſpiritibus Chriſtum qui regit hos pluribus modis. 163
Nihil ignorantia peius. 1
Nihil pace præſtantius, & contentione damnoſius. 26
Noctu naſcitur Chriſtus, & reſurgit mane. 130
Nomen cuſtodis quid ſignificet, & quo modo D. Petrus cuſtos dicitur ouium Chriſti. 193
Nomen clemens vnde dicatur. 69
Nomen fuſcus multipliciter dicitur. 52
Nomen tyranni olim datum regibus, & quare. 86
Nomē tribuni meritò cōuenit Chrō. 144
Nomine faucis quid intelligatur. 190
Nomine aue trium literarum, quo ſalutauit angelus beatam virginem ſignificauit, et oſtendit ſe eſſe nuncium ſanctiſſimæ trinitatis, & quomodo. 205
Non ſolū per effectū (vt quidam dicunt) ſed per realem præſentiā Chriſtus deſcendit ad locum ſanctorū patrū. 131
Nomine pedum Chriſti D. Paulus intelligit naturā inferiorē in Chriſto. 145
Nō ſunt tolerandi qui auſu temerario detrahunt uocalibus eccleſiæ cātibus. 2
Nō decantabatur tpe D. Pauli, ſicut modo concinitur in eccleſia, & quare. eod.
Non rogamus ut tollatur à nobis carnalium ſenſuum opus actus, & vſus, cū à que malus poſſit eſſe ac bonus actus eius, ſed tantum libidinis ſenſus, qui ſemper ad malum vergit. 8
Nō eſt in ſanctis pincernę pharaonis crudelitas, ut noſtri obliuiſcantur. 232
Non eſt facta nox ut per totam dormiamus. 16
Non ſolum in paganis ſed in fidelibus eſt fomes. 43
Nō omnes lachrymæ purgant delicta. 48
Non bonis fortunæ mens gaudeat repleri ſed bonis gratiæ, & virtutum. eod.
Non fere ſuper hominem, ſed homo ſuper feras habet imperium. 68
Non punire culpam culpa eſt, in rectoribus particularibus, non in totius mūdi gubernatore. 49
Non exceſſit Chriſtus in ieiunando numerum quadragenarium uide. 99
Non ab re verſui quo vtitur eccleſia tēpore paſchali dicite in nationibus addendum eſt à ligno. 116
Non potuerunt aquę producere piſces ex ſe, ſicut nec terra animalia. 60
Non ſic laborāt piſces in aqua ſicut aues in aere vide. 61
Nō ſtella ſingularis dicitur B. Auguſt. ſed aſtron, et ſidus uel ſtella grandis. 213
Nona hora multa bona facta ſunt & myſteria. 27
Nēum eſt cadere non autem reſurgere. 7
Noua proles dr̄ ordo prędicatorum, et mi norum cōparatione aliorū ordinū. 196
Nouum ſidus, & ſalutis præco dicitur Beatus Dominicus, & quare. 198
Noxa polluit, & ſi à nocendo dicitur. 59
Nullo motu propriè deus mouetur. 28
Nullus unquā Io. Bap. ſanctior fuit genitus quō ſit intelligendū hoc uide. 183
Nullus aduocatus eſt melior Chriſto. 143
Num aſſumantur homines ad æqualitatē, & ordines angelorum, uide. 84
Num angeli cognouerint incarnationis myſterium. eod.
Num aqua & ſanguis, quæ fluxerunt de latere Chriſti fuerint verè aqua, & verus ſanguis. 116
Num ad crucem dirigenda ſit oratio, an ad Chriſtum vide. 118

Num

Num linguæ illæ igneę quæ apparuerunt diſcipulis fuerint reales an imaginariè uide. 159
Numero ſeptenario quid intelligat. 55
Numerus quadragenarius in ſcripturis ſacratus eſt. 98

O.

OBLATIO Chriſti dicitur Hoſtia. 125
Olympus quid ſit uide. 181
Omnes hominis ſenſus polluntur ex conuictu, & conuerſatione quotidiana inter mundanos. 182
Omnis conditio imperfectionem arguens in Eua, mutata eſt in oppoſitas omnino conditiones in Maria uide quomodo. 205
Omnia noſtra ſunt, & quomodo. 68
Oĩa membra corporis ieiunare debẽt. 98
Omnia ſacramenta efficaciam habent à paſſione Chriſti. 62
Omnes homines timendo admirari, & admirando timere debent Chriſtum natum ex Maria virgine 128
Opera bona dicuntur arma lucis, et quomodo. 33
Opera bona extra charitatem facta iuuant de congruo vide. 41
Opera bona ex charitate facta iuuant de condigno uide. 42
Orandum ne Chriſtus in furore nos arguat: ſed in iudicio pio uide. 15
Orandum eſt vt lingua noſtra temperetur in locutionibus, & refrenetur ab illicitis. 20
Orandum eſt vt deus uideat malum noſtrum non vt puniat cum furore, ſed vt dimittat cum amore. 50
Orat deum hymni auctor, ut ad Beati Fraciſci inſtar ſignet nos in membris, et ſenſibus, ut à nobis fugiant partes aduerſæ. 219
Oratio efficax quę pro multis porrigit. 231
Originale peccatum quomodo dicitur eſſe in carne. 42
Origo litium opes ſunt, et diuitiæ multæ. 26
Oues quæ prius biennes, uel bientes dicebantur, bidentes dñr, & quare. 244
Ouium nomine appellat ſuos fideles Chriſtus. 194

P.

PHANTASMA a phantaſia differt. 32
Pallium cordis noſtri tam breue eſt, vt ſi à Chriſto alius in eo fuerit admiſſus, mox excidet ab eo Chriſtus. 241
Paſcha quādo celebrauerit Chriſtus. 168
Pater credentium dicitur D. Petrus in euãgelio, & Abraham in iudaiſmo. 188
Pater dicitur origo deitatis. 71
Pater, & ſpiritus s. humanam naturam aſſumere poterant. 80
Patri ſoli propriè competit ingeniti nomen. 233
Patribus quibusdam veteris, & nouæ legis non inferior fuit S. Benedictus. 113
Pauit gregem Dominicum D. Petrus, & quomodo. 193
Paupertatis uia quam docuit facto, et uerbo B. Franciſcus cur ſemita dicat. 216
Peccata, & iniquitates dicuntur nocentes, & quare. 20
Peccata quomodo tenebræ dicuntur. 33
Peccata dicuntur uetera, & cur. 168
Peccata: non bona opera confiteri debemus. 50
Peccata dicuntur obſcura, & quare. 77

Peccati natura multiplex, & incommoda qua infert animæ uide. 20
Peccatum dicitur nefas, et cur. 184
Peccata dicuntur lapides duri, & quomodo. 185
Peccatũ primi hominis fuit in eo personale, in nobis autem naturale uide. 73
Peccatum dicitur debitum, et uide cauſsam. 78
Peccatum originale dicitur crimen antonomaſticè. 115
Pœnitentia à patribus laborioſum baptiſma dicitur. 31
Per lupos qd ĩtelligat hymni auctor. 194
Per ſatellitem quid debeamus intelligere. 250
Per plateas, & muros ciuitatis Hieruſalem quid intelligere debeamus. 257
Per mane, et ueſpere quid deſignetur. 71
Per naturam cognoſcitur deus cum mille erroribus, per legem cum mille figuris. 153
Perfecta charitate impletur omnibus modis preceptum illud diliges dominum deum tuum &c. 137
Per nouum ſolem ĩtelligimus vel ſanctũ Dominicum, uel ſanctũ Thomã. 106
Per pulchra documenta uitæ beatæ intelligit hymni auctor regulam beati Benedetti. 111
Per infernum in quem potuit Heliſeus uiuens, quid intelligere debeamus. 178
Per ſolem, ſolis opificem contemplari debemus. 19
Perungere quid ſit, et unde dicatur. 124
Petere in nomine Chriſti quid ſit. 73
Petrus eſt petra eccleſiæ. 13
Petrus eſt principale inter ſecũdaria fundamenta, & inſtrumentaria. eod.
Petrus negando Chriſtum defecit in confeſſione fidei, non autem in fide. 14
Piaculum quid, & unde uenias. 58
Pietas differt à miſericordia uide bonã cauſſam. 103
Per penates qd ĩtelligere debeamus. 111
Portus quid ſit. 124
Poſt claues regni tribuit Chriſtus Petro ius ligãdi, & ſoluendi, & quare. 189
Poſt peccatũ principatus hominis ſuper beſtias mutilatus eſt uide. 68
Poſt annos centum ferè à morte D. Tho. corpus ſuũ delatũ eſt Tholoſam. 110
Potentia completa quid ſit, & quid incompleta. 18
Potius dicimus ſol oritur q̃ naſcitur. 65
Pudor quid ſit. 37
Præceptores habuit quandoque D. Tho. Petrum, & Paulum à deo miſſos. 107
Prædicatione cauſſali poteſt cauſa prædicari de cauſſato, non autem prædicatione formali. 160
Prædicatores dicuntur galli, & q̃uo. 11
Prædicatores primo debent auditorum vitæ qualitatem conſiderare, & poſtea eruditionis verba illis ĩtonare. 12
Prælium quid ſit, & vnde dicatur. 118
Præmiat deus vltra condignum, & punit citra. 60
Præmium virginum coingatorum, viduatem vitam degentium. 184 & 185
Præſidere à preeſſe differt. 178
Preſul olim dicebatur primus ĩter ſalios ſacerdotes Martis, nunc autem quicunque antiſtes. 249
Primo præcipuè, & principaliter Chriſtus dicitur ſaluator, & reparator, ſecundo loco, & proximè beata virgo. 209
Primus ſomnus mors laborum, & miſeriarum eſt. 49

Princeps

Princeps animæ facultas mens dicitur, & quare. 198
Pro corpore Beati Antonij facta eſt magna commotio inter eos, quos Chriſto genuit per euangelium. 176
Productio humanarum rerum dicitur nedum fluuius, ſed mare. 109
Produxit deus aues ex aqua, et cur. 60
Prophetæ dici poterant ſtellæ, & D. Ioannes Baptiſta lucifer vide. 183
Propoſitio De, quid notet. 79
Propoſitio illa veritas tua vſque ad nubes et aliæ ſententiæ nō de nubibus inanimalium, ſed rationabilium prædicatorū, & doctorum intelliguntur. 108
Prouidentia diuina gallum genuit, vt à ſomno in opera mortales excitaret. 12
Prouidi eſt caſus nominatiui, non genitiui (ut aliqui perperam ſentiunt. 124

Q.

QVA admiratione admirata fuerit beata virgo uide. 82
Qua conuerſione conuerti debeamus ad Deum. 102
Quadrageſima numero quadraginta dierum completur, & tamen à die cinerum uſque ad ſabbatum ſanctum quadraginta ſex dies decurrunt. 98
Quando conſequentur electi corporis immortalitatem. 73
Quando Herodes occiderit innocētes. 86
Quando contraria nata ſint fieri circa idem. 105
Quando, & quo tempore fuit facta ſtigmatizatio, quandiu durauit in corpore Beati Franciſci, et cuius virtute facta ſit. 217
Qñ deus dedit nobis D. Auguſtinū. 213
Quando promiſit D. Petro claues et quādo dedit, & quid per claues intelligitur. 182
Quando Diuus appellari ceptus eſt, & veluti deus haberi Sanctus Simplicianus. 203
Quare non deſcendit ſpiritus s. in ſpecie aquæ aut aeris. 156
Quare Chriſtus bis dederit ſpiritum ſanctum. 148
Qr̄ angeli gauiſi fuerint Chriſto nato. 87
Quare in fine pſalmorum, & hymnorum fit commemoratio, omnium perſonarum in trinitati. 153
Quatuor anni tempora, quatuor elementis, ac quatuor humoribus accommodantur. 11
Quatuor parietes ędificij ſpiritualis quatuor virtutes cardinales ſunt. 65
Quatuor ſunt, quæ nobis ſolus deus præſtare poteſt. 68
Quæ differentia ſit inter imaginem, & ſimilitudinem. 67
Quæ differentia ſit inter aluum, uterum, & ventrem. 83
Quæ differentia ſit inter hoſtem, & inimicum. 89
Quæ ſint inſignia Chriſti. 118
Qui vnctione ſpiritus s. unguntur, quomodo ſciant omnia. 150
Qui glorificat filium, glorificat patrem, & ſpiritum ſanctum vide. 81
Quid fecerit dñs illis quadraginta diebus ante aſcenſionem ad coelos. 134
Quid figurabat annus iubilei. 162
Quid ſit cantare canticum cum cythara. 4
Quid à ſacerdote agendum cū appareret miraculosè in ſancto euchariſtię caro Chriſti & miraculū non ceſſaret. 171

Quid per aluũ intelligere debemus. 208
Quid per clericos intelligere debemus. 138.
Quid per mane ĩtelligatur quum dicitur ſplendore mane inſtrnis. 26
Quid ſignificet clauſula, & quomodo uerificetur de virginis vtero. 74
Quid ſignificet hoc nomen Hagios. 75
Quid ſit honor, & cui debeatur. eod.
Quid propriè ſit lubricum, & in quo differat à labili vide. 77
Quid ſignificet hoc uerbum salue. 87
Quid ſignificet hoc nomen magus. 89
Quid interſit inter primum, & ſecundum Adam. 90
Quid faciant qui orando volunt aliquem ad pietatem flectere. 96
Quid ſit fugiendũ in ludis, et iocis. 100
Quid ſentiat auctor de ludis ingenij fortunæ & mixtis vide. eod.
Quid ſit myſterium. 115
Quid ſignificet patibulum. 115
Quid ſignet luſtrum, et unde ueniat. 120
Quid per terram, pontum, aſtra, & mũdum deſignetur vide. 121
Quid ſit iactatio propriè. 63
Quid ſit excubare. eod.
Quid ſit reatus. 71
Quid ſit foedus. 217
Quid per ignominiam intelligere debeamus. 176
Quid per dexteram intelligat hymni auctor. 151
Quid ſit intelligendum per in ſi ma corporis. 153
Quid ſignificet hoc nomen ſtrophium, et unde dicantur bidentes. 182
Quid ſit coenobiũ, & unde dicatur. 138
Quid intelligere debeamus per hoc verbum ſalue. 239
Quid denotetur per hoc nomẽ numẽ. 105
Quid per alas intelligere debemus 215
Quid nobis ſignificet hoc nomen æther. 216.
Quid ſignificet & vnde trahat originem hoc nomen vates. 183
Quid ſignificet flamen in neutro genere: & quid in maſculino uide 107
Quid ſignificet græca dictio Paradiſus. 109.
Quinque vulnera non ſecus ac quinque linguæ fuerunt in Chriſto optimo aduocato apud patrem. 135
Quis eſt qui laudat deum cum exceptione. 106
Quis auctor eremitarum fuerit. 138
Quomodo redemptio humani generis attribuitur Chriſto ſoli, & quomodo toti trinitati. 140
Quomodo ſit intelligendũ Apoſtolos omnium linguis fuiſſe locutos. 167
Quomodo ſit accipiendum legem fuiſſe latam menſe tertio egreſsionis filiorũ yſrael ex ægypto. 161
Quomodo ſanguis Chriſti fuſus ſit pro omnibus, & pro multis. 163
Quomodo ab æterno res, & quõ non. 10
Quomõ intelligatur quod dicitur in hymno conſortes Chriſti facite. 233
Quomodo et id quod dicitur gentem auferte perfidam. 135
Quomodo dies dicitur lętus. 37
Quomodo intelligatur illud apoſtoli ad Romanos: factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. 82
Quomodo Chriſtus ſitiat, & eſuriat, & ſit fons, & det eſcam omni carni. 83
Quõ omnes angeli ſint miniſtrantes. 84
Quõ planctus attribui poſſit angelis. eod.
Quomodo charitas augetur. 105

Quomodo crux Chriſti ſit uita noſtra, & lignum uitæ dicatur. 116
Quomodo nox auferat colorem rerũ. 57
Quomodo beata Monica poſſit dici fugatrix hæreſum vide. 136
Quomodo exponitur uerſus ille. Cepit ab Antonio. 138
Quomodo adhuc ſæuiat in nos mors cum Chriſtus illam deſtruxerit. 143
Quomodo intelligantur illa uerba, ſi ego non abiero paraclytus non ueniet ad vos. 148
Quomodo ſit intelligendum Chriſtum ſuper omnes coelos aſcendiſſe. 142
Q̃uo coelum empyreum dicitur igneum, & lucidum. 216
Quomodo, et qua ſignificatione accipiatur hoc uerbum exulto uide. 106
Quomõ luciferi typus D. Thomas. 108
Quomodo D. Thom. poſſit dici gedeonis gladius. 109
Quomodo D. Tho. poſſit dici tuba, lagena, radius. eodem.
Quot caſus admittat uerbũ innitor. 175
Quot annos vixerit Chriſtus. 120
Quot modis ſumitur uerbũ canere, 214
Quot modis ſumatur pietas. 103
Quot modis capiatur hoc nomen æther. 78.
Quot nam diſcrimen ſit inter ſpiritale, et ſpirituale. 150
Quot modis ſumatur mundus. 155

R.

REBELLES qui ſint attende. 136
Redarguit auctor irridentes apoſtolos. 158
Regia ſedes dei dicitur ſolium, & vide cauſſam. 103
Remediũ ad delenda crimina quod ſit. 73
Remedium incarnationis filij dei non fuit conueniens, vt deus exhiberet ſtatim poſt peccatum, nec vt differret uſque ad finem mundi. 74
Regnauit peccatum uſque ad reſurrectionem Chriſti. 130
Regnum cælorum ſedes beatorum eſt. 18
Reſurrectio Chriſti dicitur ortus ſurgentis auroræ. 130
Reſurrectio Chriſti fuit exemplar, & cauſſa reſurrectionis noſtræ. eod.
Rex martyrũ conuenienter dicitur Chriſtus. 246

S.

SACRA *myſteria non ſunt tractanda ab his qui nocturna pollutione fœdantur, & ſi non peccent.* 16
Sacramentorum diſpenſatio dicitur fluuius, & quomodo. 109
Sancti & ſi naturali cognitione non cognoſcunt vota noſtra, in verbo tamẽ, & beata cognitione, cognoſcunt. 237
Sacrificia veteris legis imperfecta erant & cur. 166
Sanctiſſima eucharistia, & ſacramentum, & ſacrificium eſt, & quomodo. 179
Sancti nomen quid ſignificabat apud ueteres, & quid ſignificet apud nos modo. 53
Sanguis Chriſti roſeus eſt et quare. 154
Sancti dicuntur tutelares dij. 14
Seculum quid ſignificet. 25
Secundum quam naturam Chriſtus dicitur auctor ſeculi. 81
Semen fœmininum nõ eſt neceſſarium ad generationem. 82

Semper

Semper debemus orare deum ne cadam⁹ in peccatum uide. 64
Sententia illa exponitur : ignis in altari meo ſemper ardebit. 25
Septem ſunt noctis partes, & quæ. 16
Septem urbes certarunt de ſtirpe Homeri. 92
Septimus dies dicitur tantum dies, & quare. 71
Sermone Chriſti conficitur ſanctum euchariſtia. 165
Sexta ætas dicitur finis temporum 140
Sexta ætas eſt vltima, et finis mundi. 74
Sicut anima eſt vita corporis, ſit Chriſtus anima. 215
Sicut nulla ſeruitus turpior quam ea qua quis ſeruit libidini, ſic nulla honoratior ea qua quis ſeruit deo uide. 231
Sicut plantæ in nocte reſpirant, ita anima in oratione nocturna refrigeratur. 17
Sicut duplex eſt filij miſſio, ita & ſpiritus ſancti. 147
Sicut ebrij ebrietate carnis nullum ſecretum retinent, ſic nec ebrij ebrietate ſpiritus. 37
Sicut uia lubrica inclinat ad ruinam corporis, ſic peccata ad ruinā animę. 35
Signa exteriora in quibus apparebat ſpiritus s. non cauſſabant gratiam, ſed bene erant ſigna gratiæ præexiſtentis in eo ad quem fiebat miſſio. 161
Signo ſalutis affuit Beatus Antonius nautis in naufragio non ſemel, & bis ſed pluries. 177
Sine doctore D. Auguſtinus didicit, & ſic profecit in ſcientijs, vt ſummam in doctrina dignitatem teneret uide. 139
Sol in die reſurrectionis Chriſti reſplenduit, & plus ſolito fuit illuſtrior. 145.
Sol eſt cauſſa vitæ intellectiuę non principalis ſed diſponens uide. 19
Sol & ſtellæ lumine clareſaciunt aerem, aliter adeò condenſaretur vt viuentia morerentur. eod.
Sole orto debemus auium exemplo laudare deum, & quare. eod.
Solis encomia, & pręclara nomina. 70
Solis radius dicitur ſpiculū, & quare. 71
Solo ſpiritu non eſt mortificanda caro. 99
Solum terra fundamentum eius eſt, & quicquid ſuſtinet aliud ſolum dici poteſt. 45
Solus deus creat. 30
Solus faciens voluntatem domini multitudine præuaricantium eſt melior. 17
Solus filius inter perſonas diuinas dicitur natus. 79
Solus filius naturam humanam induit, pater verò; & ſpiritus ſanctus cooperati ſunt. 80
Sola Chriſti humanitas præſtantior eſt toto vniuerſo. 145
Solus homo habet crura cum ſuris. 120
Somnolentia duplex, corporalis, & ſpiritualis. 41
Somnus ſuperfluus extinguit calorem naturalem. 70
Sonus de cœlo factus aduenientis ſpiritus auditus fuit à tota hieroſolyma. 159
Suffragio ſanctorum ſaluamur at non ſine noſtris propriis meritis. 232
Summi nomen Chriſto conuenit, & quare. 207
Sunt martyres dei, martyres diaboli, & martyres mundi uide. 241
Surgendum nocte velociter. 16
Scala Iacob figurabat crucem. 122
Scientiā D. Thomas à deo potius habuit quā exercitio, propriaq; ingenio. 106

Scit deus crimina ſcientia ſimplicis notitiæ, non autem approbationis. 49
Species illę in quibus apparuit ſpūs ſ. nō fuerunt imaginarię ſed veræ. 159
Spes capitur interdū pro re ſperata. 64
Splendor excellentiæ, & gloriæ patris, quare dicitur Chriſtus. 207
Spiritus ſ. dicitur paraclytus, et quid per paraclytum ſit intelligendum. 147
Spiritus ſancti appropriati effectus. 148
Spiritus ſanct? cur dicitur amor Ieſu, & Chriſti. 200
Spiritus ſ. vnus in ſubſtantia eſt, & deitate cum patre, & filio contra hæreticos. 24
Spiritus ſanctus dicitur ignis deſolatorius, & vaſtatorius. 69
Spiritu prophetico longè diſtantium notitiam habuit beatus Franciſcus ſecreta cordium proſpexit, & futura pronunciauit. 225
Sponſa Chriſti eſt natura humana: eccleſia, & beata virgo uide. 74
Stella quę apparuit magis de nouo creata fuit. 90
Stigmatizatio Beati Franciſci fuit facta diuinitus. 217
Stipendium militis quid ſit. 176
Stola olim quid erat. 124
Stultitia eſt non ſumere bona quæ precamur à dantibus. 137

T.

TANTVM eſt Chriſti corpus in parua hoſtia, quantū in magna. 169
Tellus unde dicatur & unde terra. 67
Tempore Stigmatizationis Beati Franciſci totus fuit intentus ſpeculationi Chriſti crucifixi. 216
Tempore Innocentij tertij Papæ fratres Sancti Dominici appellari ceperunt fratres prędicatores, qui antea dicebantur fratres B. virginis. 196
Tenebræ & lumen corporaliter poſſunt intelligi, & ſpiritualiter. 33
Tenebrę morum metuendæ non oculorū, & ſi oculorum non exteriorum. 103
Terra ſexies maior eſt quàm luna, et ſol octies maior terra. 19
Terra ſuper aquas quomodo dicitur fundata. 45
Terra ornata fuit ſexta die, & quomodo ante. 54
Terram cur aridam dixit Moyſes. 39
Tertia diei hora peccauit Adam ſecundum quoſdam ignoratur tamen cuius diei hora tertia peccauit. 23
Torquetur diabolus quum expellitur ab anima. 58
Tollerentur ab eccleſia Grçci conficientes in fermentato. 168
Tutore egemus quo liberi, patrono uero quo ſerui uide. 114
Trahit nos deus, & tamen liberi remanemus. 104
Tribus modis pōt ſumi hoc nomē hō. 127
Tribus miraculis ornatur dies Epiphaniæ. 89
Trinitas dicitur principalis vnitas, & cur. 72
Trinitas eſt lux, & quorum, & quomodo. eod.
Triplex diuina effluſſio. 30
Triplex corona ſtellata, gemmata, & aurea, et quibus unaqueq; debeat. 185
Triplicem uim diuinus amor efficit in humanis mentibus vide. 104
Triumphus Chriſto debetur, & cur. 119
Trophęum quid ſit. 118

Tro-

Trophæi, & triumphi quæ ſit differentia. 118
Taceant qui dicunt non dari ſpiritum ſanctum ſed tantum dona ſua. 148

V.

VAGI nomine cur appellentur ſiderum curſus. 55
Varia ſunt animalia reptantia. 67
Vber quid nobis ſignificet. 227
Vbique laudare deum, & de Chriſto cantare debemus. 81
Vltima rerum linea mors. 49
Vna ne fuerit an duæ, vel tres Mariæ q̃ Chriſtum dominum vnxerunt. 190
Vna filiatio in Chriſto. 83
Vna laus gloria & maieſtas debetur tribus perſonis, & vide cauſſam. 76
Vnctus eſt Chriſtus in ſacerdotem pontificē, regem prophetā, et pugilē. 15[illegible]
Vnde dicatur azyma. 168
Vnde dicat hoc nomen Pentecoſtes. 154
Vnde græcum hoc nomen Apoſtolus dicatur. 231
Vnde dicatur Anachoreta. 184
Vnde nomen multiplex. 42
Vnde venerint Magi. 90
Vnde acceperit eccleſia quadrageſimalis ieiunij inſtitutionem. 99
Vnde dicatur framea. 106
Vnde veniat hoc nomen inclytus. 120
Vnde dicatur lectus. 63
Vnde habuerit initiū annus iubilei. 154
Vnde originem traxit hoc nomen famul. 179. 203.
Vnitas naturę non præiudicat perſonarū trinitati, neque trinitas vnitati. 63
Vſquequo aduerbium eſt quādoque loci, quandoque quantitatis, quandoque 1.3
temporis. 120
Vſus vocalis cantus & organorum licitus eſt, & quomodo vide. 2
Velociſſimum omnium mens eſt, et non eſt anima qua viuimus: ſed animę portio qua cogitamus contra quoſdam. 36
Veneris ſtella, & heſperus lucifer dicitur, & quare. 12
Venit columba ad Chriſtū indicandū. 91
Venus unde ſic dicta ſit 112
Vera lumina mundi apoſtoli ex accedenti dono, & quomodo. 238
Verbum diſcutio quid ſignificet. 44
Verbo imperio, & præcepto domini deſeruire, & ſubeſſe debent omnes, vel voluntariè: vel coactè. 208
Verbum aue ſalutatio eſt congratulationis. 204
Verbum angelicum, & reſponſum Beatæ virginis angelo conſentientis fuit myſticum quoddam ſemen Conceptionis Chriſti vide. 82
Verbum & natura humana aſſumpta ab eo ſunt vnum ſuppoſitum. 74
Verè glorioſa dicitur beata virgo: et quare. 209
Veritas vitę, & doctrinæ, & iuſtitiæ veritatis nomen ſortiuntur ab eo, qui qui dixit ego ſum veritas. 249
Veſper ſtella eſt ex errantibus vna eadē cum venere ſecundum quoſdam. 29
Veſpere mira facta ſunt. 40
Victorū genus optimum dnr ſancti; quia patiendo, & moriendo vicerunt. 243
Victrix vnde trahat originem. 136
Vincula quibus vinciuntur peccatores quæ ſint. 242
Virga Aaronis figura fuit crucis. 128
Virgines lilia dicuntur, & quare. 251
Virgo per vim oppreſſa, ſi hoc pro fide ſuſti-

ſuſtineat, & actui illi non conſentiat virginitatem non perdit. 253
Virtus quot modis capi poſſit. 76
Viſcera quid ſignificent. 208
Vita omnium Chriſtus, & vide quomodo. 104
Vitia & peccata cur vincula mundi, & ſeculi dicantur vide. 242
Vitia & peccata quomõ ſint à deo. eod.
Vox clara eſt prædicatio legis euangelicę. 77
Vox clara fuit Ioannes Baptiſta. 78

Finis Indicis rerum notabilium.

ELENCHVS ALPHABETICVS HYMNORVM: QVI continentur in hoc volumine, & ab auctore exponuntur.

Ad cœnam agni prouidi. &c. 124
Adeſt natalis cælebris. 202
Ad preces noſtras deitatis aures. 102
Ales diei nuncius. 42
Alme cęleſtis pater ipſe cœtus. 95
Alma parentr genitus. 159
Amor Ieſu dulciſſime. 200
Angularis fundamentum. 258
Antra deſerti teneris ſub annis. 181
A ſolis ortus cardine. 81
Audi benigne conditor. 96
Audit tyrannus anxius. 85
Aue Maris ſtella dei mater alma. 204
Aurea luce, & decore roſeo. 186
Aurora iam ſpargit polum. 70
Aurora lucis rutilat. 129
Beata nobis gaudia. 158
Cœli deus ſanctiſſime. 52
Cœli ciues applaudite. 212
Chriſte redemptor omnium ex patre patris vnice. 78
Chriſte carmeli decus, atque norma. 94
Chriſte ſalus mortalium. 95
Chriſte ſanctorum decus angelorum. 222
Chriſte redempror omnium conſerua tuos. 230
Claro paſchali gaudio. 135
Conditor alme ſiderum. 72
Confeſſor ſanctæ domini. 203
Congratuletur curia. 178
Conſors paterni luminis. 41
Crucis Chriſti mons aluerne. 216
Crucis arma fulgentia. 218
Decus morum dux minorum. 229
Deus tuorum militum ſors, & corona, 239
Diue confeſſor cumulate ſignis. 203
Ecce iam noctis tenuatur umbra. 18
En gratulemur hodie. 175
Aeternę rerum conditor. 9
Aeterna cæli gaudia. 64
Aeterne rex altiſſime. 144
Aeterni patris vnice. 192
Aeterna Chriſti munera apoſtolorum. 237
Aeterna Chriſti munera, & martyrum. 245
Ex more docti myſtico ſeruemus. 98
Excelſe princeps omnium. 137
Exultet coelum laudibus. 236

Exultet

Exultet mentis iubilo. 106
Gaudeat magnę genitricis ordo. 93
Gaude mater eccleſia. 195
Gratulentur eremitæ vniti coenobio. 138
Hoſtis Herodes impie. 88
Hymnum nouæ lętitiæ. 197
Iam lucis orto ſidere. 19
Iam Chriſte ſol iuſtitiæ. 101
Iam Chriſtus aſtra aſcenderat. 154
Iam bone paſtor clemens. 188
Ieſu noſtra redemptio, amor, & deſiderium. 139
Ieſu lux uera mentium. 176
Ieſu ſaluator ſeculi. 233
Ieſu redemptor omnium perpes. 249
Ieſu corona celſior, & veritas. 249
Ieſu corona uirginum. 251
Immenſe coeli conditor. 38
In cęleſti collegio nouus. 226
Iſte confeſſor domini ſacratus. 247
Lauda mater eccleſia 110
Laudibus ciues celebrant ſuperni. eodem.
Lauda mater eccleſia, lauda Chriſti. 190
Laudibus ſummis celebremus omnes. 213
Laus regi plena gaudio. 176
Lucis creator optime. 30
Luſtris ſex qui iam peractis. 120
Lux ecce ſurgit aurea. 58
Magnæ deus potentię 60
Magne pater Auguſtine preces noſtras. 210
Martyr dei qui unicum patris. 241
Menſis Auguſti redeunt honores. 200
Mundi creator maxime. 215
Nardi Maria piſtici ſumpſit libram. 192.
Nocte ſurgentes uigilemus omnes ſemper. 15
Nouus athleta domini. 196
Nox, & tenebræ, & nubila. 51
Nox atra rerum contigit. 57
Nunc ſancte nobis ſpiritus. 23
O glorioſa domina excelſa ſuper ſidera. 109
O lux beata trinitas. 71
O nimis felix meritique celſi. 184
O ſola magnarum urbium maior. 92
Pange lingua glorioſi prælium. 118
Pange lingua glorioſi corporis. 162
Paſſibus ſiccis rapidum per amnem. 201
Petrus beatus catenarum laqueos. 193
Plasmator hominis deus. 67
Plaude turba paupercula. 227
Primo dierem omnium quo mundus. 5
Proles de cęlo prodijt nouis vtens. 224
Quem terra, pontus, æthera. 207
Quicquid antiqui cecinere uates. 112
Quicunque Chriſtum quæritis. 198
Quodcunque vinclis ſuper terram. 194
Rector potens uerax deus. 25
Rerum deus tenax uigor. 27
Rerum creator optime. 49
Rex glorioſe martyrum corona. 246
Rex ſempiterne domine. 127
Ruſticum ſolo benedicte nutu. 113
Sacris ſolennijs iuncta ſint gaudia. 167
Saluete flores martyrum. 87
Sanctorum meritis inclyta gaudia. 242
Somno refectis artubus. 32
Splendor paternæ gloriæ. 34
Summæ deus clementiæ. 69
Telluris ingens conditor. 45
Te lucis ante terminum. 31
Te ferant linguæ, celebrent & oẽs. 135
Te canant omnes Nicolae gentes. 214
Thomas inſignis genere. 107

Tibi

Tibi Chriſte ſplendor patris uita. 219
Triſtes erant apoſtoli. 133
Tu trinitatis vnitas. 63
Veni creator ſpiritus mentes tuorũ. 127
Verbũ supernũ prodiens a patre olim. 76
Verbũ ſupernũ prodiens nec patris. 172
Vexilla regis prodeunt. 114
Vt lingua carnis. 177
Vrbs beata Hieruſalem dicta pacis. 254
Vt queant laxis reſonare fibris. 179
Virginis proles opifexque matris. 252
Vox clara ecce intonat. 57

Indicis hymnorum: qui hoc volumine exponuntur: finis.